


di questa edizione di quarnaro del
1474 non ne parla de Bure
è stata venduta in Parigi nell' incanto
de Libri di Mr. de Lancourt franchi
19 in quello del Duca de la Valliere
51







Henricus clericus de wyssenburg [illegible] in [illegible]
dedit hunc librum ad conventum fratrum minorum : [illegible] que fuit in [illegible]
et quam cum portavit 4 in terra laboribus et [illegible]
[illegible] Anno Jubileo [illegible]
Anno domini MCCCC viii [illegible]



¶ Iohannis Andreę Episcopi Alerieñ ad Paulum II. Venetum Pont. Max. epistola.

Laboriosis recognitiõibus nostris plures uidemus uerę humanitatis amore delectari pr̃ beatissĩe Paule ·II· Venete· Pon. Maxime. Iccirco animus impẽdio nobis crescit: uigilantius etiã q̃ antea laudabili quidem incepto non deesse. neq̃ prius conatui huiusmodi parcere q̃ sum/ mus nobis deus dignabit̃ prĕstare: ut linguę omnis latię: quibus in facultatibus potuerimus: circulũ quod aiunt: absoluamus. Sumant igitur studiosi abs te hoc tempore per nostros ingenuos opifices Lactantium Firmianum semel ab iis iterũq̃ impressum prius: non nullis in locis profecto ueriorem. Hacq̃ opera cęterisq̃ omnibus qcũq̃ futurus est lector sedulo sit oratus: ut ita de chartis nr̃is menda sique illum offenderint beniuolens ac minime cõ/ tumeliosus tollat: ut nos de reliquorum libris demend a sine omni morsu uirulentiaq̃ curamus. Non enim errorũ imputamus recognitori ipsi emissorum ante nos codicũ Sed deprauatis exemplaribus culpã. experti satis nos q̃q̃ in diemq̃ magis impendio experientes incredibilis opus esse felicitatis ut sudoribus nostris exemplorum dentur subsidia non uulgariũ. Collatis profecto uigiliis nr̃is ad reliquorum operas: facillime extabit differentia. Tu tãtũ pater beatissime quod clementissime facis atq̃ sanctissime in Christiana undiq̃ religiõe pacẽ perpetuo foue. Studiis castis opitulare. Felicitatem numinis tui nominisq̃ hac mercede meritoq̃ diffunde. ut tuo potissimum tempore numerus uirorum cultissimus omnibus in facultatibus singulariũ excellẽter augeat̃. Nõ enĩ frustra oĩpotẽs deus tã uberẽ ac facilẽ latinis prębuit te tãto Põtifice ad cũctas imortales artis & diuina studia facultatẽ Ita fiet ut diues sapiẽtia ditior catholica religiõe põtificatus tuus Augu/ stissius oĩ sit futuro tpe i aĩs & linguis mortaliũ duratu/ rus apud imortalẽ deũ ęterno regno coronãdus illius ope cuius ĩ terris legitiũs es uicarius. Romę ãno natalis dñici M·CCCC·LXX. Põtificatus tui floridissimi Anno Sexto.

Lactantii Firmiani de diuinis institutõibus
aduersus gẽtes rubricę primi libri incipiũt.

QVanta sit & semp fuerit ueritatis appetitio. Et qꝙ
nec sine religione sapientia: sit probanda religio.
¶ Capitulum primũ ¶ Magno & excellẽti ingenio uiri.
De errore Philosophorum euacuantiũ dei ꝓuidentiam.
& publica statuentiũ fide ¶ Capitulũ.ii ¶ Suscepto igiť.
An potestate unius dei mundus regatur. an multorum.
¶ Capitulum.iii. Sit igitur nostri operis.
Prophetarum afferi testimoniis ꝙ unus tantum sit deus
¶ Capitulum.iiii ¶ Sed quia.
De testimoniis Poetarum ¶ Capit.v ¶ Sed omittamus.
De testimoniis Prophetarum & Philosophorum. Et de
testimoniis Cottę Pontificis Trimegisti. Et de decem
Sibyllis ¶ Capit.vi ¶ Nunc ad diuina testimonia.
De testimonio Apollinis & deorũ ¶ Ca.vii. ¶ Apollo enĩ.
De cęcitate eorum qui plures deos opinãtur. & unde hic
error habuit originẽ. & ꝙ corpus deo non est necessariũ.
nec propagatio liberorũ. ¶ Capit.viii. ¶ His igitur tot &
tantis testibus.
De Hercule & gestis eius. atqꝫ ortu eius ex Ioue & Alcme
na & morte eius ¶ Capit.ix ¶ Hercules qui ob uirtutem.
De Aesculapio. Apolline. Neptuno. Marte. Castore. Pollu
ce. atqꝫ Mercurio. ¶ Capitulũ.x. ¶ Aesculapius & ipse.
De ipsius Iouis pñtibus & ortu & uita eius flagitiosissĩa
morte & sepultura & opificio Poetarum. ¶ Capitulũ.xi.
¶ Quis est igitur.
Quomodo Stoici figmenta Poetarum ad philosophicam
transferant rationẽ ¶ Cap.xii ¶ Quoniã reuelauimus.
Quomõ Poetę. & Historici euacuãt Stoicorũ traditionẽ
de Ioue & Saturno & aliis diis ¶ Cap.xiii ¶ Si ergo uanę.
Quid ĩde Ennius doceat ĩ sacra historia ¶ Ca.xiiii ¶ Nũc
Qua ratiõe hoĩes dii cęperit noĩari ¶ Ca.xv ¶ Quibus ex.
Qua ratione dii esse nõ possunt: quos sexus discernit. Et
ꝙ in naturam dei non accidit aut sexus aut coitus: aut
officium generandi ¶ Capitulum.xvi ¶ Poteram his

Quod Stoici fidem historiarum & Poetarum figmenta inani philosophiculatione peruertunt. & quę miserię & turpitudines de diis referantur. Ca. xvii. Ob has rationes.
Quomodo refellantur hi: qui deos esse factos ex hominibus mentiuntur. Capitulū xviii. Hoc in loco.
Quod deos uanos & deū uerū nemo simul potest colere. Capitulum. xix. At enim dicet aliquis.
De propria Romanorū religione. Ca. xx. Venio nūc.
De sacrificiis & ministeriis eorū. Capitulū xxi. Diximus de diis.
Quis autor prędictarū uanitatū i Italia apud Romanos fuerit. & quis apud alias gētes. Ca. xxii. Harū uanitatū Quo tempore coeperint uanę superstitiones. quibus sub autoribus. Capitulū. xxiii. Nunc quoniā uanorū.

Lactantii Firmiani de origine erroris
Rubricę libri Secundi incipiunt.

Quod rationis obliuio & ignorantia sui facit hoies ingratos ueri dei. qui colūt in aduersis & in psperis contemnitur. Capitulū. i. Quanq̄ primo libro.
Quę fuerit prima causa fingēdi simulacra. & q̄ uerissima dei imago est homo. Et q̄ extra se deum nemo fideliter colit. Capitulum. ii. Quę igitur amentia.
Quod Cicero & alii q uidebant̄ sapiētes: cęteris deterius peccauerunt. Capitulum. iii. Sed quid prodest.
Quod nil maiestatis & reuerentię habeant idola. Capit. quartum. Quid.
Quod solus omniū creator uerus deus ē. solusq̄ colēdus nec elemēta nec corpora cęlestia aliqd diuinitatis habent. in quo & Stoici desipiunt. qui stellas deos putant quę nō sua uoluntate mouentur: sed dei. Et qua ratione eas sic fieri uolunt. Capitulum. v. Quanto igit̄ rectius est.
Quod nec terra nec aqua nec pars aliqua mūdi. nec totus ipse deus est animatus sicut Stoici mentiuntur. q quod astruunt pariter & euertunt. Ca. vi. Simili mō si terra.
Quod dupliciter peccant insipientes. Et q̄ auaricia sub

obtentu religionis colitur: preualente ratione traditione maiorũ & qui fuerit maiores quorũ authoritas praeiudicat ueritati. ¶ Capitulum. vii. ¶ Duplici ergo ratione.
Quod ratione potius innitendum est: & quae miracula scripta sunt ad confirmationem errores multorũ. ¶ Cap. viii. ¶ Quare oporteret.
Quod per inuidiam diaboli intrauit mors & pullularũt radices errorum. Et quod deus ipse natura est. qui materiã primordialem & omnia fecit ex nihilo. ¶ Capitulum. ix. ¶ Exponam igitur omnium.
Quod deus quattuor elemẽta distinxit & quattuor qualitates. & quattuor tempora. & quod ex calore & humore fit uita. & quare homines igne: cetera animalia aqua magis urantur. ¶ Capitulum. x. ¶ Nunc quoniam.
Quod creato mũdo facta animalia propter homines sũt. & tandem homo ipse. Et quid sit quod Poetae finxerunt Deucalionem homies reparasse. Et quod Aristoteles falsum putauit mundum esse aeternum. Et quae sunt tres partes. ¶ Capitulum. xi. ¶ Consumato igitur.
Quod non de terra uel sponte nata sunt aĩalia sed dispositione diuina. cuius fecisset deus nos conscios si scire expediret. ¶ Capitulum. xii. ¶ Aiunt.
Quare duo sexus mundi minoris id est hominis. & quid sit mors eius prima. quid secũda. & de primorũ parentũ culpa & poena. ¶ Capitulum. xiii. ¶ Cum ergo marem.
Quod non liber pater fuit inuentor uini: sed Noe post diluuium. Et quae fuerit origo gentium. Et qui primi habuerint scientiam astrorũ & ignorantiam dei. ¶ Capit. xiiii. ¶ Deus autem postea.
De inquinatione angelorũ & duobus generibus daemonũ. qui se persuaserunt ut deos coli. quos etiam familiares philosophi habuerũt ut Socrates. ¶ Ca. xv. ¶ Cũ ergo nu.
Quod hi prodesse putantː cũ nocere desinũt nec possunt aliquid in eos qui in fide solidati sũt. sed sanctis subiecti eis tãq serui obediũt. ¶ Ca. xvi. ¶ Quarũ omniũ fallaciarũ.
Quod hi astrologiam aurụspicinã & omnes artes reprobas inuenerunt. & persuaserunt cultum idolorũ per miracula

Et uarias fallaciarũ tẽdiculas.¶ Ca.xvii.¶ Eorũ inuẽta.
Cur deus humano generi sic patiatur illudi. Et ꝙ tribus de causis uana est deorũ religio.¶ Ca.xviii.¶ Dicet aliqs.
Quod in cultu simulacrorũ nulla potest esse religio. nã a simulatione id est a fallacia dicta sunt.¶ Capitulũ.xix.
¶ Quicunq; igitur.
Breuis epilogus quo docet gẽtibus superatis.sibi a Philosophis grauius iminere certamẽ.¶ Ca.xx.¶ Peracta ẽ igiẽ

Lactantii Firmiani de falsa sapiẽtia
Rubricę Tertii libri foeliciter incipiũt.

Commendatur in primis ueritas. & omni pręfertur eloquentię.& quare eã non sint assecuti Philosophi aperitur. Et quare stylo simplici sacra scribãtur eloquia. Et ꝙ Philosophis tunc maxime credendum est:cum suã ignorantiam profitentur.¶ Capitulum.i.¶ Vellem.
Quod ipso nomie Philosophię conuincitũ q̃ inanis fuerit gentiliter philosophantium occupatio.¶ Ca.ii.¶ Nũc quo Ex quibus rebus philosophia constet. Et quis fuerit author Academicę sectę quę nihil recte definit. quã solã opinionem esse in philosophia gentilium. qui ideo plus audent:quia errores eorum non arguit nisi deus.¶ Cap. .iii.¶ Videamus tamen.
Quomodo Zeno & Socrates totã philosophiã sustulerũt de medio.& quasi quodam ciuili bello suis confecta est armis.¶ Capitulum.iiii.¶ Recte igitur.
Contra Academicos multa scire & natura rerum & uitę necessitas cogit.¶ Capitulum.v.¶ Sunt enim multa.
Quõ sapientia in medio errantium fuerit. & Academici contra Physicos.& Physici contra Academicos dimicauerint. Et quę sint asystatarum exempla quęstionum. Et ꝙ rationes cęlestium siue naturalium sciri non possunt.
¶ Capitulum.vi.¶ Nusq̃ ne.
De morali philosophia.& q̃re sicut utilior : ita & cęteris philosophię partibus sit facilior. quę fuerint omnium Philosophorum fere sententię de summo bono.¶ Capit. .vii.¶ Transeamus.

Quod uera sapientia docet summū bonum hoīs non esse animi uel corporis uoluptatē. aut aliquod eorum quę a Philosophis sunt: proposita ¶ Ca. viii. ¶ Quid ergo.

Quid sit uere sapiētis summum bonum. & quam uitiosa fuerit ratio Anaxagore ad qd natus sit hō ¶ Ca ix ¶ Venio

Quod ea quę uidenť hoīs esse ꝓpria: cęteris quoq; aīalibus cōmunia sūt. homini uero proprium est deū noscere & colere ¶ Capitulū. x. ¶ Summum igitur bonum.

Quod deus fecit hominē cupidum religionis & sapiētię. quorū alterū cōstare sine altero nō pōt. Et q̄ nihil eorū quę mortales appetūt: sūmū bonū sit ¶ Ca xi ¶ Cōstet igiť

De duplici pugna corporis & anię & hostibus utriusq;. Et q̄ uirtus non propter se appetenda est: sed ꝓpter uitā ęternam quę summū bonū ē. Et uirtutē necessario sequiť & in pręsēti haberi nō potest ¶ Cap. xii ¶ Sed queriť qd.

Quod aīa immortalis: & quare diuina traditio logica nō desiderat aut philosophiā: sed ęthicā solā in qua docenda sūmi Philosophi errauerunt. Et quare philosophia nō sit dux uitę & uirtutū parēs: expultrix & ultrix uitiorū. q̄d tn̄ Cicero & alii astruere conati sūt ¶ Ca. xiii ¶ Res exigere

Quod Lucretius & alii errauerūt opinati sapiētiā inuētā esse ab homine. & nec datā hominibus a creatore. Et quō Cicero suis uerbis conuinciť. Et q̄ philosophia nec uerū docet: nec ad recte uiuēdū īstruit ¶ Ca. xiiii ¶ Rectius itaq;

Quod ī eodē errore fuit Seneca. & q̄d philosophia secūdū ipsum. Et q̄ sicut deus unus & ueritas una: ita una est & simplex sapientia. Et quomodo Philosophorum oratio pugnet cum uita. ¶ Capitulum. xv ¶ Eodem ductus.

Quod recte docentes & male uiuētes teste Cicerone non utilitatē ex philosophia. sed inanē ꝑcipiūt delectationē. & q̄ sapientia seipsā semp exercet in bonis actibus. Et q̄re nō philosophię sed sapientię ipsi iugiter insistendum sit. ¶ Capitulum. xvi ¶ Verum.

Quę fuit ipsa doctrina Epicuri quę moribus omnium appositissima loquebať Et quō Leucippū & Democritū habuerit autores erroris & fabros atomorū & assertores uoluptatis. ¶ Capitulum. xvii. ¶ Dixi de Philosophis.

Quô Pytagorici & Stoici côtrario Epicureis errore desipiât. sic animarû immortalitatê statuêtes: ut eas in uaria corpora trâsire mentianê & uoluntariâ mortê persuaserût inaniter philosophantibus. Capi. xviii. Alii autem.
Quod Cicero & alii sapientissimi immortalitatê animarû sed ifideliter docêt. Et q mala uel bona mors sit pôderâda ex anteacta uita & gratia dei. Cap. xix. At illi q de.
Quod Socrates i eo fuit cordatior ceteris: qa a scrutinio celestiû & naturaliû causis disputationê suspêdit in qbus temere côsumiê ingeniû & têpus. sed & i multis desipiût quorû subiciuntê exêpla. Capit. xx. Videamus nunc.
Quod Plato didicerit a Socrate. qd si obtineret: humani generis periret societas. Ca. xxi. Videamus tamê quid.
Quod dogma Platonis nô erat nisi criminis fôs & fomes & uirtutû omniû exterminiû. Capit. xxii. Restat.
De minoribus Philosophis. & quatenus inuicê ratione ex rerum contemptu proficiant & erroris assertores sint. Capitulum. xxiii. Cum igitur in tanta.
De antipodibus quos ideo esse finxerunt: qa opinati fût mûdû esse rotûdû. Cap. xxiiii. Quid illi q eê côtrarios Quot & quâta predicêda sunt. & alias necessaria gêtiliter philosophantibus. ut philosophiâ nullus assequatur aut rarus. Capitulum. xxv. Nunc pauca.
Quod doctrina celestis sapientiam sola largiê quâ natura communis appetit: & querens philosophiam non inuenit. Et q efficax sit lex dei & ecclesie sacramenta. Capitulû .xxvi. Quod ergo.
Quod Philosophi sepe recte precipiunt & interdû uidêt uerû. Et quare nô sit eis credendum in quo solo nitatur côditio nature. Cap xxvii. Quid ergo! nihil ne illi.
Quod fortuna nihil est. quâ Philosophi nô modo deam: sed deû mentiunê. Et quô hûc errorê demones immiserit eis q deû nesciebât aut contênebât. Ca. xxviii. Qua pter Itê repetitio de fortuna & natura eius & definitione eius Capitulû. xxix. Sed repetamus id quod omisimus.
Epilogus quo docet quomodo trâseundû sit a uanitate Philosophorû recedêtibus: & ad uerâ sapiêtiâ aspirâtibus

scilicet ad uerbũ dei i quo sola ueritas inuenit̃. & uirtus & beatitudo. & ab eis quę dicta sũt: ad dicenda transitum facit ❡ Ca. xxx. ❡ Docui quantũ mea mediocritas tulit.

❡ Lactantii Firmiani de uera sapientia libri Quarti Rubricę foeliciter incipiũt.

Quomodo unius sęculi error in omnem sit transfusus ętatem. & orbem occupauerit. Et Grętia post gloriã septem sapientum studio pquirendę ueritatis exarserit. & studiosi eius se maluerit Philosophos q̃ sapiẽtes appellari ❡ Capitulum. primum. ❡ Cogitanti.

Quod ibi est quęrenda sapiẽtia ubi gentibus est stultitię titulus. Et quare Pytagoras & Plato litterarũ psecutores nõ accesserit ad iudęos ❡ Ca. ii. ❡ Quare si neq; illi fuere.

Quod sapiẽtia & religio inseparabiliter cohęrẽt. Et q̃ necesse ẽ eosdẽ nõ diuersos eẽ secretarios sapiẽtię & numinis sacerdotes. Et quare contra naturã sit colere plures deos Et quare sicut necessitate naturę oportet dominũ eẽ unũ unicuiq; sic & patrẽ unũ ❡ Ca. iii. ❡ Deorũ igit̃ cultus.

Quod sapientia spectat ad filios religio ad seruos. & utrisq; fõs deus unus solus & uerus. q ingratũ abdicat filiũ & fugitiuũ punit seruũ. ❡ Ca. iiii. ❡ Quibus rebus. appa.

Quod oracula Prophetarũ sollicite inspiciẽda sunt. quos diuinitus eẽ loquutos rerũ multo añ prędictarũ cõuicit euẽtus. & quo tpe pphetauerit Moyses. Quot ãnis Iosue rexerit populum. Quot pfuerit iudices q̃diu regnauerit Reges. Quo tpe domiatus Cyrus. Quod i Philosophis & sapientię fundamentum ❡ Ca. v. ❡ Nunc quoniã docui.

Quod deus creator omniũ coomnipotentẽ genuit filiũ. & per eum creauit uniuersa: testes sunt Sibylla & Trimegistus. oracula consona pphetis & sapiẽtissimo Salomoni ❡ Capitulum. vi. ❡ Deus igitur.

Quod nomen filii & angelis aut hoĩbus sit ignotũ. licet nomẽ habeat quod nõ ab utrisq; adorat̃ Et unde dicatur Iesus & unde Christus ❡ Ca. vi. ❡ Fortasse quęrat aliquis.

Quod filius bis natus est. ęternaliter de patre: tẽporaliter de uirgine matre. sed natiuitate inexcogitabili & ieffabili

Et quare dicat̃ uerbũ. & in quo ab aliis angelis differat & quare illi nõ dicant̃ uerbum dei uel uerba. Et quare hoĩs spiritus dissolubilis. Et q̃d Dauid & Salomõ pphetae fuerint de hoc uerbo. Et q̃ Salomon praecesserit Troianum bellum. Et quid Ioannes euangelista de eodem uerbo. ¶ Capitulum. viii. ¶ In primis enim.
Quod melius a Graecis logos q̃ a Latinis uerbũ. Et q̃d de deo senserint gentiles Philosophi Zeno & Trimegistus. ¶ Capitulum. ix. ¶ Sed melius.
De secunda natiuitate filii quã Prophetae multo ante praedixerunt. & quõ eductus sit Israhel ab Aegypto. & q̃bus ĩ ngratus beneficiis caput bouis in memoriam Apis dei Aegyptiorũ figurauent. Et quis ordo publicarũ fuent potestatũ usq̃ ad domini passionẽ. ¶ Ca. x. ¶ In p̃mis igit̃. Quae fuerit causa incarnationis Xp̃i. ¶ Ca. xi. ¶ Cũ saepe.
De cõceptu & partu uirginis p̃dicto a pphetis. De passiõe resurrectione & ascẽsione & iudicio. ¶ Ca. xii. ¶ Descẽdẽs.
Quod filius a p̃re ẽ secundũ deitatẽ. & q̃ geminae substãtiae esse conuincit̃. tũ ex operibus propriis: tum ex oraculis Prophetarũ: & etiã Appollinis Milesii testimonio. Et q̃re nec ad Salomonẽ: nec ad alium q̃ ad Xp̃m referri poss unt uaticinia Prophetarũ. ¶ Ca. xiii. ¶ Summus igit̃ deus.
De aeterno Christi sacerdotio. q̃ Prophetae sicut & caetera praedixerunt: sic exprimentes Iesum Xp̃m: ut oracula nec filiũ Naue: nec ad filiũ Iosedech ualeãt retorqueri. Et de uiis quas docuit Xp̃s. qui nunq̃ suum honorem quaesiuit sed patris. ¶ Capitulum. xiiii. ¶ Quibus.
De baptismo Christi & miraculis quae gessit in carn e ante passionem quae nõ modo a Prpophetis praenunciata sunt:. sed etiã uaticinio Sibyllarũ. sicut Cicero & Varro testant̃ sed oracula ante Christi aduentũ non potuerũt intelligi ¶ Capitul um. xv. ¶ Quoniam de.
De passione Christi quae iudaeis est scandalo: & stultitiae gentibus. quomodo summam uirtutem cõtineat. & uerã & singularẽ sapientiã & ueritatem sicut Prophetae fuerũe praeloquuti. ¶ Capitulum. xvi. ¶ Venio.
Quod calumniati sunt eũ quasi legis destructorẽ. Et q̃d

prefigurauit circumcisio. Et quare in illo iussa sit fieri mēbro. Et quare probibitum sit carne suilla uesci. ¶ Ca. xvii. ¶ Sed ire.
Quę causa & qs fuerat ordo dominicę passiōis. Et qbus sit prenunciata oraculis. ¶ Ca. xviii. ¶ Cū igitur ea.
De miraculis quę in passiōe domini cōtigerūt. De sepultura & resurrectiōe. Et a quibus testimoniis Prophętarū fides roboret̃ istorū. ¶ Cap. xix. ¶ Quid aplius de facino.
Quod profecto in Galileam domino post resurrectionem discipulis scripturarū reserauit arcana. & quare lex uetus dicat̃ testamentū: nec potuerit itelligi ante morte domini & q̄ nouū testamentū ueteris adipletio est. Et qbus hoc ante prędictū sit testimoniis ¶ Ca. xx ¶ Profectus ergo.
De ascensione domini: diuisione discipulorū ad nascētis ecclesię fūdamētū iaciēdū & roborandū. Et de miraculis eorū. Et quō Petrus & Paulus Romā uenientes ꝓphętauerūt Regē in breui uenturū: qui Iherosolimā destrueret & iudęos deleret. eodē modo quo postea contigit. ¶ Cap. xxi. ¶ Ordinato.
Quod argumētis reuincendi sunt qui diuinis detrabūt sacramētis. Et qbus argumētis utant̃ infideles: ut dñicę incarnationis fidē euacuēt ¶ Ca. xxii ¶ Cōfirmati sunt.
Quod pręceptoris morū uacillat autboritas: si non facit ipse quod docet. sicut ī pbariseis patet q cōtra sua ꝓcepta uiuebāt. sed Cbristus primo fecit quod postea docuit.
¶ Capitulū. xxiii. ¶ Quicunq.
Quod cęlestē doctorem perfectū esse oporteat. Et quare perfectus esse non possit sine corpis assūptiōe mortalis.
¶ Capitulum. xxiiii. ¶ Age.
Quod Cbristus licet mortalitatē nostrā sumpserit nō tñ natus ē ut alii boīes: sed ex carne uirginis. Et q̄re cū immunus esset a culpa: spōte subierit penā ¶ Ca. xxv ¶ Discāt igit̃.
De mysterio dominicę crucis & uirtute & significatione eorū quę Xps gessit aut ptulit. Et quō prefiguratus sit in imolatiōe agni legalis ¶ Ca. xxvi ¶ Dixi de bumanitate.
De potētia signi crucis quātę efficacię sit inuocatio noīs crucifixi. Et quantū a dęmoniis timeatur signū crucis.

¶ Capitulum.xxvii.¶ Nunc satis est.
De uera & singulari religione.& unde dicatur religio uel secūdū Ciceronē uel alios.¶ Ca.xxviii.¶ Quę cū ita se ha.
De unitate patris & filii ut liqueat quō unius dei possīt esse cultores qui duos colunt.alterū patrē alterū filium. patremq; immortalem:filium mortalem.de quo superi us dictum est.¶ Capitulum.xxix.¶ Fortasse quęrat aliqs.
De heresibus quas nō modo Prophętę:sed etiā Christus & Apostoli prędixerūt emersuras esse uitandas. Et q̄ illa sola Ecclesia catholica est & uera:in qua est confessio & medicina peccatorū p penitentiā & fidei sacramenta.
¶ Cap.xxx.¶ Sed quoniam.

¶ Lactantii Firmiani de iustitia.
libri Quinti Rubricę incipiunt.

QVod iniquū & impiū est āte dānare uel personā uel causā:quā de merito eius cognoscere. Et q̄re sapiā iugēda sit religiōi. Et quare sapiētia huius mūdi litteras sacras contēpserit.Et q̄ eloquētia seruit sęculo.& Plerūq; ut amplius elucescat ex industria impugnat ueritatē.quę fere semp idoneis assertoribus idiget.¶ Ca.i.¶ Nō ē apud me.
Quod ex defectu doctorū data ē temerariis hoībus auda cia impugnādi ueritatē ignotā.& hoc ꝓbat exēplo duorū Philosophorū q̄s uiderat i Bithynia.¶ Ca.ii.¶ Ergo qa.
Quod a discipulis Christi uolūtas mentiēdi abfuit. qui uitā exercebāt contrariā uitiis. Et qd respondendū fuit blasphemię eorū:q Xp̄m Magū fuisse mētiti sunt: & sibi ipsis cōtraria docuerūt.¶ Ca.iii.¶ Abfuit ergo ab his figēdi
Quare hoc opus inceptū sit:& cōtra quos.& ad qd ꝓsit.
¶ Capit.iiii.¶ Hi ergo de quibus dixi cum pręsente.
De iustitia quē non modo Philosophi:sed etiā Poetę qui eos pręcesserunt tantis quęsierunt uiribus Et quomodo pro uero haberi debeat non figmento Poetico: q̄ iustitia terras incolebat regnante Saturno.& aurea fuisse sęcula. sed Ioue regnante iustitiam esse fugatam.¶ Capitulum .v.¶ Nunc reddenda est.

Quod cupiditas fons malorum omniũ expulsa institias suas.id est iniquissimas ꝓmulgauit leges.Et quomodo sub Ioue naturę cõsortes seruituti subiecerit audax:auara ambitiosa:superba:& crudelis impietas hominũ.& aureũ expulit sęculum:q̃d sola facit puritas uerę religionis.

¶ Capitulum.vi.¶ Quorum omnium.

De aduẽtu Christi aureũ sęculũ restituẽtis in electis id ẽ uerã reformãtis religionẽ.Et ꝙ uirtus innotescat:& ꝓbat̃ exercitio uitiorum.ut liquidum sit quare deus mala esse permiserit.¶ Cap.vii.¶ Sed deus ut parens.

Quare iustitia quę improbatio est: nõ uideat̃ ab hoibus. Et ꝙ homo dei templum est nõ aurum uel lapides.Et ꝙ deus uirtutibus colendus ẽ nõ corruptibilibus donis.& ꝙ oia mala ex eo proueniunt: ꝙ plures dii colunt̃. quia si unus solus uere colerent̃:oẽs iura fraternitatis: agnoscerent & exercerent.¶ Cap.viii.¶ Qui ergo putant.

Quod iniqui iustitiã quã sibi abesse sentiunt:oibus abesse putãt:& in eos q iustiores & innocentissimi sũt:atrocius sęuiunt.id est in seruos Christi mensurã patrũ implẽtes. q caput omniũ iustorũ Christũ occiderũt. eo ꝙ dissimilitudo uitę criminosę sitiat sanguinem innocentiũ.¶ Cap. .ix.¶ Nonnunq̃ tamen.

De impia iniquorũ qui deũ nesciũt:pietate.Et q̃d & ubi sit uera pietas.quã deorũ cultores asseq nequeũt propter subiectas causas.¶ Cap.x.Operę pretium.

Quod pseq̄uutores Christianorũ nõ mõ bestię fuerĩt:sed ipsis brutiores bestiis.Quibus & quare tormentis Martyres afficiant.¶ Cap.xi.¶ His igitur hominibus.

Quomodo ipsi carnificibus grati facti sũt: qui diligunt inimicos.Et ꝙ expetibilius est esse bonũ & malũ putari: q̃ malum esse & uideri bonũ.¶ Ca.xii.¶ Quid his facias.

Quod ex eo patet iustitia Christianę religionis & ueritas fidei:quod de cultoribus deorum crescit ecclesia:sed de ecclesia nec minis nec tormẽtis cõpelli possit ad cultum deorũ.licet qdã sacrificasse ex ĩfirmitate legant̃ inuiti.q tñ postea p penitẽtiã ĩ quo Nouatiani confutant̃ surrexerũt fortiores.Et ꝙ patiẽtia martyrũ solidissimũ ẽ Christianę

religionis fundamentū. Ca.xiii. Cū aūt nr̄ numerus.
De uera uirtute Christianorū. q in culmie patiētię cōstituti: Philosophos laudatores patiētię antecedunt uirtute patiendi. Et q uanum & stultum est imaginatam terráq ut deum colere. Capitulum.xiiii. Sed est uera uirtus.
Quare sapiētes habenī pro stultis. Et quomō in duabus precipue uirtutibus pietate scilicet & ęquitate iustitia constet Et quid pietas secundū Trimegistum. Et quid ęquitas sedm̄ Ciceronē quarū neutrā assequi potuerūt Romani uel Greci. nec aliq nisi Christiani. Ca.xv. Iustitia
De ęquitate Christianorū. quā Philosophi nō habētes: nec inuenire nec defendere potuerūt. Ca xvi. Duobus igit̄.
Quō Carneades & iura pro utilitate sancita: & uerā in hominibus iustitiā nisi forte stultis collegerit inueniri non posse. Et ciuilis iustitia sapientiā quidē habeat: sed iniustā naturalis autē iusta sit utiq. sed sapientiam omnino non habent. Capitulum.xvii. Exposui.
Cōtra Carneadem q nec stultus pōt esse iustus: nec sapiēs iniustus. Et q innocētibus & iustis deus semper optime consulit & necessaria prouidet. quę patent ex definitione stultitię & sapiētię. Et quę sit cognatio hominis & dei.
Capitulum.xviii. Quod ad pre.
Quod ignoratio imortalitatis & dei ueri pdictorū causa errorū est. & mortē mereī ęternā. Et q homo non sit hois genitor: sed minister generatiōis. Et quare deus uerā sapiētiā uoluit sub spē stultitię occultari. Ca.xix. Sed nimirū.
De insania eorū q deos colūt: & nō audēt rōne cōtēdere cū fidelibus. Et q̄re sacramentorū suorū silentiū indicāt Et q religio per patientiā defendēda ē. & ratiōe potius q̄ sęuitia: ferro: uel igne. & quātū & i qbus differūt religiōis uerę cultus & falsę. Ca.xx. Discant igitur.
Quod hostes suos adorat stulta gentilitas. quorū cultus nō mō Christiani: sed & Philosophi & domestici cultores deorum destruunt. Capit.xxi. Isti autem.
Quare maligni spiritus istigēt cultores suos i psecutionē fideliū. Et q̄re uera religio uideať ianis. Ca.xxii. Nō ergo.
Quare deus electos suos tradita impiis potestate uexari

patiatur. Capitulū.xxiii. Longum est uniuersas.
Quod bonorū tortores torquebant. & malas bestias de terra auferat deus. Cap.xxiiii. Quicqd ergo aduersū.
Lactantii Firmiani de uero cultu
libri Sexti Rubricę foeliciter incipiūt.
Quod innocētia uerissimus dei cultus ē. quā carnalis hō corpe deditus nescit. Ca.i. Quod erat offici.
Quod deus nec esurit. nec sitit nec in tenebris est: ut ei oporteat hostias immolari aut uina offerri uel lumia. Et quare hęc offerant dūs gentiū quę fidē rectam & ueram innocentiā offerre nesciūt. In quibus consistūt dei cultus Et q̄ intra oīa quę ad cultū dei pertinēt prestantissimū est: homines ad ueritatē & iustitiā erudire. Et quare nolit ab elementis incipere. Cap.ii. Mactant igitur.
De duabus uiis quarum altera uirtutū altera uitiorū est quę in littera Pytagorica figurantur. & fidelius tractant̄ a Christianis q̄ a Philosophis. Et de duobus ducibus uiarum. Capitulum.iii. Duę sunt.
De uia uirtutis quę in elysios campos deducere dicit̄. & uitiorū quę ad impia tartara ducit. & ducibus utriusq;. Capitulum.iiii. Vna est.
De falsa definitione philosophię. quam authore Lucillio posuerūt Philosophi. & uera differētia scientię & uirtutis Capitulum.v. Sed prius q̄.
Quod Philosophi nescierunt quid esset bonū aut malū. q̄a fontē boni lucidū nesciebāt. nec intellexerūt qs debeat rerū & operū finis esse. & quomodo cōstet Lucilliū falso definiuisse uirtutis officia. Ca.vi. Dixi quod erat.
Quod in uia erroris est species sapientię & uirtutis. Et q̄ uia ueritatis & sapientię est simplex & angusta & ardua. & deū habet ducem. Capit.vii. Nam illi omnes.
Quare a Philosophis ueritas īueniri nō poterat nec ab iis q̄ terrenis dediti sunt. sed ab electis inuenit̄ per legē dei. cui pōt Ciceronis definitio adaptari. Ca.viii. Hęc ē uia: Quod caput religionis & uia ueritatis est deum fideliter noscere & fideliter colere. Et quare diuersę leges sint a gentibus institutę. Et quis sensuū integritate uigeat. quā

gratia largi᷑ potius quã natura ¶ Ca. ix ¶ Cuius leges.
Quod religio deo misericordia hoi debe᷑. & quas causas edificãdi ciuitates & cõueniendi socialiter. & inuent. onis uerborũ falso cõmenti sũt. ¶ Cap. x. ¶ Dixi quid debeã.
In quos precipue sit humanitas exercenda. & in quibus liberalitatibus imaginariis pereant opera. & quę impensa prestantis ¶ Capitulum. xi ¶ Conseruanda est.
A quo sit speranda & expetenda: & quę & quanta sit uerę liberalitatis merces. Et q̃ inanis & nulla falsę. & qui sunt gradus humanitatis ¶ Ca. xii ¶ Hec est illa falsa iusticia.
De premio. & ꝙ ex necessitate ex precibus pauperũ quisqꝫ teneat a deo & tribus gradibus uirtutis ¶ Ca. xiii ¶ Quotiẽs
Quod philosophi uera caruerũt humanitate. q cũ Stoicis eã inter morbos animę posuerunt ¶ Ca. xiiii. ¶ Si ergo.
Quõ Peripatetici uincãt Stoicos & doceãt affectuũ naturaliũ stimulos euelli non posse sed mitigari. Et ꝙ ea quę brutis aialibus data sũt: singulo hoi insita sũt uniuersa. & quõ Stoici mẽtis affectiõis diffiniãt ¶ Ca. xv. ¶ Hęc enim.
Quõ Peripatetici errauerunt. Et ꝙ bonus usus affectuũ uirtus est: malus uitiũ. Et ꝙ usus ipse ex causa pẽsandus est ¶ Capitulum. xvi. ¶ At e.
Quod ea quę Philosophi uitia putãt: uirtutes sũt. si tamẽ referan᷑ ad finẽ debitũ id ẽ ad deũ. Et ꝙ isani sunt: q humanam naturam ingenitis affectibus spoliare nituntur.
¶ Capitulum. xvii ¶ Sed.
Quõ pcepta dei qbus insistendũ ẽ: a philosophicis dissideãt istitutis. & qs sit patiẽtię titulus ¶ Ca. xviii ¶ Sed omitta
Quod Peripatetici Stoicis obuiãt in defensiõe affectionũ
Et quę sint tres furię quas Poetę finxerunt. & quis earũ usus sit & abusus. ¶ Ca. xix. ¶ Stoici cũ affectus ex hoie.
De quinqꝫ sensuũ uoluptatibus. Et q̃re plus uoluptatis datũ sit hoi a natura q̃ cęteris animantibus. Et primũ de uoluptate uisus & de spectaculis euitãdis. Et de ludorũ & spectaculorũ authoribus ¶ Ca. xx ¶ Restat ut cõtraria.
De uoluptate auriũ. Et qd sibi uelit diuinorũ eloqorũ simplicitas: quę oibus carminibus & floribus pompisqꝫ uerborũ pręferenda est. ¶ Cap. xxi ¶ Auriũ uoluptas.

De uoluptate olfactus & gustus quã uir prudens eutare debet ut laqueos & tendiculas mortis. ¶ Capitulũ.xxii. ¶ Ad uoluptates.
De uoluptate tactus & quare sit in homine uehementior q̃ in cęteris aialibus.& quantas per eum diabolus turpitudines ingerat & spicula gehennę. Et de licito coitu & illicito. Et quare inter omnia animantia sola mulier post conceptum sit patiens uiri. Et quis sit continentię uel incontinentię fructus. ¶ Capitulum.xxiii. ¶ Venio.
De pęnitentia & fructu eius & conscientię stimulis: & districto dei iudicio. ex quibus sacrificiis & in qua ara possit placari ¶ Capit.xxiiii. ¶ Nec tamen deficiat aliqs.
De differentia doni & sacrificii diuini: & forma laudãdi deũ & orationis forma & fructu. ¶ Capitulũ.xxv. ¶ Nũc de sacrificio.

Lactantii Firmiani de beata uita
Rubricę libri Septimi incipiunt.

Qvid dictum in precedentibus libris: & quid restat dicendum in ultimo. qui sunt credituri ueritati & qui non & quare ¶ Capitulum.i. ¶ Bene habet.
Quod aureũ sęculũ id est felicissimus status futurus est post iudiciũ. Et quare ratio mundi nõ potest ab homine apprehendi. & q͂ ueram sapientiam non assequitur quis beneficio naturę sed gratię. ¶ Ca.ii. ¶ Nunc ignaros.
Quantum errauerint Stoici de ratione mundi & authore omnium deo & homĩe per quem factus mundus. Et q̃m manifeste cõtra Epicurum rationibus doceatur mundũ & omnia quę in eo sunt dei prouidentia gubernari. ¶ Ca.iii. ¶ Et quoniam de.
Quod omnis res ad aliquem usum facta est. etiã illa quę omnia uidenẽ esse mala. quare homo creatus sit corpore fragilis & capax ratiõis ¶ Ca.iiii. ¶ Sed de prouidẽtia satis
Quare homo creatus sit. & quare ex contrariis constet. & q͂ ei domicilium constitutũ est in medio. & uita duplex ꝓponiẽ quarũ alterã ministrat natura: alterã largiẽ gratia. Et qd significet q͂ homo primũ q̃drupedibus cõformaẽ & postea erigiẽ. & tandẽ utitur exercitio ratiõis. ¶ Cap.v.

¶ Reddamus nunc rationem.
Item quare mundus creatus sit. quare homo. quã inanis sit cultus deorum. ¶ Capitulum. vi. ¶ Nũc totã ratioñe.
Quare Philosophi nequiuerunt cõprehendere ueritatem integre. quã tamen sicut exempla declarant particulatim comprehenderunt. totã se defendere nequiuerunt. ¶ Cap. vii. ¶ Quam summam.
De immortalitate animę. & quibus eam argumẽtis Plato sit conatus astruere. ¶ Cap. viii. ¶ Vnum est igitur.
Quę sit de imortalitate anię fidelis assertio. Et q̃ laborũ uirtutũq; finis beata ęternitas ẽ. ¶ Cap. ix. ¶ His itaq; argu.
Item de immortalitate animę. Et q̃ uirtus semel habita perpetuatur & amitti non potest. & q̃ uita dupex est. & item mortes duę homini proponuntur. ¶ Capitulum. x.
¶ Transeamus nunc.
De resurrectione corporum mortuorũ & morte & aĩarũ perpetuitate. ¶ Cap. xi. ¶ Impletis ergo temporibus.
Itẽ de imortalitate animę contra Lucretiũ & Epicurũ. Et de differentia mẽtis & animę. & corporũ resurrectiõe. ¶ Capitulum. xii. ¶ Nunc argumenta.
Quibus testimoniis immortalitas animę approbatur & futurũ iudiciũ dei. Et quantũ Aristoxenus alios uicerit in errore. ¶ Capitulũ. xiii. ¶ Declaraui ut.
De fine mundi & errore Chaldeorum. De ętate mundi. & q̃ post Sex ętates. id est Sex mille annorũ status mundi mutabitur & renouabitur. Et q̃ mille anni sũt unus dies dei. Et q̃ post mille annos regnabunt electi dei in terra post iudiciũ. ¶ Cap. xiiii. ¶ Quoniam de immortalitate.
Quod submersio Pharaonis & Aegyptiorum. & liberatio Hebręorũ de seruitute Aegypti pręfigurauit liberationẽ electorũ & reprobationem damnatorũ. quę futura est in fine mundi. Et q̃ signa multa sicut illam ita & hanc pręcedent liberationem. Et q̃ Romanũ imperiũ ante delebiť Et q̃ in Asiam summa potestas omnium reuertetur. Et quibus ętatum gradibus Roma creuerit & deficiat. ¶ Ca. xv. ¶ Est in arcanis sanctarum litterarum.
Quomodo imperii uẽtura sit destructio. & quę illi signa

precessura sint secūdum uaticinia Prophetarū & Sibyllę. ¶ Capitulum.xvi. ¶ Quomodo autem.
De aduētu magni Prophetę qui Helias dicitur & quomō interficiet ab Antichristo.& resurget die tertia & ascēdet i celū. Et de psecutione ecclesię quā iferet Antichristus Et de miraculis eius. ¶ Capitulum.xvii. ¶ Sed planius.
Quomodo hęc prenūciata sunt.& uaticiniis Prophetarū & oraculis gentilium uatum: & uersibus Sibyllinis. ¶ Ca.xviii. ¶ Hęc ita.
Quō christus & quibus signis pręcedentibus descen det de cęlo ut interficiat Antichristū & Tyrānos & impios deleat de terra. Et q̄ uigilię nocturnę christianorum ideo institutę sunt: q̄ Christus de nocte uenturus est. Et q̄ dii & cultores eorū dabunt incendio ut Sibylla prędixit. ¶ Capitulum.xix. ¶ Oppresso igitur orbe.
Quomodo apeiantur inferi & resurgent mortui. Et qui iudicandi sunt & qui non. Et quō hęc Sibylla pdixerit. Et qua ratione anima cum immortalis sit: patibilis esse possit secundū Stoicos ¶ Capitu.xx. ¶ Post hęc aperient.
De potentia dei quę pro merito cuiusq̄ potest & homies & āgelos punire. De carnis īmortalitate post resurrectionē De differentia ignis gehennalis & ignis cōmunis. Et qd in electis quid in reprobis operet. ¶ Ca.xxi. ¶ Primū igit.
Quod hęc a quibusdam dicunt esse poetica. & unde ad notitiam uenerint Poetarū. quibus de causis corruperint ueritatem.& lethęū amnem & alia phantastica induxerint ¶ Capitulum.xxii. ¶ Figmenta.
De resurrectiōe.& q̄ Pythagoras & alii Philosophi iepte locuti sūt. & de anastasi.mentiētes animas in uaria trāsire corpora. ¶ Capitulum xxiii. ¶ Non igitur renascentur.
Quod secundum uaticinia Sibyllę post iudiciū p mille ānos regnabit i terra filius dei cū electis suis i sācta ciui eate quā cōstituet. Et q̄ diabolus uincet mille ānis.& oīs creatura māsuescet. & ad iucūditatē seruiet hoī. Et Xps ab oibus colet ut deus & dñs. ¶ Cap.xxiiii. ¶ Nūc reliq̄.
Quod nō restāt ex quarundam scripturarū assertiōe nisi ducenti anni usq̄ ad rerū innouationem. Et q̄ finis non

aderit nisi Roma destructa ¶ Capi.xxv. ¶ Hęc sunt quę a. Quod elapsis mille annis aurei sęculi post iudiciū soluet item diabolus. & concitabit gētes & sanctam expugnent ciuitatem. & obsidebūt eā Et quomodo eā omnino deus destruet & poenis ęternis tradet. electis hoibus translatis ad gloriam angelorū post resurrectionē secundā. ¶ Capi. .xxvi. ¶ Diximus.

Exhortatio ut omnes properent ad suscipiendam cum religione sapientiam. per quas ad beatissimā perueniuntur ęternę uitę beatitudinē ¶ Capi.xxvii. ¶ Quoniā decursis ꝓpositi.

¶ Lactantii Firmiani de ira dei sequuntur capitula foeliciter.

PRohemium in quo pręmittens ordinem dicendorū ad habendam ueritatē docet deū esse cognoscendū. ¶ Capitulum primum. ¶ Animaduerti sępe.

De gradibus ꝑ quos ad ueritatē ascendit. & qui de ipsis gradibus deiiciant ¶ Capit.ii. ¶ Nam cū sint gradus.

Quod nullus asseruit deum irasci & gratia non moueri. ¶ Capitulum.iii. ¶ Primum illud.

Cōtra Epicurū disputat: q negabat deū irasci. gratificari & omnia prouidere. ¶ Capitulū.iiii. ¶ Quod sequitur.

Contra Stoicos dicentes in deo esse gratiam sed nō iram. ¶ Capitulum.v. ¶ Existimantur Stoici.

Quod deus irascitur ¶ Capitulm.vi. ¶ Hę sunt de deo.

Quod Philosophi errant. Et ꝙ homines ab aliis animātibus maxime differunt religione. quę hominis est ꝓpria ¶ Capitulum.vii. ¶ Cum sępe.

Contra Epicurū religionē subuertentem. Et ꝙ religio sit habenda ¶ Capitulum.viii ¶ Dissoluitur autem.

Varias opiniones de mūdi opifitio & gubernatione enumerat ¶ Capitulū.ix. ¶ Cū sentētię Philosophorū.

Quod mundus dei prouidentia factus sit & gubernet. ¶ Capitulū.x. ¶ Qui nolūt diuina prouidētia.

Utrum unius dei an pluriū deorum prouidētia mūdus regatur & constet. ¶ Capit.xi. ¶ Quoniā constitit.

Lactantii Firmiani de opificio dei uel
formatione hominis capitula sequunt̃.

¶ Lactantii Firmiani errata primi libri qbus ipse deceptus est.per fratrē Antonium Raudensem theologum collecta & exarata sunt.

Primus error. quādo dicit & quidem uniuersaliter fieri nō posse quin omne quod sit:aliqn̄ esse cęperit ¶ Capitulo.vii.
Secundus error quādo ex pręcedenti errore credidit deū seipsum genuisse:& fecisse. ¶ Ibidem.

¶ In Secundo libro errata.

Primus error. quādo dicit angelos nō stati a mūdi principio ad hominū tutelā esse decretos. ¶ Ca.xv.
Secū dus error.dū dicit deum angelis pręcepisse: ne terrę contagione macularent̄. ¶ Ibidem.
Tertius error. dum dicit diabolū angelos paulatim ad uitia pellexisse. Ibidem.
Quartus error qn̄ dicit angelos dei mulierū cōgressibus inquinatos & filios genuisse. ¶ Ibidem.
Quintus qn̄ dicit oēs animas coelo creatas esse. ¶ Capi.ix.
Sextus quando dicit coelū stelliferum esse supremum:& esse sedē ipsius conditoris.& ibi superos omnes habitare. ¶ Capitulo.x.
Septimus error. quando dicit deum posuisse solē & lunā in firmamento. ¶ Ibidem.
Octauus quādo dicit animā ex dei substātia esse decisam. ¶ Capitulo.xi Et capitulo.xiii.
Nonus quando dicit deū infinitas animas. seu infinitam multitudinē animarū a principio procreasse. ¶ Capi.xi.
Pulchra contentio inter Ciceronē & Lactantium de materia prima ille ęternam esse dicit : hic creatam nititur comprobare. ¶ Capitulo.ix.
Sequitur incidēs materia de induratione cordis humani. de causa quoq; prędestinationis reprobationisq;. ¶ Ca.ix.
Decimus qn̄ dicit deū post diluuiū instituisse:ut homies post centū uiginti annos nō amplius uiuerent. ¶ Ca.xiiii.

Arguit Ariſtotelem qui mundi eternitatem poſuit.ipſe au tē a deo pductum eſſe reſtatur.quod cū ueriſſime dicatur tamē iſta exiliter ita aduerſus eū philoſophū arguit:ut ſō niare potius ꝙ̄ litigare ne dicā diſputare uideat ¶ Ca.xi.
Scribit de diluuio tēpore Deucalionis.& quid antea dixe rit de diluuio: obliuioſus eſſe dinoſcitur ¶ Ca.xi.

¶ Errata tertii libri.

Primus error in philoſophia quando dicit ſi antipo‑ des eſſent:capita deorſum haberent pedes uero ſurſū Et ubi ſint uere antipodes ibi docetur ¶ Ca.xxiii.
Secundus quando Platoni dat uitio eum dicere matrimo nia eſſe communia.ſed tam illuſtrē philoſophum nequaꝗ̄ intellexit. ¶ Ca.xxi.
Sequitur defenſio Platonis aduerſus Ariſtotelē qui plato nem ipſum & Socratē reprehēdit: ꝙ uoluerit uxores eſſe communes. ¶ Ca.xxi.
Item platonis alia defenſio cōtra Ariſtotilem: qui illū & Socratē dānauit ꝙ uoluerit facultates eē cōmunes. Ca.xxi.
Tertius quādo dixit omnē philoſophiam abiiciendā:& eā plixius iſectatur de laudibus Socratis & platonis.C.xiiii.

¶ Quarti libri errata.

Primus quando ſpiritus ſancti omnino negat ſubſtan tiam & ibi incipit tractatus de trinitate perſonarum ¶ Capitulo vi.
Secundus error quando dicit ex deo deū ſcilicet filiū ex prolatione potuiſſe generari.¶ Ca.vii. & etiā.xiii.&.C.vi.
Tertius error.quando ait ꝙ pater filium & filius patrem facit. ¶ Ca.xxx.
Quartus eſt.quando ait ꝙ integrum corpus chriſti e pati bulo tractum eſt ne Ieſum & diminutum ad ſurgendum i habile redderetur. ¶ Ca.xxvi.
Quintus error eſt.quando dicit chriſtum in Galilea pro‑ fectum noluiſſe ſe iudaeis oſtendere ne adduceret eos in

poenitentiam & improbos resanaret ☙ C xx.
Sextus error est. quãdo dicit Pilatum in christũ mortis se tentiam nequaq̃ pertulisse. ☙ Ca. xviii.
Septimus error. quãdo dicit Christũ in principio adoles centię a Ioanne esse baptizatum. ☙ Ca. xv.
Octauus error est quãdo dicit nihil credendũ quod ocu lis mortalibus cernitur: qa mortale sit necesse ẽ ☙ C xxiii.
Nonus error ẽ. quando dicit deũ uirtutẽ docere nõ posse quia expers corporis nõ faciet: quę docebit. ☙ Ca xxiiii.
Decimus quãdo dicit Xp̃m soluisse legẽ Moysi ☙ C. xvii.

☙ Libri Sexti errata.

PRimus error est. quando dicit eos esse stultissimos: qui cãdelas & cęreos in ecclesia succendunt. ☙ C. u.
Secundus error est: quãdo dicit non esse congruẽs deum in nostrum adiutoriũ inuocari debere ☙ Ca. ultimo.
Reprehendit Lactantius Ciceronẽ. q̃ dixerit eum uirũ bo nũ esse qui p̃sit quibus possit. noceat nemini nisi lacessit' iniuria. sed ibi Cicero defenditur. Lactantius uero iure reprehendit̃ ☙ Ca. xviii.
Quartus quando dicit si quis liberos ob pauperiem non poterit educare: sanctius est ut se ab uxoris congressione cõtineat: quã sceleratis maibus dei opera corrũpat. C. xx.
Disputatio pulchra ubi Lactantius reprehendit Ciceronẽ non recte sensisse de liberalitate & hospitalitate & multis aliis. uerũ calũniator ẽ: nõ ueritatis assertor. ☙ Ca. xii.

☙ Errata septimi libri.

PRimus error est. quando dicit completis sex milibus annorũ: mundum desiturũ esse. ☙ Capitulo. xiiii.
Secundus dum dicit q̃ omnis expectatio de fine mũdi nõ amplius a se quã ducentorum uidetur annorum. Eodem loco & capitulo. xxii.
Tertius error & deridendus est dum dicit. q̃ icolumi ur be roma de iteritu mũdi nihil esse metuẽdũ. ☙ C. xxv.
Quartus de diuinatione & astrologia multa incidentee &

pulcra dicuntur p Lactantium.nescitur quo oraculo di- uinare presumpserit Ca.xv.
Quintus quãdo de fine septimi millesimi:& fine ducento- rũ annorũ sibimet aduersat̃ & cõtradicit. Ca.xxv.
Sextus quando mille annos illos famosissimos quibus di abolus carcerãdus ẽ: qd sibi uelint nõ intelligit.sed deli- rat.Capitulum xxiiii.
Septimus error ẽ.quãdo dicit homines Post iudiciũ ad p adisum deliciarũ redituros. Ca.xxvi.
Octauus error est.fortasse somniaret: quãdo dicit Roma norũ iperiũ iñ Asiam reuersurũ iterũ. Ca.xv.
Nonus quando dicit ꝙ qui in die iudicij erũt uiui nequa quã morientur:sed per mille annos infinitã multitudinẽ generabunt. Ca.xxiiii.
Decimus est quãdo dicit ꝙ gentes in iudicio nõ extinguẽ tur omnino Capitulo xxiiii.
Vndecimus ẽ.quãdo dicit ꝙ peracto iudicio: ciuitas sanc ta pulcherrima a deo in medio terrę cõstituet̃. Ca.xxiiii.
Duodecimus error est.quãdo iplicat i suis eloquiis duos in fine mũdi antichristos esse uenturos:nec iprudens erro rem suum precipit. Ca.ultimo.
Xiii quando cęlũ medium in tẽpesta nocte & non ex tene- brosa aperiri debere:quando dominus ad iudicium uene rit.Capitulo xix.
Xiiii.quãdo putat dominũ Christũ comitantibus angelis aduersum antichristũ in aerẽ descẽsurũ:& quarto prelio il lũ superari debere. Ca.xix.
XV.ẽ quãdo credit ante diẽ iudicii Christũ uenturum de cęlo cum antichristo conflicturũ.& ita aduẽtus duos im prudens ponit admodũ ꝓpinquos. Ca.xxiii.
Xvi.quia cõtra Platonẽ differere & disputare de mũdo cõ tendit.sed friuolis & exilibus nimium argumẽtis.C.pmo.
Xvii.quãdo dicit i resurrexione uniuersali non erit caro il la quã deus homini supiecit huic terrenę similis.C.xxiiii.
Xviii quãdo dicit deũ i fine mundi facturum:ne sol p tri duum occidat.Et de Lactantii eloquentia uideat̃ quid Se neca multis annis ante presenserat. Capitulo penultimo.

Xix.error est.quando non a deo iudicandos dicit: sed tã tũ eos qui in dei religione uersati sunt. ¶ Ca.xxv.
XX.error.quãdo dicit q̄ illi quos plena iusticia & maturi tas uirtutis incoxit:ignẽ iudicii nõ sẽtiẽt. ¶ Ca.xxi.
XXi.error est.quãdo dicit animas usq; ad diem iudicii in una cõmuniq; custodia detineri reclusas. ¶ Eodẽ loco.
XXii.ẽ quãdo dicit q̄ qui ab inferis suscitabuntur hi pręerunt uiuentibus ueluti iudices. ¶ Ca.xxiiii.
XXiii.ẽ quãdo credit ętatẽ aureã ꝓpositam a Poetis esse uerã quidẽ post diẽ iudicii esse futurã. ¶ Ca.ii.
Vltimus error est.quãdo dicit duo iudicia uniuersalia: duasq; resurrectiones uniuersales esse futuras.tẽpus autẽ intermediũ esse mille annorũ pleũ omni iusticia & pace omnibusq; diliciis.quo tempore finito scilicet in fine septimi millesimi soluetur diabolus & persequetur fideles ut prius. ¶ Capitulo ultimo.

His carminibus frater Adam genuensis icrepat fratrẽ Antonium.

Hic male corripuit stolidis Anthonius ausis
Autborem:in uariis causa pianda locis.
Non erat in tenebris errantis imaginis astrum
Dicere:uel nitidũ luce carere iubar.
Denique cũ sanctę ecclesię pia lumina:constet
Obsequio ex tanto conticuisse uiro.
Tu uero eloquio lingua interdicta latino:
Incubitum:nam te pensitat helleborum.

Ad R·P·D· Dominicum Episcopum Brixiensem·S·D·N·Papę Vicarium Lactantii Firmiani emendatio per Angelum Eneum Sabinum Poetam laureatum.

Ndignum·R·D·existimarem cũ aliquod opus renouatũ & in pristinã celebritatẽ reducitũ: nõ ipsũ ad sapiẽtes ipsiusq̧ sciẽtię studiosos: & cultores dirigere. Quid.n.proderit lapillos p̃ciosos ĩ plũbo: aut alia ue q̃q̧ materia minie cõueniẽti locare? Verũ si argẽto: aut auro parius lapis circũdabitũ: ut Poeta diceret: habebit opus suã maiestatẽ: atq̧ gloriã. Nos cũ supioribus diebus ab Vdalrico Gallo Alamano & Simone nicolai de Luca: nouarũ ĩpressionũ: & ut uere loquar: diuinitus ĩuẽtarũ: nobilibus ac singularibus opificibus rogaremur: ut Lactantii Firmiani codices reuolueremus. ac ex uariis multisq̧ tãti authoris librisq̧: uerã eliceremus manũ. Diu: multũq̧ mẽte agitauimus. ad quẽ potissimũ tñ opus dirigeremus. Nec certe ĩmerito cũ sępius emẽdatus & reuisus p sũmos uiros: maximis põtificibus dedicatus fuerit. Interea humanitas tua occurrit: quę nõ parũ rebus ĩ diuinis ĩstitutionibusq̧ uersata: atq̧ erudita ẽ. Nihil ergo cõuenientius existimauimus: q̃ ad uirũ theologię peritissimũ: opus de diuina ĩstitutiõe dirigẽdũ. At qs ambigit.R.D.neq̧.n.assẽtationibus utar: a qbus semp fui alienusq̧: te omĩ disciplinę genere: atq̧ ĩgenio munitissimũ. Itaq̧ aliquanto limatiores Quintiliani libros: oculis: & studio tuo dignaberis. ut tanti uiri authoritate: atq̧ aspectu emẽdatiores: atq̧ digniores appareãt. Nos cũ emẽdatiões a pluribus: & sępius factas tã Romę: q̃ Venetiis cerneremus: elicerẽ conati sumus uerissimũ: & q̃le ipse Lactãtius reliquisset scriptũ. Cõmendauimus emẽdationẽ p alios factã: nisi quod qbusdã in locis deprauatã nescio quorum culpa: cõperimus: q̧ eo magis dolẽdũ est: q̧ id opus inter cętera sacra opera elegãtissimũ uideretũ: & facundia: & sentẽtiarũ copia splẽdidissimũ: quod nõ solũ nostri tẽporis homines: uerũ & sacri olim scriptoresq̧ eloquentissimũ asseruarunt: & inter alios regnantẽ ueluti media basiliscus harene

Quid dicam q nemo magis ad ueritatis appetitionem & religionis obseruantiã Sapientieq uere cognitionẽ hortat̃? Quid quod nemo magis ab ĩgratitudine ĩ uerũ deũ ĩ psperis & ĩ aduersis rebus deterret? sine cuius rei obseruatõe nec quãq ad optatũ finẽ bonũq puenturũ existimo. nec patir̃ quẽq iniuria dãnari: aut meritũ eius cognosci. nec aliũ dei esse uerum cultũ: nisi qui innocẽter exhibet̃. Beatã uitã dilucidissime demonstrat. Et innumera alia cognitu dignissima recenset. Omnia humanitati tuę cognitissima. Nec digniora unquã arbitratus sum: apud Tarsum: aut apud illas artium omnium inuentrices athenas scribi potuisse. Quod siqua diuersa de dei ueri cognitione uidebuntur: nec mirum esse debet. Cum ut Cicero ait. Varias esse hominum opiniones intelligamus. Legeris igitur & authoritate tua protexeris. Cui tm̃ equidem tribuo: ut si cõfirmaueris: nec alius opponere possit. Nec fugit me uariis te rebus ĩpeditissimum: atq hunc librũ ut pote notissimũ: maioribus tuis negotiis post habendum. Sed decet interdũ magnos uiros deuotissimis seruitoribus obsequi: & seria: ac magis necessaria post habere. Tu inter tantos labores Catonem imitaris: qui aut Homerum: aut alium ue quenq librum in senatum deferebat: ut nullum tempus optimis studiis uacuũ esset. Si quando a consiliis cessaret: Et Iulium Cęsarem quãuis bellis pluribus: & minis gallicis uexatum: tamen statutam studiis horã repetere solitum. Itaq nõ ĩdigne feres: tm̃ a nobis petitũ onus. Quod si sẽserimus non displicuisse: permulta alia ad te dirigemus. Vale.

Lactantii Firmiani institutionum diuinarum aduersum gentes Libri primi prefatio. ad Imperatorem Constantinũ Quãta sit. & semper ueritatis appetitio fuerit. quodq nec sine religione sapientia. Nec sine sapientia sit probanda religio. ¶ Capitulum primum.

MAgno & excellenti ingenio uiri cũ ſeſe doc-
trinę penitus dedidiſſent: quicqd laboris po
terant impendi: cõtemptis omnibus publi-
cis & priuatis actionibus: ad inquirendę ue
ritatis ſtudium contulerũt: exiſtimãtes mul
to eſſe pręclarius humanarũ diuinarũq; rerum inueſtiga-
re ac ſcire rationem q̃ ſtruẽdis opibus aut cumulãdis ho
noribus inherere. Quibus rebus quoniã fragiles terrenęq;
ſunt: & ad ſolius corporis pertinent cultum: nemo meli-
or: nemo iuſtior effici poteſt. Erãt quidẽ illi ueritatis cog-
nitione digniſſimi: quã ſcire tantopere cupiuerũt: atq; ita
ut eã rebus omnibus anteponerent. Nã & abieciſſe quoſdã
res familiares ſuas & renuntiaſſe uniuerſis uoluptatibus
conſtat: ut ſolam nudamq; uirtutẽ: nudi expeditiq; ſeque-
rentur: tantum apud eos uirtutis nomẽ atq; auctoritas ua
luit: ut in ea eſſe ſummi boni pręmiũ prędicarẽt. Sed neq;
adepti ſunt id quod uolebant: & operã ſimul atq; induſtri
am pdiderunt: quia ueritas id eſt arcanũ ſummi dei: q fe-
cit omnia: ingenio ac propriis nõ poteſt ſenſibus cõprehẽ
di: alioquin nihil inter deũ hominẽq; diſtaret: ſi conſilia &
diſpoſitiones illius maieſtatis ęternę cogitatio aſſequeretᷓ
humana. Quod quia fieri nõ potuit: ut homini per ſeipſũ
ratio diuina noteſceret: nõ eſt paſſus hominẽ deus lumen
ſapientię requirentẽ diutius oberrare: ac ſine ullo laboris
effectu uagari per tenebras inextricabiles: aperuit oculos
eius aliquando: & notionẽ ueritatis munus ſuum fecit: ut
humanã ſapientiã nullã eſſe monſtraret: & erranti ac uago
uiã conſequendę immortalitatis oſtenderet. Verũ quoniã
pauci utuntur hoc cęleſti beneficio ac munere: quod ob-
uoluta in obſcuro ueritas latet: eaq; uel cõtemptui doctis
eſt: quia idoneis aſſertoribus eget: uel odio indoctis ob in
ſitã ſibi auſteritatẽ: qua natura hominũ procliuis in uitia
pati nõ poteſt. Nam quia uirtutibus amaritudo pmixta ẽ:
uitia uero uoluptate condita ſunt: illa offenſi: hac delini-
ti: ferunᷓ in pręceps: ac bonorũ ſpecie falſi mala pro boniſ
amplectunᷓ. Succurrendum eſſe his erroribus credidi: ut
& docti ad ueram ſapientiam dirigantᷓ: & indocti ad uerã

religionem. Quę professio multo melior: utilior: gloriosi-or: putanda est: quam illa oratoria: in qua diu uersati: nõ ad uirtutem sed plane ad argutã maliciã iuuenes erudiebamur. Multo quippe nunc rectius de preceptis cęlestibus disseramus: quibus ad cultũ uere maiestatis mentes hominũ instruere possimus. Nec tã de rebus humanis bene meretur qui scientiã bñdicendi affert: quã qui pie atq; inocenter docet uiuere: idcirco maiore in gloria philosophi quam oratores fuerũt apud grecos. Illi eni recte uiuendi doctores sunt existimati: quod è lõge prestabilius: quoniã bñ dicere ad paucos ptinet: bene autẽ uiuere ad oẽs. Multũ tñ nobis exercitatio illa fictarũ litiũ cõtulit: ut nũc maiori copia & facultate dicendi causã ueritatis poremus: quę licet possit sine eloquẽtia defendi: ut ẽ a multis sępe defensa: tñ claritate ac nitore sermõis illustrãda: & quodãmodo differenda ẽ: ut potẽtius in animos influat: & in sua istructa: & luce orationis ornata. De religione itaq; nobis: rebusq; diuinis institutũ disputatio. Nã si quidã maximi oratores professionis sue quasi ueterani decursis operibus actionũ suarũ: postremo se philophię tradiderunt: eamq; requiem laborum iustissimã putauerunt si animos suos in earũ rerum: quę inueniri non poterant inquisitione torquerent: ut nõ ocium sibi quam negocium quęsisse uideanť. Et quidem multo molestius quã in quo fuerant ante uersati: quãto iustius ego me ad illam piam: uerã diuinã sapientiam: quasi ad portũ aliquẽ tutissimũ conferam in qua omnia dictu prona sunt: audi tu suauia: facilia intellectu: honesta susceptu. Et si quidã prudentes & arbitri equitatis institutões ciuilis iuris compositas ędiderunt: quibus ciuium diffidentium lites contentionesq; sopirent: quãto melius nos & rectius diuinas institutiones prosequemur: in quibus nõ de stillicidiis: aut aquis arcendis: aut de manu conserenda: sed de uita: de salute: de imortalitate: de deo loquemur: ut supstitões mortiferas: erroresq; turpissimos sopiamus. Quod opus nunc nominis tui auspicio icboamus. Cõstantine Impator maxime: qui pmus romanorũ principũ repudiatis erroribus maiestaté dei singularis ac ueri & cognouisti & bonorasti

Nam cum ille dies fęlicissimus orbi terrarũ illuxisset:cui te deus summus ad beatum imperii culmẽ euexit:salutarẽ uniuersis & optabilẽ principatũ pręclaro ĩicio auspicatus es. Cum euersam sublatãq; iusticiã reducens:teterrimũ aliorũ facinus expiasti:pro quo facto dabit tibi deus fęlicitatẽ:uirtutem:diuturnitatẽ:ut eadẽ iusticia: qua iuuenes exorsus es gubernaculũ reipublicę tuisq; liberis ut ipse a patre accepisti tutelam romani nominis tractas. Nã malis qui adhuc aduersus iustos & aliis terrarũ partibus sęuiũt quãto serius:tanto uehementius idem omnipotens mercedem sceleris exoluet. quia ut est erga pios ĩdulgentissimus pater:sic aduersus impios rectissimus iudex:cuius religionẽ cultũq; diuinũ cupiens defendere:quẽ potius appellẽ Quem alloquar! Nisi eũ per quẽ rebus humanis iusticia ac sapientia restituta est. Omissis ergo huiusce terrenę philosophię auctoribus:nihil certi asserẽtibus:aggrediamur uiã rectam:quos quidem si putarem satis idoneos ad bene uiuendum duces esse:& ipse sequerer: & alios ut sequerentur hortarer:cũ inter se magna concertatõe dissideant: secũq; ipsi plerũq; discordent:apparet eorũ iter nequaq̃ esse directũ:si quidem sibi quiq; est libitũ proprias uias ĩpresserunt:confusionẽq; magnã quęrentibus ueritatẽ reliquerũt. Nobis autẽ qui sacramentũ uerę religionis accepimus cũ sit ueritas reuelata diuinitus:cũ doctorẽ sapientię:ducẽq; ueritatis deũ sequamur: uniuersos sine ullo discrimine uel sexus uel ętatis ad cęleste pabulũ cõuocamus. Nullus eni suauior animo cibus est:q̃ cognitio ueritatis: cuius asserendę atq; illustrãdę septẽ uolumina destinauimus q̃uis ea res infiniti pęne sit operis & ĩmensi: ut si quis hęc dilatare atq; exequi plenissime uelit:tanta illi rerũ copia exuperet:ut nec libri modũ nec finẽ reperiat oratio. Sed nos idcirco breuiter omnia colligemus. q; oĩa quę allaturi sumus tã clara sunt & lucida:ut magno mirũ esse uideatur tã obscurã uideri hominibus ueritatẽ: & his pręcipue:qui sapientes uulgo putant̃: uel q; modo instituendi nobis homines erũt:hoc ẽ ab errore q̃ sunt ĩplicati ad rectiorẽ uiam reuocandi. Quod si fuerimus ut spero assecuti: mittemus

eos ad ipsum doctrinę ubertimum fontem ac plenissimũ cuius haustu atq; potu conceptam uisceribus sitim sędēt ardoremq; restiguant. Eruntq; illis oĩa facilia: prona: manifesta: modo ne pigeat ad precipiendã sapiētię disciplinã legēdi uel audiēdi patientiã cõmodare. Multi enim uariis supstitõnibus ptinaciter inherentes obturant se cõtra manifestã ueritatē: nõ tã de suis religionibus quas praue asserant bene meriti q̃ de se male: qui cũ habeant iter rectũ: deuios sequunt̃ anfractus: planũ deserunt: ut p precipitium labant̃: lucē relinquunt ut in tenebris ceci ac debiles iaceant. His cõsulendũ est: ne contra se pugnēt: uelintq; se tandē ab inueteratis erroribus liberari: quod utiq; facient: si quare sint nati aliquãdo peruiderint: hęc eñi prauitatis ē causa: ignoratio sui: quã si quis cognita ueritate discusserit: sciet quo referenda: & queãdmodũ sibi uita degēda sit Cuius scientię breuiter summã circũscribo. ut neq; religio ulla sine sapientia suscipienda sit: nec ulla sine religione ꝓbanda sapientia.

Capitulũ ii de errore philosophorũ euacuantiũ prouidētiã & publica statuentiũ fide.

SVscepto igitur illustrandę ueritatis officio non putaui adeo necessariũ ab illa questione principium sumere: quę uidet̃ p̃ma esse natura. Sit ne ꝓuidentia: quę rebus oĩbus cõsulat: an fortuitu uel facta sint oĩa uel gerantur? Cuius sentētię auctor ē Democritus: cõfirmator Epicurus: sed & antea Pythagoras: qui deos in dubium uocauit: & postea Diagoras qui exclusit: & alii nõnulli: qui non putauerunt deos esse: quid aliud effecerũt: ut nulla esse ꝓuidentia putaret̃ quos tamē ceteri philosophi: ac maxime stoici: acerrime retuderunt: dicentes nec fieri mundũ sine ratione potuisse: nec cõstare nisi sũma ratione regeret̃. Sed & M. Tulius q̃uis achademicę disciplinę defēsor esset de ꝓuidentia gubernatrice rerũ: & multa & sępe disseruit: stoicorũ argumēta confirmãs & noua ipse afferens plurima: quod facit tũ in oĩbus suę phĩę libris: tũ maxime in his q̃ sunt de natura deorum. Nec difficile sane fuit paucorum

hominum praue sentientium redarguere mendatia: testimonio populorũ atq; gentium in hac una re non dissidẽtium. Nemo est enĩ tã rudis: tã feris moribus· qui non oculos suos in coelum tollens tametsi nesciat cuius dei prouidentia regatur hoc omne: quod cernitur: aliquam tamẽ esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine: motu: dispositõe constantia: utilitate: Pulchritũdine: tẽperatione. Nec posse fieri qn id quod mirabili rõne constat: non nisi consilio maiore aliq̃ sit instructũ. Et nobis utiq; facilimũ est exeq hanc partẽ quamlibet copiose. Sed quia multũ inter philosophos agitata res ẽ: & prouidentiã tollentibus satis responsum uidetur ab hominibus argutis & eloquentibus: & de sollertia diuine prouidẽtię per totũ hoc opus: quod suscępimus: sparsim dicere nos necesse est. Omittamus hãc in pręsẽti quęstionem: quę cum ceteris sic cohęret: ut nihil a nobis differi posse uideatur: ut non simul de prouidentia disseratur.

Capitulũ. iii. An potestate unius dei mũdus regatur an multorum.

SIt igitur nostri operis exordium quęstio illa consequens ac secunda: Vtrũ potestate unius dei mundus regatur: an ne multorũ? Nemo est qui sapiat: rationemq; secum putet: qui non unum esse intelligat: qui & condiderit omnia. & eadem qua cõdidit: uirtute moderetur. Quid enim multis opus est ad mundi regimẽ sustinendum? nisi forte arbitremur: si plures sint: minus habere singulos neruorum atq; uiriũ. Quod quidem faciunt ii qui esse multos uolunt: quia necesse est imbecilles esse: siquidem singuli sine auxilio reliquorum: tante molis gubernaculũ sustinere non possunt. Deus autẽ qui est ęterna mens: ex omni utiq; parte perfectę cõsummatęq; uirtutis est. Quod si uerum ẽ: unus sit necesse est. Potestas enim uel uirtus absoluta retinet suam propriam firmitatẽ. Id autẽ solidũ extimandum est: cui nihil decedere: id perfectũ: cui nihil possit accedere. Quis dubitet potentissimũ esse Regem: qui totius orbis habeat ĩperiũ? Neq; ĩmerito cũ illius sint quę ubiq;

sunt: omnia: cū ad eū solum omnes undiq; copię congregā
tur At si plures partiātur orbem: minus certe opū: minus
uirium singuli habebunt: cū intra pręscriptā portionem
se quisq; contineat. Eodē etiā modo si dii plures sunt: mi
nus ualebunt: aliis tantūdem in se habentibus. Virtutis au
tem perfecta natura in eo potest esse: in quo totū est: q̄ i eo
in quo pars exigua de toto est. Deus uero si perfectus est:
quia perfectus est: ut esse debet: non potest esse nisi unus:
ut in eo sint omnia. Deorū igitur uirtutes ac potestates i
feriores sint necesse est: quia tantum singulis deerit: quātū
in cęteris fuerit. ita quāto plures: tāto minores erūt. Quid
quod illa summa rerū potestas ac diuina uis: ne semel qui
dem diuidi potest. Quicquid enim capit diuisionē: & ina
teritum capiat necesse est. Si aūt interitus procul est a deo
quia incorruptibilis est & ęternus: consequens est: ut diui
di potestas ęterna nō possit. deus ergo unus est si nihil ali
ud esse potest quod tantūdē capiat potestatis. At ii tamē
qui multos esse arbitrantur: officia inter se dicūt esse par
titos: de quibus omnibus suo loco disputabimus. Illud i
terim quod ad pręsentem locum pertinet: teneo. Si parti
ti sunt officia inter se: eodem reuoluitur res: ut ex his qui
libet sufficere omnibus nequeat Perfectus igitur non erit
qui cessantibus cęteris non potest omnia gubernarē. Ita fit
ut ad regendum mundū unius perfecta uirtute opus sit
quā imbecillitate multorum Qui autē putat hanc tantam
magnitudinem non posse ab uno regi: fallitur nec quanta
sit potestas diuinę maiestatis: intelligit: si existimat singu
larem deū qui facere mundū potuit: eūdem regere nō pos
se: quē fecit. At si concipiat animo quāta sit diuini huius
operis immensitas: cum ātea nihil esset: tamen uirtute atq;
consilio dei ex nihilo esse conflatam: Quod opus nisi ab
uno inchoari perficiq; non potuit: iam intelliget multo fa
cilius ab uno regi quod est ab uno cōstitutum. Dicat for
tasse aliquis: ne fabricari quidem tam immēsum opus mū
di nisi a pluribus potuisse. quālibet multos quālibet mag
nos faciat: quicquid in multis magnitudinis potestatis
uirtutis maiestatisq; posuerit: id totū in unum confero. &

in uno esse dico.ut tantum in eo sit istarum rerum:quan-
tum nec excogitari:nec dici potest.Qua in re quoniā & sē
su deficimus:& uerbis:quia neq; tātę intelligentię lucē pec
tus humanum:neq; explanationē tātarū rerum capit lin-
gua mortalis:idipsum intelligere nos oportet:ac.dicere.Vi
deo rursus quid e contrario dici possit:tales esse illos plu
res:qualem nos uolumus unum.At hoc fieri nullo pacto
potest.quod singulorū potestas progredi longius nō ua-
lebit:occurrentibus sibi potestatibus cęterorum.Necesse
est enim ut suos quisq; limites aut transgredi nequeat:
aut si transgressus fuerit:suis alterū finibus pellat.Nō ui-
dent qui deos multos esse credūt:fieri posse ut aliquid di
uersum uelint.ex qua re disceptatio inter eos & certamen
oriatur.sicut Homerus bellantes inter se deos finxit:cum
alii Troiam capi uellent:alii repugnarent.Vnius igitur ar
bitrio mundū regi necesse est. nisi enim singularū partiū
potestas ad unā prouidentiā referatur: nō poterit summa
ipsa constare unoquoq; curante nihil amplius:q̄ quod ad
eum proprie pertineat.Sicut ne res quidem militaris nisi
unum habeat ducem atq; rectorē.quod si in uno exercitu
tot fuerint Imperatores quot legiones:quot cohortes: q̄t
cunei:quot alę:primū nec istrui poterit acies:unoquoq;
periculū recusante: nec regi facile aut tēpari: quod suis
propriis consiliis utant̄ omnes:quorum diuersitates plus
noceant:quā prosint. Sic in hoc rerum naturę imperio nisi
unus fuerit:ad quē tocius summę cura referatur: uniuersa
soluentur:& corruent.Dicere autē multorū arbitrio regi
mundū:tale est:quale si quis affirmet in uno corpor̄ mul
tas esse mentes:quoniā multa & uaria sunt ministeria mē-
brorū:ut singulorū corporis sensus singulę mētes regere
credant̄.Itē multi affectus qbus cōmoueri solemus uel ad
irā:uel ad cupiditatē:uel ad lętitiā:uel ad metū:uel ad mi
serationē:ut in his omnibus totidē mētes putent̄ operari.
Quod si quis profecto dicat:ne ipsam qdē quę una ē habe
re uideat̄.quod si in uno corpore tantarū rerū gubernati
onē mens una possidet:& uniuersis simul intenta ē: cur ali
quis existimet mundum nō posse ab uno regi: a pluribus

lib' prim

posse: Quod quia intelligūt isti assertores deorum: ita eos pereesse singulis rebus ac partibus dicunt: ut tñ unus sit rector eximius. Iā ergo ceteri dii nō erunt: sed satellites ac ministri: quos ille unus maximus & potens omniū officiis his præfecerit: ut ipsi eius iperio ac nutibus seruiāt. si uniuersi pares nō sunt: non igitur dii oēs sunt. Nec enim pōt hoc idē esse quod seruit: & quod dominatˀ. Nā si deus ē nomē summę potestatis: incorruptibilis esse debet. pfectus. īpassibilis. nulli rei subiectus. ergo dii nō sunt. quos parerˀ uni maximo deo necessitas cogit.

Prophetarū afferri testimonius ꝙ unus tm̄ sit deus. C. iiii.

Sed quia non frustra fallunˀ qui hoc ita putant: cām huius erroris paulo post aperiemus. Nūc unitatem diuine potestatis testimoniis cōprobemus. Prophete ꝗ fuerunt admodū multi unum deū predicant: unū loquunˀ quippe qui unius dei spiritu pleni: quę futura essent pari & cōsona uoce predixerūt. At enim ueritatis expertes nō putant his esse credendū: illas enī nō diuinas sed humanas uoces fuisse aiunt. uidelicet. quia de uno deo pconiū faciunt: aut insani aut mendaces fuerūt. Atqui ipleta esse i plerisq; quotidie illorū uaticinia uidemus. & in unā sententiā congruens diuinatio docet nō fuisse furiosos. Quis. n. mētis emote: nō modo futura precinere: sed etiā coherētia loqui possit? Nū ergo fallaces erāt: ꝗ talia loquebanˀ? Quid ab iis tā longe alienū fuit: ꝗ ratio fallendi: cū ceteros ab oi fraude cohiberēt. Idcirco enī a deo mittebanˀ: ut & pcones essent maiestatis eius. & correctores prauitatis humane Preterea uoluntas fingēdi ac mētiendi eorū ē: qui opes appetunt: lucra desiderāt. quę res pcul dubio ab illis sanctis uiris abfuit. Ita enī delegato sibi officio functi sunt: ut derelictis oībus ad tutelā uitę necessariis: nō modo i futurū sed ne i diē qdē laborarēt. cōtēti ex tēporali cybo quē deus subministrasset: & hi nō mō questū ullū habuerūt: sed etiā cruciatus atq; mortē. Amara sūt enī uitiosis ac male uiuētibus pcepta iusticię. Itaq; u quorū peccata arguebanˀ: & phibebanˀ: excruciatos eos acerbissime necauerūt. Ergo a

mysteriū pphetar nō

qbus abfuit ſtudiū lucri: abfuit etiā uolūtas & cā fallēdi.
quid quod aliq eorū ꝑncipes aut etiā reges fuerūt: i q̂s ca
dere nō poſſet ſuſpicio cupiditatis ac fraudis. & tñ p̨co
niū dei ſingularis eadē q̄ c̨teri diuinatione fecerūt

C. v. de teſtimoniis poetarum.

SEd omittamus ſane teſtimonia ꝓphetarū: ne minus
idonea ꝓbatio uideat̄ eē: de qbus his oino nō credit̄
Veniamus ad autores & eos ipos ad ueri ꝓbationē teſtes
citemus: qbus cōtra nos uti ſolēt poetas dico ac Philoſo-
phos. ex his unū deū ꝓbemus neceſſe ē: nō quod illi habu
erit cognitā ueritatē: ſed quod ueritas ipius tanta uis ē: ut
nemo poſſit eē tā c̨cus: q nō uideat ingerētē ſe oculis diui
nā claritatē. Poet̨ igit̄ q̄uis deos carminibus ornauerint:
& eorū res geſtas āplificauerit ſūmis laudibus: ſ̨piſſime
tñ cōfitent̄ ſpiritu uel mēte una cōtineri regiq; oia. Orphe-
us q ē & uetuſtiſſimus poetarū & c̨q̄lis iporū deorū: ſiqdē
tradit̄ it̄er Argonautas cū Tyndaridis & Hercule nauigaſ
ſe: deum uerum & magnum πρωτογονον id eſt primogeni
tum appellat: quod ante ipm nihil ſit genitum. ſed ab ipo
ſint cuncta generata. Eundem etiam φανητα. id eſt appa-
rentem nominat: quoniam cum adhuc nihil eſſet: ꝑmus
ex infinito apparuerit. & extiterit. cuius originē atq; natu
rā qa cōcipere aio nō poterat: ex aere imenſo natū eſſe dix-
it πρωτογονος φαεθων περιμηκεος ηεροσ υιος .i. ꝑncipio
genitus phaeton longo aere natus. Aliud eni āplius quod
diceret: nō habebat. Hūc ait eſſe omniū deorū parentē: q̂rū
cā c̨lū cōdiderit: liberiſq; ꝓſpexerit: ut haberēt habitacu
lū ſ̨dēq; cōmunē. εκτισεν αθανατοισι δομον αφθιτον .i. con
dicit imortalibus domū icorruptibilē. Natura igit̄ & rōe
ducēte itellexit eē ꝓſtātiſſimā potētiā c̨li ac terr̨ conditri
cem. Nō poterat eni Iouē dicere eſſe principē rerū: q erat
Saturno genitus: neq; ſaturnū ipm q c̨lo natus ferebatur.
C̨lū autē tanq̄ deū ꝑmū cōſtituer̄ nō audebat: quod uide-
bat eē elemētū mūdi: quod ipm eguerit autor̄. H̨c eū ratio
ꝓduxit ad illū deū ꝑmogenitū cui aſſignat & tribuit ꝑnci
patū. Homerus nihil nobis dare potuit: quod pertineat ad

ueritatē:qui humana potius q̄ diuina conscripsit. Potuit Hesiodus qui deorum generationem unius libri operē cōplexus est:sed tñ nihil dedit:nō a deo conditore sumēs exordiū:sed a Chao:quod ē rudis īordinateq́ materie cōfusa cōgeries:cū explanare ante debuerit Chaos ipsū:unde:quādo:quō esse:aut constare cępisset Nī mirū sicut ab aliquo artifice dispositā ordinata effecta sunt omnia:sic ipsā materiā fictā esse ab aliquo necesse ē. Quis igit̃ hāc nisi dominus fecerit: cuius potestati subiacent oīa. Sed refugit hoc ille dū horret incognitā ueritatē. Nō eni musarū instinctu sicut uideri uolebat in helicone carmen illud effudit. Sed meditatus uenerat & paratus. Nostrorū primus Maro nō longe fuit a ueritate:cuius de sūmo deo quē spiritū ac mētem nominauit:hęc uerba sunt.

Principio cęlū ac terras camposq́ liquentes:
Lucentemq́ globū lunę:titaniaq́ astra:
Spiritus intus alit:totáq́ infusa per artus
Mens agitat molē:& magno se corpore miscet. Ac ne quis forte ignoret:quis nā esset ille spiritus q̄ tantū haberet potestatis:declarauit alio loco dicens. Deū nāq́ ire per oēs.
Terrasq́ tractusq́ maris:cęlūq́ profundū.
Hinc pecudes.armenta.uiros:genus omne ferarū:
Quenq́ sibi tenuis nascentem accersere uitas. Ouidius q̄q́ in principio preclari operis sine ulla nominis dissimulatione:a deo quē fabricatorē mūdi quē rerū opificem uocat mūdum fatet̃ instructū. Quod si uel Orpheus uel hi nostri quę natura ducēte senserūt ī ppetuū defendissēt: eandē quā nos sequmur doctrinā:cōprehensā ueritate tenuissent. Sed hactenus de poetis ad Philosophos ueniamus:quorū grauior ē authoritas.certiusq́ iudiciū:qa nō rebus cōmenticiis sed iuestigādę ueritati studuisse credunt̃. Thales Melisius q̄ unus e numero septē sapientū fuit:q̄ p̄mus omniū quęsisse de causis naturalibus tradit̃:aquā esse dixit: a qua nata sunt oīa. Deū autē esse mentē quę ex aqua cuncta formauerit. Ita materiā oīum rerū posuit ī humore. p̄ncipiū cāusq́ nascēdi posuit in deo. pythagoras ita diffiniuit qd ēēt deus:animus q̄ p̄ uniuersas mūdi ptes omnēq́ naturā

cōmeans atq; diffusus ex quo oīa quę nascuntur animalia uitam capiunt. Anaxagoras deum esse dixit infinitam mētem quę per seipsam moueatur. Antisthenes multos quidē esse populares deos. unum tamen naturalem summę totius artificem. Cleantes & Anaximenes ęthera dicunt esse summum deum. cui opinioni poeta noster assensit.

Tum pater omnipotens fęcūdis hymbribus ęther:
Coniugis in gremiū letę descendit. & oēs.
Magnus alit magno permixtus corpore foetus.

Chrysippus naturalem uim diuina ratione prēditam: interdum diuinam necessitatem deū prēdicat. Item Zenon diuinam naturalemq; legem. Horū enim omnium sententia q̄uis sit incerta. eodem tamen spectat: ut prouidentiam unā esse consentiat. siue enim natura: siue ęther: siue ratio: siue mēs: siue fatalis necessitas: siue diuina lex: siue quid aliud dixeris: idem est: quod a nobis dicitur deus. Nec obstat appellationum diuersitas cum ipsa significatione ad unum omnia reuoluantur. Aristoteles quāuis ipse secum dissideat: ac repugnantia sibi & dicat: & sentiat: in summum tamen unam mentem mūdo prēesse testatur. Plato qui omnium sapientissimus iudicatur: monarchiam plene aperteq; defēdit: nec ęthera: aut rationem: aut naturam: sed ut est: deum nominat. ab eo mundum hunc perfectum atq; mirabilem esse fabricatum. Quem Cicero secutus atq; imitatus ī pluirimis deum confitetur: ac supremum uocat in his libris quos de legibus scripsit. ab eoq; mundū regi argumentatur. cū disputat de natura deorum hoc modo. nihil ē prēstantius deo: ab eo igitur mundū regi necesse ē. Nulli igitur ē naturę obediēs aut subiectus deus. omnē ergo regit ipse naturā. Quid autē sit deus in consolatione definit. Nec uero deus ipse qui intelligitur a nobis alio modo intelligi potest: nisi mens soluta quędam & libera segregata ab omni concretione mortali. omnia sentiens & omnia mouens Anneus quoq; Seneca qui ex Romanis uel acerrimus Stoicus fuit: q̄sępe summum deum merita laude prosequitur Nā cū de imatura morte dissereret: nō ītelligis inqt authoritatē ac maiestatē iudicis tui: rectoris orbis terrarū cęli q;

& deorum omnium deum a quo ista numina quę singuli
adoramus & colimus: suspensa sũt. Itẽ in exhortationibus
Hic cum prima fundamenta molis pulcherrime iaceret:
& hoc ordiretur: quo neq; maius quicq̃ nouit natura: nec
melius: ut omnia sub ducibus suis irent: q̃uis ipse per to-
tum se corpus intenderat: tamen ministros regni sui deos
genuit. Et q̃multa alia de deo nostris similia locutus est:
quę nunc differo: quod aliis locis oportuniora sunt Nũc
satis est demonstrare sũmo ingenio uiros attigisse ueritatẽ
ac pene tenuisse: nisi eos retrorsum infucata prauis opinio-
nibus consuetudo rapuisset: qua & deos alios esse opina-
bantur. Et ea quę in usum hominis deus fecit: tanq̃ sensu
predita essent: pro diis habenda & colenda credebantur.

C. vi. de testimoniis ꝓphetarũ & philosophorũ. & de tes-
timoniis cottę põtificis Trimegisti. & de decẽ Sibyllis.

NVnc ad diuina testimonia transeamus: sed prius unũ
proferã: quod est simile diuino: & ob nimiã uetusta-
tem: & quod is quem nominabo ex hominibus inter deos
relatus est. Apud Ciceronẽ. C. Cotta pontifex disputans cõ-
tra Stoicos de religionibus & de uarietate opinionũ: quę
solent esse de diis: ut more Academicorũ omnia faceret in-
certa: quinq; fuisse Mercurios ait: & enumeratis per ordi-
nem quattuor: quintũ fuisse eum: a quo Argus occisus sit:
ob eamq; causam in Aegiptũ profugisse: atq; Aegiptiis le-
ges ac litteras tradidisse. Hunc Aegyptii προνϛρε appellãt.
a quo apud eos primus anni sui mensis id ẽ september no-
men accepit. Idem condidit oppidum quod etiam nunc
Gręce uocatur Mercurii ciuitas: & Phaemate seruant &
colunt eum religiose. Qui tametsi homo fuerit: antiquissi-
mus tamẽ & istructissimus oĩ genere doctrinę: adeo ut ei
multarũ rerũ & artiũ sciẽtia Trimegisto cognomen impo-
neret: hic scripsit libros: & qdẽ multos ad cognitionẽ di-
uinarũ rerũ ptinẽtes: ĩ qbus maiestatẽ sũmi ac singularis
dei asserit: hisdẽq; noĩbus appellat: qbus nos deũ & patrẽ
ac ne qs nomẽ eius reqreret αφωρνμον ẽẽ dixit: eo q; no is

ꝓprietate nõ egeat. ob ipsam. s. unitatẽ. ipsius hęc uerba sũt
οδε θεοσ εισ ονοματοσ ουπροσ δεεται εστι γαρ ο αφ αφωνυ
μοσ. id ẽ Deus autẽ unus: unus autẽ noĩe nõ eget: ẽ eni qui
est sine nomine. Deo igit̃ nomen non est quia solus est. nec
opus ẽ ꝓprio uocabulo: nisi cũ discrimen exigit multitu
do: ut unãquãq; psonã sua nota & appellatõe designes. Deo
autẽ quia semp unus est ꝓpriũ nomẽ ẽ deus. Sup ẽ de res
ponsis carminibusq; sacris testimonia quę sunt multo cer
tiora proferre. Nã fortasse hi contra quos agimus: nec poe
tis putant esse credendũ: tanq̃ uaria fingentibus: nec phi
losophis qui errare potuerunt: quia & hi homines fuerũt
M. Varro: quo nemo unq̃ doctior: ne apud grecos qdem
neq; apud latinos uixit: in libris rerum diuinarũ quos ad
C. cęsarem scripsit põtificẽ maximũ: cũ de quindecim ui
ris loqueret̃: sibyllinos libros ait non fuisse unius Sibylle
sed appellari uno nomine Sibyllinos: q; omnes fęię uates:
Sibyllę sunt a ueteribus nuncupatę: uel ab unius delfidis
nomine uel a consiliis deorũ denuntiandis σιοισ enim de
os non θεοισ & consilium non βουλην sed βουλιαν appella
bant eolico genere sermonis. Itaq; Sibyllam dictam esse q̃
si θεοβουλην. Ceterum Sibyllas decem numero fuisse. Easq;
omnes enumerauit sub autoribus: qui de singulis scirpti
tarunt. Primam fuisse de Persis: cuius mentionem fęcerit
Nicanor qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Se
cundam Libycam: cuius meminit Euripedes in Lamię ꝓ
logo. Tertiam delphicam: de qua Chrysippus loquitur in
eo libro quem de diuinatione composuit. Quartam cu
męam in Italia: quam Meuius in libris belli punici: Piso
in ãnalibus nominet. Quintam Erythręam: quam Apollo
dorus Erythręus affirmat suam fuisse ciuem: Eamq; gra
iis Ilium petentibus uaticinatam & perituram esse Troiã
6 & Homerum mendatia scripturum. Sextam Samiam de q̃
scripsit Eratosthenes in antiqs annalibus Samiorũ reppe
risse se scriptũ. septimã cumanã noĩe Amaltheã: quę ab ali
is Demophile nominat̃. eãq; nouẽ libros attulisse ad regẽ
Tarquiniũ Priscũ ac ꝓ eos trecẽtos philippeos postulasse.
regẽq; aspnatũ preciũ magnitudinẽ dixisse mulieris isaniã

illam in conspectu regis tres combussisse: ac pro reliquis idem precium postulasse. Tarquinium multo magis mulierē insanire putasse: Quę denuo tribus aliis exustis: cū ī eodē precio perseueraret: motū esse regem: ac residuos trecentis aureis emisse: qrū postea numerus sic actus: capitolo refecto quod ex omnibus ciuitatibus & italicis & gręcis & pręcipue erythreis coacti allatiq; sunt romā: cuiuscū q; Sibyllę nomine fuerunt. Octauā hellespontiacā in agro troiano natā uico marinesso circa oppidū gurgithiū quā scribit Heraclides Ponticus Solonis & Cyri fuisse tēporibus. Nonā phrygiā: quę uaticinata sit Ancyrę. Decimam tiburtem nomine Albuneā quę tiburi colit̄ ut dea iuxta ripas amnis aniens: cuius in gurgite simulachrū eius inuentum esse dicit̄ tenens in manu librum. Harū omniū Sibyllarum carmina & ferunt̄ & habent̄ pręterq̄ cumeę cuius libri a romanis occulunt̄: nec eos nisi a quindecim uiris inspici fas est. Et sunt singularum singuli libri: qui quia Sibyllę nomine inscribuntur unius esse creduntur: suntq; cōfusi: ac suum cuiq; assignari potest. pręter erythreę quę & nomē suum carmini uerū inseruit: & erythream se nominat ubi prelocuta est: cū esset orta babilonię: sed & nos cōfuse Sibyllā dicemus sicubi testimoniis earū fuerit abutēdū. Omnes igitur he Sibyllę unū deū pręedicant: maxime tamē erythrea: quę celebrior inter cęteras ac nobilior habetur. Siquidem Fenestella diligentissimus scriptor de quindecim uiris dicens ait. Restituto capitolio retulisse ad senatū. C. Curionem consulē ut legati erythras mitterentur q carmina Sibyllę cōquesita romā deportarēt itaq; missos esse. P. Gabiniū. M. Octatilium. L. Valeriū: qui descriptos a priuatis uersus circa mille romā deportarūt: id supra ostēdimus dixisse Varronē. In his ergo uersibus quos legati romā attulerūt: de uno deo hęc sunt testimonia εισ θεοσ οσ μονοσ εσθλοσ οδ'υπερμεγεθησ αγενητοσ id ē unus deus qui solus pricipat̄: isq; amplissimus memorat̄. Hūc esse solū deū summū qui cęlū fecerit luminibusq; distixerit. αλλα θεοσ μονοσ εισ πανυπερτατοσ οσ πεποιηκεν ουρανον ηλιον τε αστερασ ηδε σεληνην καρποφορον γαιαν τε και υδατοσ

οἰδματα ποντοσ id ē. Sed deus ſolus unus eminentiſſimus qui fecit cęlum: ſolemq; & ſtellas lunamq; fructiferam terrā & aquę tumores ponti. Qui quomō ſolus ſit edificator mundi & artifex rerum: uel quę in eo ſunt ſolum coli oportere teſtaſ. αυτον τον μονον οντα σεβεσθε ἡγητορα κοσμου οσ μονοσ εισ αιωνα ϗ εξ αιωνοσ ετυχε. id ē ipſum q ſolus ē colite principem mundi qui ſolus eſt in ſeculo atq; a ſeculo factus. Item alia Sibylla quęcunque eſt cum pferre ſe ad homines dei uocem diceret ſic ait. μονοσ γαρ ειμι θεοσ κου ουκ εστι θεοσ αλλοσ. id eſt ſolus enim deus ſum & non eſt alius. Exequerer nunc teſtimonia cęterarum niſi & hęc ſufficerent: & illa oportunioribus locis reſeruarem Sed cum defendamus cauſam ueritatis apud eos qui aberrantes a ueritate falſis religionibus ſeruiunt: quod genus pbationis aduerſus eoſ magis adhibere debemus q̃ ut eos deorum ſuorū teſtimoniis reuincamus

¶ Capitulū. vii. de teſtimonio Apollinis & deorū.

Apollo enim quem pręter cęteros diuinum maximeq; fatidicū exiſtimant: colophone reſpōdenſ quod delphis credo emigrauerat amęnitate ductus aſię: quęrēti cuidam quis eſſet: aut quid eſſet omnino deus: reſpondit uiginti & unum uerſibus quorum hoc principium eſt. αυτοφυησ αδιδακτοσ αμητωρ αστυφελικτοσ ουνομα μηδε λογω χωρουμενον εν πυρι ναιων τουτο θεοσ και μικρα δε θεου μερισ αγγελοι ημεισ. id eſt Ex ſe ortus indoctus ſine matre inexpugnabile nomē: nec uerbo capiendū: in igne habitās modica autē dei portio angeli nos. Nunquid potes ſuſpicari de Ioue eſſe dictū q̃re matrē habuit & nomē. Quid quod Mercurius ille ter maximus cuius ſupra mētionē feci nō mō ſine matre ut Apollo: ſed ſine pře q̃q; appellat deū q; origo ille nō ſit aliūde: nec eni pōt ab ullo generatus: q ipſe uniuerſa generauit: ſatis ut opinor & argumētis docui & teſtibus cōfirmaui. quod p ſe ſatis clarū ē. Vnū eſſe regē mūdi: unū patrē: unū deum. Sed fortaſſe quęrat aliqs a nobis idē: q; illud quod apud ciceronē quęrit hortēcius.

Si deus unus est: quę esse beata solitudo queat tanq̃ nos q
unum esse dicimus desertũ ac solitarium dicamus. Habet
enim ministros quos uocamus nuntios. Et est illud uerũ
quod dixisse in exhortationibus Senecam supra retuli ge-
nuisse: regni sui ministros deum. Verum hi neq; dii sunt:
neq; deos se uocari aut coli uolunt: quippe qui nihil prę-
ter iussum ac uoluntatẽ dei faciant Nec tamẽ illi sunt qui
uulgo coluntur quorũ & exiguus & certus ẽ numerus.
Quod si cultores deorum ipsos eos se colere purãt quos
sũmi dei ministros appellamus: nihil est q̃ nobis faciant ĩ
uidiam: qui unum dicamus multos negemus. Si eos mul
titudo delectat nõ duodecim dicimus: aut trecẽtos sexa-
ginta qnq; ut Orpheus: sed ĩnumerabiles esse arguimus eo
rũ errores: qui tã paucos putãt. Sciat tñ quo nomie appel
lari debeant: ne deum uerũ uolent: cuius nomẽ exponunt
dũ pluribus tribuũt. Credant Apollini suo qui eodẽ illo
responso ut Ioui principatũ: sic etiã cęteris diis abstulit
nomẽ. Tertius enim uersus ostendit. dei ministros: nõ de-
os: sed rerũ angelos appellari oportere: de se quidẽ ille mẽ
titus. qui cũ sit e numero dęmonũ angelis se dei aggrega-
uit. dũq; in aliis responsis dęmonẽ se esse cõfessus est. Nam
cũ interrogaretur: quomodo sibi supplicari uellet: ita res-
põdit. παρσοφη παρτο διδακτη ος ολο ις τροφη κλυδι δαι
μον id est oĩa sapiẽs: oia docte q per multa uersaris exau
di dęmon. Itẽ rursus cũ preces in Apollinẽ samnitũ roga
tus exprimeret ab hoc uersu exorsus est. αρμονιη κοσμου
φαεσφορε και σοφη δαιμον id ẽ captatio mundi fera totius
sapientię dęmon. Quid ergo superest nisi ut sua confessio
ne uerberibus ueri dei: ac pęnę subiaceat sempiternę. Nam
ĩ alio respõso ita dixit. δαιμονες οι φοιτωσι περι χθονα
και περι ποντον ακαματοι δαμνονται υπαι μαστιγι θεοιο
id ẽ demones qui pergunt circa terrã & circa põtũ infessi
domant̃ sub uerbere dei. De utrisq; generibus ĩ secũdo li-
bro disseremus: ĩteri nobis sat est quod dum se honorare
uult: & ĩ cęlo collocare cõfessus est id quod res se habet:
quõ sint appellãdi q deo semp assistũt. retrahãt ergo se ho
mines ab erroribus & abiectis religiõibus prauis: parẽtẽ

suum: dominumque cognoscant: cuius nec uirtus existimari pot. nec magnitudo psp[ic]i: nec principiu coprehendi. cu ad illu mentis humane itentio & acume & memoria peruenerit. que subductis & cosummatis oibus uias substitit. heret: deficit: nec est aliqd ulterius quo pgredi possit: uerum qa fieri non pot: quin id quod sit aliquado esse ceperit cosequens est: ut quonia nihil ante illud fuit: ipse ante oia ex seipso sit procreatus: ideoque ab Apolline αυτοφυησ id e ex se ortus. A Sibylla αυτογενησ id est ex se genitus: & αγενητοσ id est ingenitus. & αποιητοσ id est infectus nominatur. quod Seneca homo acutus in exhortationibus uidit. Nos inquit aliunde pendemus. Itaque ad aliqué respicimus: cui quod est optimu i nobis: debeamus. Alius nos edidit: alius nos instruxit: deus ipse se fecit.

C. viii. De cecitate eoru qui plures deos opinant. & unde hic error habuit origine. & que corpus deo non est necessarium nec propagatio liberorum.

His igit tot & tantis testibus comprobat unius dei potestate ac prouidentia mundum gubernari. cuius uim maiestatemque tanta esse dicit in Timeo Plato: ut eam neque mente concipere neque uerbis enarrare quisque possit ob nimiam & inestimabilem potestatem. Dubitet ergo aliquis an quicque difficile aut impossibile sit deo: qui tanta tanque mirifica opera prouidentia excogitauit: uirtute constituit: ratione perfecit: nunc autem spiritu sustentet: potestate moderet: inexcogitabilis ineffabilis & nulli alii satis notus que sibi. Unde mihi de tanta maiestate sepius cogitanti q deos colunt interdum uideri solent: ta ceci: ta incogitabiles: ta excordes: tam no multu a mutis animalibus differentes: q credant eos: q geniti sunt maris ac femine coitu aliqd maiestatis diuineque uirtutis habere potuisse: cu Sibylla Erythrea dicat. ου δυνατον ανδροσ εκ μηρων μητρασ τεθεοσ τετυπωσ μεροσ ειναι. i. n pot ex uiri femoribus & uulua deus formatus esse. Quod si est uerum sicuti est: apparet Herculem: Apollinem: Liberum: Mercuriu: Iouemque ipsum c u

ceteris homines fuisse: quãdo sunt ex duobus sexibus nati. Quid est autẽ tã remotum a deo q̃ id opus: quod ipe ad propagandam sobolẽ mortalibus tribuit. & quod sine substantia corporali nullum potest esse: Dii ergo si sunt imortales eterni: quid opus est altero sexu: nimirũ ut generent. ipsa progenie quid opus est: cum successione non egeant: qui futuri sunt semper. Nam profecto in hominibus ceterisq; animãtibus diuersitas sexus & coitio & generatio nullam habet aliam ratione: nisi ut omnia genera uiuentium: quoniã sunt conditione mortalitatis obitura: mutua possint successione seruari. Deo autem q est sempiternus: neq; alter sexus neq; successio necessaria est. Dicet aliquis ut habeat ministros: uel in quos ipse possit dominari. Quid ergo opus est sexu femineo: cum deus qui ẽ omnipotens: ut uocatur: sine usu & opera femine possit filios procreare? Nã si quibusdam minutis animalibus id prestitit ut sibi e foliis natos & suauibus herbis odore legant: cur existimet aliquis ipsum deum nisi ex permixtione sexus alterius non posse generare? Illos igitur quos imperiti & insipientes tanq̃ deos & nuncupant & adorant. Nemo est tam icõsideratus: qui non intelligat fuisse mortales. Quomodo ergo inquit aliquis: dii crediti sunt? Nimirũ quia reges maximi ac potentissimi fuerunt: ob merita suarum uirtutum aut munerum aut artiũ repertarũ: cum cari fuissent iis q bus iperitauerant: in memoriã sunt consecrati. quod si qs dubitet: res eorum gestas & facta consideret: que uniuersa tam Poete q̃ Historici ueteres prodiderunt.

¶ Cap. ix. De Hercule & gestis eius. atq; ortu eius ex Ioue & Alcmena & morte eius.

Hercules qui ob uirtutem clarissimus & q̃si Africanus inter deos habetur: nonne orbem terre quẽ peragrasse ac purgasse narratur: stupris libidinibus adulteris inquinauit: nec mirum cum esset adulterio genitus Alcmene. Quid tandem potuit in eo esse diuini: qui suis ipse uitiis mancipatus: & mares & feminas contra omnes leges ĩfamia: dedecore: flagitio affecit: Sed ne illa qdẽ que magna & mirabilia gessit: talia iudicãda sũt: ut uirtutibus diuinis

tribuēda uideantur. Quid enim tā magnificum si leonem aprumq superauit: si aues sagittis deiecit: si regium stabulum egessit: si uirginē uicit: cingulūq detraxit: si equos feroces cū domino interemit: Opera sūt ista fortis uiri. hominis tamen. Illa enim quę uicit fragilia & mortalia fuerunt. Nulla est enī quod ait orator tanta uis quę nō ferro aut uiribus debilitari frangiq possit. At animū uincere: iracundiā cohibere: fortissimi ē: quę ille nec fecit unq̄: nec potuit. Hęc qui faciat non modo ego cū summis uiris cōparo: sed simillimū deo iudico. Vellem adiecisset de libidine luxuria: cupiditate: insolentia: ut uirtutem eius impleret: quē similem deo iudicabat. Nō enim fortior iudicandus ē qui leonem: quā qui uiolentā & in seipso inclusam feram superat iracundiā: aut qui rapacissimas uolucres deiicit: q̄ qui cupiditates auidissimas coercet. Aut qui Amazonem bellatricem: aut qui fimū de stabulo: q̄ qui uitia de corde suo egerit. quę magis sunt perniciosa: quia domestica & ppria mala sunt: q̄ illa quę uitari poterant & caueri. Ex quo fit ut ille solus uir fortis debeat iudicari: q tēperās & moderatus ē & iustus. Quod si cogitet aliqs: quę sint dei opera: iā hęc quę mirantur homines ineptissimi: ridicula iudicabit. Illa eni non diuinis uirtutibus quas ignorant: sed ī firmitate suarum uirium metiuntur: nam illud quidem nemo negauit. Herculem non tantū Euristeo seruisse regi: quod aliquatenus honestū uideri pōt: sed & impudice mulieri Omphale quę illū uestibus suis indutū sedere ad pedes suos iubebat pensa facientē. detestabilis turpitudo: sed tanti erat uoluptas. Quid tu inquiet aliqs: Poetis ne credendum putas: Quid ni putem: Non enim ista Lucillius narrat: aut Lucianus: qui dis & hominibus non pepercit: sed potissimū q deorū laudes canebant: ergo qbus credemus: si fidē laudantibus nō habemus. Qui hos mentiri putat: proferat alios qbus credamus authores qui nos doceant: qui sūt isti dii: Quomodo: unde orti: Quę sit uis eorū: Qui numerus: Quę potestas: Quid ī his admirabile: Quid cultu dignū: Quod denīq certius utriusq mysterii: nullus dabit. Credamus igitur istis: q n̄ ut reprehenderēt sūt



locuti: sed ut predicarent: nauigauit ergo cum argonautis expugnauitq Troiam. Iratus Laomedonti: ob negatā sibi pro filię salute mercedem. Vnde quo tempore fuerit: ap paret. Idem furore atq insania percitus uxorem suā cū libe ris interemit. hūc homines deum putant. Sed Philoctetes eius heres non putauit: qui facem supposuit arsuro. qui arctus suos & neruos cremari ac diffluere uidit. Qui ossa eius ac cineres in oetheo monte sepeliuit: quo munere sagit tas eius accepit.

C. x. De Aesculapio: Apolline: Neptuno ac Marte & Castore: Polluce atq Mercurio.

AEsculapius & ipse non sine flagitio Apollinis natus qd fecit aliud diuinis honoribus dignū: nisi q sana uit Hippolytū: mortem sane habuit clariorē quod a deo meruit fulminari. Hūc Tarquitius de illustribus uiris dis serens ait incertis parentibus natū expositū & a uenatori bus inuentū canino lacte nutritū Chironi traditū didicisse medicinā: fuisse autē Messeniū sed Epidauri moratū. Tul lius etiā Cynosuris ait sepultū. Quid Apollo pater eius nō ne ob amorē quo flagrabat turpissime gregē pauit alienū: & muros Laomedonti extruxit: cū Neptūno mercede cō ductus quę illi negari potuit īpune. ab eoq Rex perfidus qcqd cū diis pepigisset: didicit abnegare. Idē formosū pu erū: & dū amat uiolauit: & dum ludit: occidit. Homicida Mars: & p gratiā cędis crimine ab Atheniēsibus liberatus ne uideretur nimis ferus & imanis adulteriū cum Venere cōmisit. Castor & Pollux dū alienas sponsas rapiūt esse ge mini desierūt. nā liuor iiurię cōcitatus Idas alterū gladio trāsuerberauit: & eosdē Poetę alternis uiuere alternis mori narrant: ut iā sint non deorū tantum sed omniū mortaliū miserrimi qbus semel mori non licet. Hos tamē Homerus ambos simpliciter non ut Poetę solent: mortuos esse testa tur. Nam cum faceret ī muris assidentem Priamo Helenā cūctos grecię principes recognoscere: solos autē se fratres suos requirere: subiecit orationi huiusmodi uersum. Hęc ait: ast illos retinebat terra sepultos. Fur ac Nebulo Mer curius quid ad famam sui reliquit: nisi memoriā fraudū

suarum? Cęlo dignus: quia palęstram docuit: & lyrā ꝓmus inuenit. Liberū patrē in senatu deorū summę autoritatis primęq; esse sententię necesse ē qa pręter Iouē solus omnium triumphauit: exercitū duxit: Indos debellauit: sed īuictus ille Imperator īclytus maximus ob amorē ac libidinē turpissime uictus est. Delatus enī Cretā cū semiuiro comitatu nactus ē īpudicā mulierē in littore ac fiducia uictorię īclitę uir esse uoluit: ne nimiū molis esse uideret̄: atq; illam patris ꝓditricē fratris īterēptricē ab alio relictā & repudiatā in cōiugiū sibi uēdicauit & liberā fęcit: & cū ea pariter ascendit in cęlū. Quid omniū horū pater Iuppiter: qui ī sollenni precatione optimus maximus nominat̄: Nonne a prima sua puericia impius ac pęne paricida deprehendit̄? Cū patrem regno expulit ac fugauit? non expectauit mortem decrepiti senis cupiditate regnādi. Et cum paternum solium per uim per arma cępisset: bęllo est a Titanibus persecutus: quod humano generi principium fuit malorum: quibus uictis: & pace īperpetuum comparata reliquā suā uitā in stupris adulteriisq; consumpsit. Omitto uirgines q̄s īminuit: id enī iudicari solet tolerabile. Amphitryonē ac Tyndarum pręterire non possum: quorum domos dedecore atq; infamia plenissimas reddidit. Illā uero summę īpietatis ac sceleris quod Regium puerū rapuit ad stuprū parum enī uidebat̄ si īpugnāda feminarum pudicicia: maculosus ac turpis esset: nisi etiā sexui suo īiuriam faceret. hoc est uerū adulteriū quod fit cōtra naturā. hęc qui fęcit uiderimus an maximus: certe optimus non est: quod nomē a corruptoribus: ab adulteris ab incestis abest: nisi forte nos erramus: homines qui talia facientes sceleratos uocamus ac perditos: omnibusq; poenis dignissimos iudicamus. Stultus autē. M. Tulius qui. C. Verri adultera obięcit. Eadem enī Iuppiter quē colebat: admisit. Qui. P. Clodio sororis incęstum: At illi optimo maximo eadem fuit & soror & coniunx.

¶ Ca. xi. De ipsius Iouis parentibus & ortu & uita eius flagitiosissima: morte & sepultura & opificio poetarum.

Q Vis est igitur tam excors: qui hunc in celo regnare

putet: qui ne in terra quidem debuit. Non insulse qui ꝗdam poeta triumphū cupidinis scripsit: quo in libro nō mō potentissimū deorū cupidinē: sed etiā uictorem facit. Enumeratis enim amoribus singulorū quibus in potestatem cupidinis ditionēq; uenisset: instruit pompā in q̄ Iuppiter cū ceteris diis ante currū triumphantis ducitur catenatus. Eleganter id quidem dicitur a Poeta figuratū: sed tamē non multū distat a uero. Qui enim uirtutis est expers: qui cupiditatibus ac libidinibus malis uincitur: nō cupidini ut ille finxit: sed morti subiectus est sempiternę. Sed omittamus de moribus dicere: rem cōsideremus ut intelligant homines in quibus miseri uersent̄ erroribus. Regnarī in cęlo Iouem uulgus existimat: id doctis pariter & indoctis persuasum ē. Quod & religio ipsa iprecationes & hymni & delubra & simulacra demonstrāt. Eundē tñ saturno & Rhea genitū cōfitent̄. Quomō potest deus uideri: aut ut ait Poeta: hominū rerūq; repertor. Ante cuius ortū ifinita hominū millia fuerūt! Eorū scilicet qui saturno regnante uixerūt: ac priores luce q̄ Iuppiter sunt potiti. Video aliū deū Regē fuisse primis tēporibus: aliū cōsequētibus. Pōt ergo fieri ut alius sit postea futurus Si enī regnū pus mutarū ē: cur desperemus & posterius posse mutari: nisi forte Saturnus generare potuit fortiorem: Iuppiter non pōt. Atq diuinū iperiū aut semp imutabile ē: aut si ē mutabile quod fieri nō pōt: semp utiq mutabile ē Pōt enī Iuppiter regnū amittere: sicut & pater eius amisit. Ita plane: nā cum idē neq; uirginibus neq; maritis unq̄ pepercisset: abstinuit se tñ una Thetide: quod responsum fuit maiorē patre suo futurū qsqs ex illa natus esset. & pmū in eo prudētia non dei cui nisi Themis futura dixisset: ipse nesciret. Si aūt diuinus non fuit: ne deus quidē fuit unde ipsa diuinitas nominat̄: ut ab homine humanitas. Deinde cōsciētia ibecillitatis: q timuit utiq maiorem: quod qui facit: scit utiq ꝓfecto nō esse se maximū: quādo qdē pōt aliquid maius existere. Idē per stygiam paludē sanctissime iurat. Vna supstitio superis quę reddita diuis. Quę est ista superstitio: aut a quo reddita est. Ergo aliqua potestas maxima est; quę

peierantes deos puniat. quę tanta formido est paludis ifer
nefsi sunt immortales: Quid metuunt eam: quā uisuri non
sunt: nisi quod mori necesse est. Quid igit̄ homines oculos
suos in cęlū tollunt? Quid superos deierāt: cū ipsi super-
bi ad inferos deuoluant̄. ibiq; habeant quod uenerent̄ &
adorent. Illud uero quale est esse fata quibus dii omnes &
ipse Iuppiter pareat. si parcarum tanta uis est: ut plus pos
sint q̄ celestes uniuersi: q̄q; ipse rector ac deus: cur non ille
potius regnare dicat̄ quarū legibus ac statutis parere oēs
deos necessitas cogit. Nūc cui dubium est quin is qui ali-
cui rei obsequitur: maximus non sit. Nam si sit: non acci-
piat fata sed faciat. Nunc ad illud quod omiserā: redeo. In
una itaq; sola fuit continentior: cum eam deperiret. & non
uirtute aliqua sed metu successoris. Quę fortitudo utiq;
eius est: qui sit mortalis & imbecillis & nihil quippe q̄ po
tuit & tunc cū nasceretur: extingui: sicut frater eius ante
genitus extinctus est. qui si uiuere potuisset: nūq̄ minori
cōcessisset imperium. ipse autē furto seruatus: furtimq; nu
tritus ξενσ siue ξηυ appellatus est: non ut isti putāt a furo
re celestis ignis: uel q̄ uite sit dator: uel q̄ aīantibus inspi-
ret animas: quę uirtus solius dei ē. quā eni possit inspirare
animā: q ipe accepit aliūde? Sed quod pmus ex libris satur
ni maribus uixerit. Poterūt igit̄ homines aliū deū habere
rectorē: si Saturnus nō fuisset ab uxor̄ delusus. At eni poe
te ista finxerūt. Errat quisquis hoc putat. illi eni de homi
nibus loquebant̄. sed ut eos ornarēt: quorū memoria laudi
bus celebrabant: deos esse dixerunt. Itaq; illa potius ficta
sunt: quę tanq̄ de diis nō illa quę tanq̄ de hominibus locu
ti sunt: quod clarū fiet exemplo: quod inferemus. Danem
uiolaturus Iuppiter aureos nummos largiter in sinu eius
ifudit. Hęc stupri merces fuit At Poetę qui q̄si de deo lo-
quebant̄ ne authoritatē credite maiestatis ifringerent finx
erunt ipsum in aureo hymbre delapsum: eadem figura q̄
hymbres ferreos dicunt cum multitudinem telorum sa-
gittarumque describunt. Rapuisse dicitur in aquila Cāta
mitū: poeticus color est: sed aut per legionē rapuit cuius
insigne aquila est: aut nauis in qua est impositus: tutelam

habuit in aliqua figuratam. sicut taurū figuratum cum rapuit & trauexit europam. eodm modo conuertisse in bouem traditur Io Inachi filiam: quę ut irā Iunonis effugeret: ut erat iam setis obsita iā bos tranasse dicitur mare: in Aegyptūq͡ȝ uenisse: atq͡ȝ ibi recepta pristina forma dea facta quę nūc isis uocatur Quo igitur argumento ꝓbari potest nec Europam in tauro sedisse: nec Io factam bouem? quod certus dies habetur in fastis: quo Isidis nauigium celebratur. quę res docet non tranasse illam: Sed nauigasse. Igitur qui sapere sibi uidentur quia intelligunt uiuum terrenumque corpus in cęlo esse non posse: totam Ganymedeam fabulam pro falso repudiant. non sentiunt ī terra id esse factū: quia res ac libido ipsa terrena est. Nō ergo res ipsas gestas finxerunt Poetę: quod si facerent essent uanissimi: sed rebus gestis addiderunt quendam colorem. Non enim obtrectantes illa dicebant: sed ornare cupientes: hinc homines decipiunť maxime: quod dū hęc omnia ficta esse arbitranť a Poetis: colunt: quod ignorant nesciunt: qui sit poetice licentie modus. quousq͡ȝ progredi fingendo liceat: cū officium Poetę sit in eo: ut ea quę gesta sunt uere: in aliquas species obliquis figurationibus cū dedecore aliquo conuersa traducāt. Totū autē quod referas fingere: id est ineptū esse & mendacē potius q̄ Poetam sed finxerūt ista. quę fabulosa credūtur. Num etiā illa quę de diis foeminis deorūq͡ȝ cōnubiis dicta sunt? Cur igitur sic figurantur: sic coluntur: nisi forte non tantum Poetae. sed pictores etiam fictoresque imaginū mentiunť. Si enim Iuppiter q a uobis dicitur deus: non is est q ex Saturno & Ope natus est: non oportuit nisi solius simulacrū ī tēplis omnibus colocari. Quid sibi mulierum effigies uolunt? Quid sexus infirmus? in quē si cecidit hic Iupiter: eum uere ipsi lapides hominem fatebuntur. Mentitos aiūt esse Poetas: & iis tamen credunt. immo uero non esse mētitos re ipsa probant. Ita enim deorū simulacra confingunt ut ex ipa diuersitate sexus appareat uera esse quę dicūt poetę Nam quod aliud argumentum habet imago Catamiti: & effigies aquilę: cum ante pedes Iouis ponunť in templis:

& cum ipso pariter adorantur: nisi ut nephãdi sceleris ac
stupri memoria maneat in ęternum. Nõ igit̃ a Poetis totũ
fictũ est: aliquid fortasse traductũ: & aliqua figuratõne ob
scuratũ: quo ueritas inuoluta tegeret̃: sicut illud de sorti
tione regnorum. Aiunt enim Ioui cęlũ obtegisse: Neptun
no mare: inferna Plutoni. Cur nõ terra potius in sortẽ ter-
tiã uenit: nisi ꝙ in terra gesta res est. Ergo illud in uero ẽ
quod regnũ orbis ita partiti sortitiq; sunt: ut orientis im
periũ Ioui cederet: Plutoni cui cognomẽ Agesilao fuit: ps
occidentis obtingeret. Eo ꝙ plaga oriẽtis ex qua lux mor
talibus datur: superior: occidentis autẽ inferior esse uide
atur. Sic ueritatẽ mendatio uelauerũt: ut ueritas ipsa psua
sioni publice nihil denegaret. De Neptuni sorte manifestũ
est: cuius regnũ tale fuisse dicimus quale M. Antoniũ fuit
infinitũ illud imperiũ: cui totius orę maritimę potestatẽ
senatus decreuerat: ut predones sequeret̃ ac mare omne pa
caret. Sic Neptuno maritima oĩa cũ ĩsulis obuenerũt. quo
modo id probari põt. Nimirũ ueteres historię docent. An
tiquus author Eubemerus qui fuit ex ciuitate Messana:
res gestas Iouis ex cęterorũ qui dii putant̃ collegit histori
amq; contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris quę in
antiquissimis tẽplis habebant̃: maximeq; ĩ fa[illegible] Iouis Tri
phylli ubi aureã colũnã positã esse ab ipso Ioue titulus in
dicabat: in qua colũna gesta sua perscripsit: ut monumẽta
essent posteris rerũ suarũ. hãc historiã interpretatus ẽ En
nius & secutus. cuius hęc uerba sunt. Vbi Iuppiter impe-
riũ Neptũno dat maris ut ĩsulis omnibus & quę loca sũt
secũdũ mare oĩbus regnaret. Vera sunt ergo quę loquunt̃
Poetę sed obtentu aliq̃ specieq; uelata. Põt et mons Olym-
pus figurã Poetis dedisse: ut Iouẽ dicerent cęli regnũ esse
sortitũ: quod Olympus ambiguũ nomẽ ẽ & mõtis & cęli
In Olympo aũt Iouẽ habitasse docet historia eadẽ: que di
cit. Eadẽ tẽpestate Iuppiter ĩ mõte olympo maximã ptem
uitę colebat. & eo ad eũ in ius ueniebant: si quę res in con-
trouersia erãt. Itẽ si quis quid noui ĩuenerat: quod ad ui-
tã humanã utile esset: eo ueniebat: atq; Ioui ostẽdebat Mul
ta in hunc modum Poetę tansferunt: nõ ut in deos mẽtiãt̃

quos colunt:sed ut figuris uersicoloribus uenustatē ac lepore carminibus suis addāt.qui autē non intelligunt quomodo aut quare quidq; figurent̄:Poetas uelut mendaces & sacrilegos insequunt̄.hoc errore decepti & Philosophi q; ea quę de Ioue ferunt̄:minime conuenire in deū uidebant̄ duos Ioues fecerunt:unū naturalē:alterū fabulosum.Viderunt ex parte:quod erat uerū:eū.s.de quo Poetę loquūtur hominē fuisse.In illo autē naturali Ioue uulgari cōsuetudine religionis inducti errauerunt:q; in deū nomen hominis transtulerūt:qui ut supra diximus:quia solus ē:nō indiget nomine.Iouē autē illū esse q sic ex ope Saturnoq; natus: negari non pōt.Vana igit̄ persuasio est eorum: qui nomen Iouis summo deo tribuunt.Solent enim quidā errores suos ac excusatōe defēdere:q cōuicti de uno deo cū id negare nō possunt:ipsum se coler̄ affirmāt.Verum hoc sibi placere ut Iuppiter nominet̄:quo qd absurdius:Iuppiter enim sine cōtubernio cōiugis filięq; coli nō solet.Vnde qui sit:apparet:nec fas ē:id nomen eo transferri ubi nec Minerua est ulla:nec Iuno.Quidq; huius nominis ꝓprietas non diuinā uim exprimit:sed humanā:Iouē enī Iunonēq; a iuuando esse dictos Cicero interpretat̄. Et Iuppiter quasi iuu[illegible] pater dicit̄:quod nomen ī deū minime congruit:qa iuuare hominis ē opis aliquid conferentis in eū: qui sit alienus & exigui beneficii.Nemo sic deū precatur: ut se adiuuet.sed ut seruet.ut uitā salutēq; tribuat: quod multo plus:ac maius est:q̃ iuuare.Et quoniā de patre loquimur:nullus pater dicitur filios iuuare:cum eos generat aut educat.Illud enim leuius est:q̃ ut eo uerbo magnitudo paterni beneficii exprimat̄.quāto id magis cōueniēs est deo:qui uerus est pater:per quem sumus:& cuius toti sumus:a quo fingimur.animamur.illuminamur. qui nobis uitam impertit.salutem tribuit.uictū multiplicē subministrat non intelligit beneficia diuina qui se iuuari tantūmodo a deo putat.Ergo non imperitus modo:sed & impius est:qui nomine Iouis uirtutē summę potestatis īminuit Quare si Iouem ex rebus gestis & ex moribus hominem fuisse in terraq; regnasse: deprehendimus: superest

ut mortem quoq; eius inuestigemus Ennius in sacra histo ria de scriptis omnibus que in uita sua gessit: ad ultimum sic ait. Deinde Iuppiter postq̄ terras quinquies circuiuit: omnibusq; amicis atq; cognatis suis imperium diuisit: reliqtq; hominibus leges: mores: frūmētaq; parauit: multaq; alia bona fecit: imortali gloria memoriaq; affectus sempiterna monumenta suis reliquit: etate psummata i Creta uitā cōmutauit. & ad deos abiit. Eūq; Curetes filii sui curauerūt. decorauerūtq; eū & sepulchrū eius est in Creta i oppido Gnosso: & dicit̄ Vesta hanc urbē creauisse: in qua sepulchro eius est inscriptū antiquis litteris grecis ξενσ κρονον. i. latine. Iuppiter Saturni filius. Hoc certe nō poetę tradūt. sed antiquarū litterarū scriptores: quę adeo uera sūt ut ea Sibyllinis uersibus cōfirment̄: qui sunt tales.

δεсιмоρασ αψυχονσ ρεκνορ ειδωλα καмор τωρ.

ωρ κριτη καν χιмα ταφονσ ιδνσ мοροσ εχει. i. demones inanes cadauerū simulacra mortuorū: quorū sepulchra habet Creta male peritura. Cicero de natura deorū cū tres Ioues a theologis nominari diceret: ait tertiū fuisse Cretēsem Saturni filiū cuius in illa insula sepulchrū ostendit̄. Quomodo igit̄ pōt deus alibi esse uiuus alibi mortuus? alibi habere tēplū: alibi sepulchrū. Sciant ergo Romani Capitoliū suū id est summū caput religionū suarū publicarum nihil esse aliud q̄ inane monumētū. Veniamus nūc ad eius patrē: qui ante regnauit: & qui fortasse plus habeat in se: q; ex coitu tantorū elementorū genitus esse dicat̄. Videamus quid in eo fuerit deo dignū. In primis illud q; aureum seculum narrat̄ habuisse: q; iusticia sub eo fuerit i terra. Teneo aliquid in eo quod in eius filio nō fuit. Quid eni tam cōueniens deo q̄ iustū regimē ac piū seculū? Sed cū eadem ratione natū esse cogito: non possum putare deū summū: q; uideā esse aliquid antiquius cęlū. s. atq; terrā. At ego deū quęro ultra quē nihil ē omnino: qui fons & origo sit rerū hic sit necesse ē: qui cęlū ipsum condidit: terrāq; fundauit Saturnus autē si ex his natus est: ut putat̄ quēadmodū potest esse deus principalis: qui aliis ortū suū debet? Aut qs pręfuit mundo: anteq̄ Saturnus gigneret̄? Sed hoc poeticū

est ut dicebam paulo ante figmentum. nec enim fieri pote
rat: ut elementa insensibilia tanto q̄ interuallo separata in
unum coirent: ac filium procrearēt: aut is qui natus esset
non potissimū genitoribus similis existeret: sed eā formā
gereret: quā parentes sui nō habebant. Queramus ergo qd
ueritatis sub hac figura lateat Minutius felix in eo libro
qui octauius inscribit: sic argumentatus est. Saturnū cū fu
gatus esset a filio in Italiamq̄ uenisset: Celi filiū dictū: q̄
soleamus eos quorū uirtutē miremur: aut eos qui repenti
ne aduenerint: de celo cecidisse dicere. Terre autē q̄ ignos
tis parentibus natos terre filios nominemus. Sunt hec qdē
similia ueri: nō tn̄ uera. quia cōstat etiā tū cū regnaret: ita
esse habitū. Potuit & sic argumentari. Saturnū cū potētis
simus Rex esset ad retinendā parentū suorum memoriam:
nomina eorū celo terreq̄ indidisse: cū hec prius aliis uoca
bulis appellaretur. qua ratione & montibus & fluminibus
nomina sūt iposita. Neq̄ enim cū dicunt poete de pgenie
Atlantis aut Inachi fluminis id potissimū dicunt: homies
ex rebus sensu carētibus potuisse generari. sed eos utiq̄ sig
nificant: qui nati sunt ex his hominibus: qui uel uiui uel
mortui noia montibus aut fluminibus indiderūt. Nā id
apud ueteres maximeq̄ grecos usitatū fuit. sic maria eorū
traxisse nomen accepimus: qui deciderant in ea: ut Aeges
um. Icariū. Helespontū & in Latio Auentinus uocabulum
monti dedit: in quo sepultus est. Tyberinus uel Tybris
amni quo mersus est. nō ergo mirandū si nomia eorū celo
terreq̄ attributa essent: qui reges genuerāt potentissimos.
Apparet ergo nō ex celo natū esse: q̄ fieri nō potest: sed ex
hoc homine cui nomē Vrano fuit: quod esse uerū Trimes
gistus author est. qui cū diceret admodū paucos extitisse
in quibus esset pfecta doctrina: in his Vranū. Saturnum:
Mercuriū nominauit. Hec ille quia ignorauit: alio tradux
it historiā. qui quomō potuerit argumentari: ostēdi. Nūc
dicā quomō: ubi: a quo sit hoc dictū. nō eni Saturnus hoc
sed Iuppiter fecit. In sacra historia sic Ennius tradit. De
inde Paneū deducit in montē qui uocat celi stella. Postq̄
eo ascēdit: cōtemplatus est late terras: ibiq̄ ī eo monte arā

creat cęlo. primus in ea ara Iuppiter sacrificauit: i eo loco suspexit in cęlū: quod nūc nos nominamus: idq; quod supra mūdū erat: quod ęther uocabat̃: de sui aui nomine cęlo nomē indidit. Idq; Iuppiter quod ęther uocat̃ precans p̃mū cęlū nominauit: terrę q; hostiā quā ibi sacrauit: totā adoleuit. Nec hic tantū sacrificasse Iuppiter inuenit̃. Cęsar quoq; in aratro refert Aglaosthenē dicere Iouem cū ex insula Naxo aduersus Titanas p̃ficisceret̃: & sacrificiū faceret in littore: aquilā ei in auspiciū aduolasse quā uictor bono omine acceptam tutelę suę subiugarit. Sacra uero historia & ante consędisse illi aquilā in capite atq; ei Regnū portendisse testat̃. Cui ergo sacrificare Iuppiter potuit nisi cęlo quē dicit Euhemerus in oceania mortuū & in oppido Aularia sepultum.

Ca. xii. Quomō Stoici figmenta poetarū ad philosophicā trāsferant rōem.

Quoniam reuelauimus mysteria Poetarum: & Saturni parentes īuenimus ad uirtutes eius & facta redeamus. Iustus in regno fuit. primū ex hoc ipso iā deus non ē: qui fuit. Deniq; quod ne iustus quidē fuit: sed ipsus nō modo in filios quos necauit: uerū etiā ī patrē cui dicit̃ abscidisse genitalia: quod forsitan uere acciderit. Sed homines respectu elementi quod dicit̃ cęlum: totam fabulam explodunt tanq̃ ineptissime fictam. quā tñ̄ Stoici ut solent: ad rationē physicam conant̃ traducere. quorū sententiā Cicero de natura deorū differens posuit. Cęlestem inq̃t altissimam ętheream q; naturā: id est igneam quę p̃ sese oia gigneret: uacarē uoluerūt ea parte corporis: quę cōi unctione alterius egeret ad p̃creandū. Quę ratio i Vestā potuit cōuenire: si mas diceret̃. Iccirco enim uirginē putant Vastam quia ignis īuiolabile sit elementū: nihil q; nasci possit ex eo: quippe q̄ oia quę corripuerit: absumat Ouidius in fastis.
Nec tu aliud Vastam q̄ uiuā intellige flāmam.
Nataq; de flāma corpora nulla uides.
Iure igitur uirgo est: quę semina nulla remittit.

Nec capit: & comites uirginitatis amat. Vulcanoq; id potuit ascribi: qui quidē putatur ignis: & tamē poetę eū nō absciderunt. Potuit & solis in quo est natura & causa gignentium: nā sine solis igneo calore neq; nasci quicq; neq; augeri pōt. ut nulli alii elemento magis opus sit genitalibus: q̄ calori: cuius fętu concipiunt̄: nascunt̄: sustentant̄ oīa. Postremo etiā si ita sit: ut uolunt. qui magis abscissum esse: cęlū putemus: q̄ omnino sine genitalibus natū. Nā si per se gignit: non indigebat utiq; genitalibus cū Saturnū ipsū pcrearet. Si uero habuit: & a filio abscisa sunt: ortus rerū & natura omnis interisset. Quid q; ipi Saturnū nō diuinū modo sensum: sed humanū quoq; adimunt: cū affirmāt esse eū Saturnū: qui cursū & conuersionē spaciorū ac tēporū continet. Eū Grece idipsum nomen habere κρονος enī dicit̄ quod est idem quod χρονος id est spaciū tēporis. Saturnus enim est appellatus q; sat uret̄ annis. Hęc Ciceronis uerba sunt exponētis sentētiā Stoicorū: quę q̄uana sit: cuius intelligere promptissimū est. Si enim Saturnus cęli est filius: quomodo potuit aut tempus e cęlo gigni: aut cęlū a tēpore abscidi: aut postea tēpus imperio spoliari a filio Ioue? Aut quomodo Iuppiter natus est ex tēpore: aut qui bus annis saturari possit ęternitas: cui nullus ē finis.

¶ Ca.xiii Quomodo poetę & Historici euacuant Stoicorū traditionē de Ioue & Saturno & aliis diis.

Si ergo uane sunt istę rationes philosophorū: qd supēnisi ut uere factum esse credamus. id est hominē ab homie abscisum? nisi forte aliquis existimet deum fuisse: qui timuit coheredē: cum siquid diuinitatis habuisset: nō partis genitalia debuerit amputare: sed propria ne Iuppiter nasceretur: qui eū regni possessiōe priuauit. Idē sororē suam Rheam quam latine Opem dicimus: cū haberet uxorem: Responso uetitus esse dicit̄ mares liberos educare: quod futurū esset: ut a filio pelleret̄. quā rem metuens natos sibi filios nō utiq; deuorabat: ut ferūt fabulę: sed necabat. quāq̄ scriptum sit in historia sacra Saturnū & Opem

ceterosq; tunc homines humanam carnem solitos esitare. Verũ primũ Iouẽ leges hominibus moresq; condentẽ edicto prohibuisse ne liceret eo cybo uesci: quod si uerũ ẽ: quę potest i eo fuisse iustitia? Sed fictũ sane putemus Saturnũ filios deuorasse modo cũ aliq̃ ratione. Nũc iccirco quod ait uulgus: comedisse filios suos eũ q extulerit: sepulturisq; mandauerit: Ops autẽ cũ Iouem peperisset: subtraxit ifantẽ: eũq; nutriendũ furtim misit in Cretã: Rursũ ĩprudẽtiã reprehendã: necesse est. Cur eni responsũ ab alio accepit potius? Cur in cęlo constitutus in terra nõ uidebat? Cur eum Corybantes cymbalis fefellerũt? Postremo cur extitit aliq̃uis potentior aut maior quę illius uinceret potestatem? Nimirũ senex a iuuene facile uictus est ac spoliatus imperio. Fugit igit̃ expulsus. & in Italiã nauigio uenit: cũ errasset diu: sicut Ouidius in fastorũ libris refert.

Causa ratis superest. Tuscũ rate uenit ad amnẽ.
Ante pererrato falsifer orbe deus. Hunc errantẽ atq; iopẽ Ianus excepit cuius rei argumenta sunt nũmi ueteres. in quibus ẽ cũ duplici fronte Ianus. Et in altera pte nauis: sicut idem poeta subiecit

At bona posteritas puppim formauit in ere.
Hospitis aduenrũ testificata dei. Oẽs ergo nõ tm̃ poetę: sed historiarũ quoq; ac rerũ antiquarũ scriptores hominẽ fuisse cõsentiunt: qui res eius in Italia gestas memorię pdiderunt. Gręci Diodorus & Thallius: Latini Nepos & Cassius & Varro. nã cũ agresti quodã more in Italia uiueret:

Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Cõposuit. legesq; dedit: latinũq; uocari
Maluit: his quoniã tutos latuisse in oris. Cense t ne aliquis deũ esse: q pulsus est: qui fugit: qui latuit? Nemo tã stultus ẽ. qui enim fugit aut latet & uim & mortẽ timeat: necesse ẽ Orpheus qui tẽporibus eius recentior fuit: aperte Saturnũ in terra & apud homines regnasse cõmemorat.

πρωτισ τοσ μεν αραξεν π ιχ θονιων κρονοσ ανδρων
εκ δε κρονον γεν τεν τοσ αραξ μεγασ ευρνοπα ζενσ. id est primus quidã regnauit terrestriũ Saturnus uirorũ. Ex Saturno quidẽ generat̃ ipse Rex magnus latis uisibus Iuppiter

Item noster Maro.
Aureus hanc uitā ī terris Saturnus agebat. Et alio loco.
Aurea quę ut phibent: illo sub rege fuere.
Sęcula. sic placida populos in pace regebat. Neq; superius dixit in cęlo ęgisse uitā: neq; inferius superos in pace rexisse. Vnde apparet illum regem fuisse terrenum: quod alibi apertius declarat.
Aurea condet
Sęcula. quę rursus latio regnata per arua.
Saturno quondā. Ennius quidē in Eubemero nō primū dicit regnasse Saturnū: sed Vranū patrem. Initio iquit pmus in terris imperiū summū Cęlus habuit. Id regnū una cum fratribus suis instituit. atq; parauit. Non magna dissensio: siquidem maximorū authorū de filio patreq; dubitatio est. sed tamē utrūq; fieri potest: ut & primus Vranus eminere inter cęteros potentia cęperit: & principatū habere non regnum: postea Saturnus maiores sibi opes comparauerit: ac regiū nomē asciuerit.

Ca. xiiii. Quid ide Ennius doceat i Sacra historia.

Nunc quoniam ab iis quę retulimus: aliquātum Sacra historia dissentit: aperiamus ea quę ueris litteris continentur: ne Poetarū ineptias in accusandis religionibus sequi ac probare uideamur. Hęc enim uera sunt. Exin Saturnus uxorē duxit Opem. Titā qui maior natu erat: postulat ut ipse regnaret. ubi Vesta mater eorū & sorores Ceres atq; Ops suadēt Saturno ut de regno nō concedat fratri. Ibi Titā qui facile deterior esset q̄ Saturnus: iccirco & q uidebat matrē atq; sorores operā dare: ut Saturnus regnaret: cōcessit ei: ut is regnaret. Itaq; pactus est cum Saturno. uti siquid liberorum uirilis sexus ei natum esset: neqd educaret. id eius rei causa fecit: uti ad suos gnatos regnū rediret. Tum Saturno filius qui primus natus est: eum necauerunt Deinde posterius nati sunt gemini Iuppiter atq; Iuno. Tunc Iunonem Saturno in conspectū dedere. at q; Iouem clam abscōdūt. dantq; eū Vestę educandū cęlantes

Saturnum. Item Neptunum clam Saturno Ops parit. eūq clanculū abscondit. ad eundem modū. Tertio partu Ops parit geminos Plutonē & Glaucam. Pluto latine est Diespiter: alii Orcū dicunt: ibi Glaucam filiam Saturno ostēdūt ac filiū Plutonē celant atq abscondunt. Deinde Glauc apsua emorit. Hęc uti scripta sunt. Iouis fratrūq eius str.ps aut cognatio in hūc modū nobis ex sacra scriptione traditū est. Item paulo post hęc refert. Deinde Titan postq rescīuit Saturno filios procreatos atq educatos esse: clam seducit secū filios suos qui Titani uocant. fratreq suū saturnū atq Opem cōprehendit: eosq muro circūegit. & custodiā iis apposuit. Hęc historia q̄uera sit: docet Sibylla Erythręa eadem fere dicens: nisi q in paucis quę ad rem nō ptinēt: discrepat. Iuppiter ergo liberatur summi sceleris crimine: q patrem uinxisse cōpedibus phibetur. Id eni Titan patruus fęcit: q ille contra pactionem iusq iurādū mares liberos sustulisset. Reliqua historia sic contexitur: Iouem adultum cum audiuisset patrem atq matrē custodiis circumseptos atq in uincula coniectos: uenisse cum magna cretensium multitudine Titanumq ac filios eius pugnando uicisse. parentes uinculis exemisse. patri regnum reddidisse atq ita in Cretam remeasse. Post hęc deinde Saturno datam sortem: ut caueret ne filius eum expelleret. Illū eleuandę sortis atq effugiendi periculi gratia insidiatum Ioui: ut eum necaret. Iouem cognitis insidiis regnum sibi denuo uendicasse: ac fugasse Saturnū. qui cū iactatus esset per omnes terras persequentibus armatis quos ad eū cōprehendendum uel necandum Iuppiter miserat: uix i Italia locum in quo lateret: inuenit.

Ca. xv. Qua rōe homines dii cęperint nominari.

Quibus ex rebus cum constet illos homines fuisse: ñ est obscurum qua ratione dii cęperint nominari. Si enim nulli reges ante saturnū uel Vranum fuerunt: propter hominū raritatem: qui agrestem uitam sine ullo recto re uiuebant: non est dubium: quin illis temporibus hoies

Regem ipſum totamq; gentem ſummis laudibus ac nouiſ
honoribus iactare cęperunt: ut etiã deos appellarent. ſiue
ob miraculum uirtutis boc uere putabant rudes adbuc:
& ſimplices: ſiue ut ſolet in adulationẽ pręſentis potentię
ſiue ob beneficia qbus erant ad bumanitatẽ cõpoſiti. Dei
de ipſi Reges cũ cari fuiſſent iis: quorũ uitam compoſue-
rant: magnũ fui deſideriũ mortui reliquerunt. Itaq; bomi
nes eorũ ſimulacra finxerũt: ut baberent aliquod ex ima-
ginũ cõtemplatione ſolatium. progreſſiq; longius p amo-
rem memoriam defunctorũ colere cęperunt: ut gratiam re
ferre benemeritis uiderẽtur. & ſucceſſores eorum allicerẽt
ad bene imperãdi cupiditatem. quod Cicero de natura de
orum docet: dicens: Suſcępit autẽ uita bominũ conſuetu
doq; cõmunis: ut beneficiis excellentes uiros in cęlũ fama
ac uoluntate tolleret. Hinc Hercules: binc Caſtor: binc Pol
lux: binc Aeſculapius: binc Liber. Et alio loco atq; alio in
pleriſq; ciuitatibus intelligi poteſt: acuendę uirtutis gra-
tia: aut quo libẽtius Reipublicę cauſa piculũ adiret opti-
mus quiſq;: uirorum fortium memoriã bonore deorum
imortalium conſecratam Hac ſcilicet rõe Romani Cęſares
conſecrauerunt. & Mauri ſuos Reges. Sic paulatim religi
ones eſſe cepere: dum illi primi qui eos nouerant; eo ritu
ſuos liberos ac nepotes deinde omnes poſteros imbuerũt
Et bi tñ ſũmi reges ob celebritatẽ nois i ꝓuinciis oĩbus co
lebant̃. Priuati uero ſinguli populi gentis aut urbis cõdi
tores: ſeu uiri fortitudine inſignes erant: ſeu fęminę caſti-
tate mirabiles ſũma ueneratiõe coluerũt. ut Aegyptus Iſi
dem. Mauri Iubam: Macedones Gabyrum. Poeni Vranũ.
Latini Faunum. Sabini Sabũ. Romani Quirinum. Eodem
utiq; modo Athenę Mineruã. Samos Iunonẽ. Paphos Ve
nerem. Lemnos Vulcanum. Naxos Liberũ. Apollinẽ Del-
pbos. Sic per populos atq; regioẽs uaria ſacra ſuſcępta ſũt
dũ grati bomines eſſe in ſuos ꝓncipes cupiũt. Et qs alios
honores uita carẽtibus deferant: inuenire nõ poſſunt. Prę
terea pietas eorũ qui ſucceſſerant: plurimũ cõtulit ad erro
rẽ: q ut diuina ſtirpe nati uiderent̃: diuinos honores paren
tibus detulerũt. deferriq; iuſſerũt. An põt aliquis dubitar̃

quomõ religiones deorũ sint institutę: cũ apud Maronẽ legat Aenee uerba sociis imperantis.
Nunc pateras libate Ioui. precibusq; uocate.
Anchisen genitorẽ: Cui nõ tm̃ imortalitatẽ uerum etiã uentorũ tribuit potestatẽ.
Poscamus uentos. atq; hęc mea sacra quot annis.
Vrbe uelit posita tẽplis sibi ferr̃ dicatis. Idẽ scilicet de Ioue Liber & Pan & Mercurius & Apollo fecerũt. ac postea de iis ipsis successores eorũ. Asserunt etiã Poetę & cõpositis ad uoluptatẽ carminibus in celũ eos sustulerunt: sicut faciunt qui apud reges etiã malos panegyricis mẽdacibus adulanr̃. quod malum a grecis ortũ est. quorum leuitas instructa dicendi facultate & copia incredibile est quãtitas mẽdatiorum nebulas excitauerit. Itaq; admirati eos & susceperunt primi, sacra illorum & uniuersis gentibus tradiderunt. Ob hanc uanitatem Sibylla sic eos increpat.
αλλασ δυ τι πεποιθασ επανδρασ ηγεμονασ
προσ τι δε δωραματαια καταφθιμενοισ αφατιζησ
θυεισ ειδωλοισ τισ σοι εν μωπλανην εβαλεν
ωστεσε ταδε ποιειν μεγαλονθεοιο προσοπονατολελειμμενον. id est Grecia quid confidis in uiros principes: quid dona inania mortuis ponis: immolas idolis quis tibi ĩ mẽtem errorem imposuit: ut huiusmodi patres magni dei faciem relinquendo? M. Tulius qui non tantum perfectus orator sed philosophus fuit. Siquidem solus extitit Platonis imitator: in eo libro quo seipsum de morte filię consolatus est: non dubitauit dicere deos qui publice colerent̃ homines fuisse. Quod ipius testimonium eo debet grauissimũ iudicari: quod & augurale habuit sacerdotiũ. & eosdem se colere ueneraricq; testatur. Itaq; intra paucos uersiculos duas res nobis dedit. Nam dum imaginem filię eodem se modo consecraturum esse profiteretur: quo illi a ueteribus sunt consecrati: & illos mortuos esse docuit. & originem uanę superstitionis ostendit Cũ uero inquit & mares & fęminas complures ex hominibus ĩ deorũ numero esse uideamus: & eorũ ĩ urbibus atq; agris augustissima

delubra ueneremur: assentiam eorum sapientię: quorum
ingeniis & inuētis omnē uitā legibus & institutis excultā
cōstituramq; habemus. Quod si ullū unq̄ animal consecran
dū fuit: illud ꝓfecto fuit: si Cadmi aut Amphitryonis ꝓ
genies aut Tyndari in cęlū tollenda fama fuit: huic idem
honos certe dicandus est: quod qdē faciā. Teq; omniū op
timā doctissimāq; approbantibus diis imortalibus ipsis ī
eorū cętu locatā ad opinionē omniū mortaliū cōsecrabo.
Fortasse dicat aliquis ꝓ nimio luctu delirasse Ciceronem
Atq; omnis illa oratio & doctrina & exēplis & ipso loquē
di genere pfecta nō ęgri sed cōstantis animi ac iudicii fuit
Et hęc ipsa sentētia nullū pręfert indicium doloris. Neq;
enim puto illū tam uarię tam copiose tam ornate scribere
potuisse: nisi luctū eius & ratio ipsa & cōsolatio amicorū
& tēporis longitudo mitigasset. Quid quod idē dicit ī li
bris de Republica? Idē de gloria? Nā de legibus quo ī oper
Platonē secutus leges uoluit ponere: quibus putaret usurā
esse iustā & sapientē ciuitatē: de religione ita sanxit. Diuos
& eos qui cęlestes habiti sūt: colunto. Et illos quos ī cęlū
merita locauerūt: Herculem: Liberū: Aesculapiū: pollucē:
Castorem: Quirinum. Itē in thusculanis cū diceret totū pe
ne cęlū humano genere cōpletū: Si uero inquit scrutari ue
tera & ex illis ea quę scriptores gręcię ꝓdiderūt eruere co
ner: ipsi illi maiorū gentium dii qui habenẗ. hinc a nobis
ꝓfecti in cęlū reperienẗ. Quęre quorū demōstanẗ sepulch
ra in grecia. reminiscere quoniā es iniciatus. quę tradātur
mysteriis. Tū demq; q̄ hoc late pateat: intelliges. Testarus
est. uidelicet Attici cōsciētiā ex ipsis mysteriis ītelligi pos
se: q; omnes illi homines fuerūt: qui colunẗ. & de Hercule
Libero: Aesculapio: Castore: Polluce incōtanter fatenẗ. De
Apolline ac patribus eorū. Itē de Neptūno: Vulcano Mar
te: quos maiorū gentiū deos appellauit: timuit aperte cōfi
teri. Et idcirco ait late hoc patet: ut idem de Ioue cęterisq;
antiqoribus diis ītelligamus: q̊rū memoriā si eadē rōe ue
teres cōsecrauerūt: q̄ se imaginē nomēq; filię consecraturū
eē dicit: ignosci merētibus pōt. credētibus n̄ pōt. Quis enī
tā demēs q̄ cōsēsū & placito inumerabiliū stultorū aperiri

celum mortuis arbitrerẽ: aut aliquẽ quod ipse non habeat dare alteri posse? Apud Romanos deus Iulius: qa hoc scelerato homini placuit Antonio. deus Quirinus: quia hoc pastoribus uisum ẽ: cũ alter germani fratris extiterit: alter patrię paricida. quod si consul nõ fuisset Antonius. C. Cęsar pro suis in Republicã meritis: & defuncti hominis honore caruisset. Et quidẽ cõsilio Pisonis soceri & L. Cęsaris ꝓpinqui qui uetabãt funus fieri. Et Dolobellę Cõsulis q colũnam in foro: id est titulũ eius euertit: ac forum expiauit. Nã Romulum desiderio suis fuisse declarat Ennius: apud quẽ populus amissum Regẽ dolens hęc loquitur.
O Romule Romule dic
Qualẽ te patrię custodem dii genuerũt?
Tu ꝓduxisti nos intra luminis oras.
O pater O genitor patriai o sanguen dijs oriũdũ. Ob hoc desiderium facilius creditũ est Iulio ꝓculo mentiẽti q sub ornatus a patribus est: ut nuntiaret plebi suę uidisse se regem humano habitu augustiorẽ: eũq; mãdasse ad populũ ut sibi delubrũ fieret: se deũ esse & Quirinũ uocari. Quo facto & ipsi populo ꝑsuasit Romulũ ad deos abiuisse: & Senatũ suspitiõe cędis Regię liberauit.

Ca. xvi. Qua rõe dii esse nõ possũt: quos sexus discernit. Et q in naturã dei nõ accidit aut sexus aut coitus: aut officiũ generãdi.

Poteram his quę retuli esse contentus: sed supersunt adhuc multa suscepto operi necessaria. Nam quãuis ipso religionũ capite destructo uniuersa sustulerim: libet tamen persequi cętera: & redarguere plenius inueteratam persuasionem. ut tandem homines pudeat suorum ac pęniteat errorum. Magnum hoc opus & homine dignum. Religionũ aĩmos nodis exsoluere pgo: ut ait lucretius: q q dẽ hoc efficere nõ poterat: qa nihil ueri afferebat. Nostrũ ẽ hoc officiũ: q & uerũ deũ asserimus: & falsos refutamus. Illi ergo q poetas finxisse de dijs fabulas opinãt: & deas fęminas esse credũt: & colũt. reuoluuntur iprudentes ad .d

quod negauerant:coire illos ac parere. Nec enim fieri pōt qui duo sexus generandi causa sint instituti. Recępta uero sexuū diuersitate:non intelligunt cōsequens esse:ut cōcipiant:quod i deū cadere nō pōt. sed ut isti putāt:nā & Iouis esse filios dicunt & cęterorū deorū. Nascuntur ergo & qtidie quidem dii noui:nec enim uincunt̄ ab hominibus fęcunditate. Igitur deorū inumerabiliū plena sunt oīa nullo scilicet moriente. Nā cū hominū uis incredibilis numerus sit inęstimabilis:quos tamē sicuti nascunt̄:mori necesse est:quid deorū esse tandē putemus qui tot sęculis nati sunt:imortalesq; manserunt? cur ergo tā pauci colunt̄:nisi forte arbitramur non generandi causa:sed tantūmō capiēde uoluptatis duos esse sexus deorū & ea exercere quę homunculos & facer̄ & pati pudet. Cū uero dicant̄ aliqui ex aliquibus nati. Consequens est ut semp nascant̄. siquidem aliquādo sunt nati uel si aliquādo nasci desierunt:scire nō conuenit cur aut quādo desierint. Non illepide Seneca i libris moralis philosophię. Quid ergo est inqt q̄re apud poetas fallacissimus Iuppiter desierit liberos tollere? Vtrum sexagenarius factus est:& illi lex Pappia fabulā iposuit? an ipetrauit ius triū liberorū: An tādē illi uenit in mentē ab alio expectes:alteri quod fęceris. Et timet ne quis sibi faciat:quod ipse Saturno? At isti qui deos asserunt: uideant quomodo respondeāt huic argumento:quod inferemus. Si duo sunt sexus deorū:sequit̄ cōcubitus si coeunt:& domos habeant necesse est. Nec enī carent uirtute ac pudore ut hoc ꝑmiscue aut in ꝑpatulo faciant:sicut multa uidemus facere animalia Si domos habēt:consequēs ē ut & urbes habeāt:& quidē authore Nasone qui ait.

Plebs habitat diuersa locis. hac fronte potētes.
Cęlicolę clariq; suos posuere penates. Si habent urbes & agros igitur habebunt. Iam quis non uidet:quę sequant̄: arare illos & colere quod quidem uictus causa fit. ergo mortales sunt:quod argumentum retrouersum idem ualet. Si enim agros non habent:ne urbes quidem: Si urbes non habent ne domos quidem. Si domibus carent:ergo & concubitu. Si cōcubitus ab his abest:& sexus fęmineus

In diis autem uidemus & fęminas esse: ergo dii non sunt. Dissoluat hoc argumentũ si quis põt. Ita eni res rem seqt̃ ut hęc ultima necesse sit cõfiteri. Sed ne quidẽ illud dissoluet aliquis ex duobus sexibus alter fortior est alter infirmior. Robustiores enĩ mares sunt: fęmine ĩbecilliores. Imbecillitas autẽ non cadit in deũ: ergo nec fęmineus sexus. Huic additur superioris argumenti cõclusio: ut dii non sint: quoniã in diis & fęminę sunt.

Ca. xvii. Quod Stoici fidẽ historiarũ & poetarũ figmenta inani physica rõe ꝑuertunt. & quę miserię & turpitudines de diis referant̃.

OB has rationes Stoici alio uersus deos interpretantur Et quia non pręuidẽt: quid sit in uero: conat̃ eos cũ rerũ naturaliũ ratione cõiungere: quos Cicero secutus de diis ac religionibus eorũ hanc sententiã tulit. Videtis ne igit̃ ut a Physicis rebus bñ atqꝫ utiliter inuentis tractat ratio ad cõmenticios ac fictos deos quę res genuit falsas opiniones erroresqꝫ turpulentos superstitiones pene aniles. & formę eni deorum nobis & ętates & uestitus ornatusqꝫ nõ sunt. Genera pręterea: cõiugia: cognationes oĩa: omniaqꝫ traducta ad similitudinẽ ĩbecillitatis humanę. Quid planius? quid uerius dici põt? Romanę philosophię princeps: & amplissimo sacerdotio preditus cõmẽtitios ac fictos deos redarguit. quorũ cultus superstitiones ꝑene aniles esse testat̃. falsis opinionibus erroribusqꝫ turbulentis iplicatos esse homines querit̃. Nã totus liber tertius de natura deorum oẽs funditus religiones euertit. ac delet. Quid ergo a nobis expectat̃ amplius? Nũ eloquẽtia superare possumus Ciceronẽ? minime id quidẽ: sed fiducia illi defuit ignoranti ueritatem. quod ipse simpliciter in eodem opere cõfitet̃ Ait enim facilius se posse dicere quid non sit: quam quid sit: hoc est falsa se intelligere: uera nescire. Clarum est igit̃ homines fuisse illos: qui dii putantur. Et eorum memoriam post mortem consecratam. ideo etiam ętates diuersę sunt. Et certe imagines singulorum qꝫ in eo habitu &

ętate singulorum simulachra configurata sunt:in q̄ quęq̨ mors dep̄hēdit.cōsideremus si placet erūnas iſęliciū deorū Isis filium perdidit.Ceres filiam expulsam & per orbem terrę iactatā:Latona uix insulā paruā in qua pareret iuenit Deū mater & amauit formosum adolescentē & eundē cū Pellice deprehēsum ex sectis uirilibus semiuirū reddidit. Et nunc a Gallis sacerdotibus sacra eius scelebrant̄. Iuno Pellices acerrime p̄secuta est:quia parere ipsa nō potuit ex fratre. Insulā Samū scribit Varro prius Partheniā nominatā:q̨ ibi Iuno adoleuerit.ibiq̨ etiā Ioui nupsit.Itaq̨ nobilissimū & antiquissimū tēplū eius ē.Sami:& simulacrū ī habitu nubentis figuratū.& sacra eius anniuersaria nuptiarū ritu celebrant̄.Si ergo adoleuit:si fuit uirgo primo:postea mulier:hominē fuisse:qui nō intelligit pecudē se fatet̄. Quid loquar obscęnitatē Veneris omnibus p̄stitutę libidinibus:non deorū tantū:sed & hominū.Hęc enī ex famoso Martis stupro genuit Hermoniā:ex Mercurio Hermaphroditū qui est natus Androgynus.Ex Ioue cupidinē. Ex Anchisa Eneā.& Butę Erycem.Ex Adone quidē nullū potuit:qui etiā tū puer ab apro ictus occisus ē:quę prima ut in historia sacra continet̄:artē meretriciā īstituit.auctorq̨ mulieribus in Cypro fuit:uti uulgo corporū quęstū faceret.Quod idcirco īperauit:ne sola pręter alias mulieres īpudica & uirorū appetēs uideret̄ .Etiā ne habet hęc aliquid numinis:cuius plura numerant̄ adulteria:q̄ partus? Sed ne ille quidē uirgines illibatā castitatē seruare potuerunt.Vnde enī putemus Erichthoniū esse natū?An ex terra:ut poetę uideri uolunt.At res ipsa clamat.Nā cū Vulcanus diis arma fęcisset:eiq̨ Iuppiter optionem dedisset pręmii quod uellet postulandi:iurassetq̨ ut solebat p̄ infernā paludē:se nihil negaturū:tū faber claudus Minerųę nuptias postulauit.Hic Iuppiter optimus maximus tanta religione constrictus abnuere non potuit:Mineruā tn̄ monuit repugnare pudiciciāq̨ defendere.tū in illa colluctatiōe Vulcanū in terrā p̄fudisse aiunt semē:unde sit Erychthonius natus.Idq̨ illi nomē īpositū. απoτησ εριδοσ και χθο νοσ.i.ex certamine atq̨ humo.Cur igit̄ uirgo eū puerū cū

dracone conclusũ & obsignatũ tribus uirginibus Cecropidis cõmẽdauit:euidẽs ut opinor icestũ quod nullo mõ possit colorari. Altera cum pene amatorem suum pdidisset qui erat. Turbatis distractus equis: Prestantissimũ medicũ Aesculapiũ curando iuueni aduocauit. eũq; sanatũ.
Secretis alma recondit
Sedibus. & Nymphe egerie: nemoriq; relegat:
Solus ubi in siluis Italis ignobilis euum
Exigeret. uersoq; ibi nomine uirbius esset Quid sibi uult hec tã diligẽs tã sollicita curatio? Quid secrete sedes? Quid relegatio uel tã lõge: uel ad mulierẽ: uel i solitudinẽ? Quid deinde nominis cõmutatio? Postremo quid equorũ tã ptinax abominatio: Quid significant hec oia: nisi conscientiã stupri: aut amorẽ minime uirginalẽ? Erat plane cur tantũ laborẽ pro tã f. deli iuuene susciperet: quia amanti nouerce obsequium pernegarat

Ca. xviii Quomodo refellant̃ ii qui deos esse factos ex hominibus mẽtiant̃

Hoc in loco refellendi sunt etiã ii. qui deos ex hominibus esse factos nõ tantũ fatent̃: sed ut eos laudent. etiã gloriant̃ aut uirtutis gratia ut Herculẽ. Aut munerum: ut Cererem ac Liberũ. aut artium repertarũ ut Aesculapium uel Mineruã. hec uero q̃ inepta sint: quãq; nõ digna propter que homines inexpiabili se scelere cõtaminent. hostesq; deo uero fiant: quo cõtẽpto mortuorũ sacra suscipiũt: ex singulis rebus ostendã. uirtutẽ esse dicunt: que hominẽ tollat in celũ: nõ illam de qua philosophi dixerunt: que posita est in bonis animi. sed hãc corporalẽ que dicit̃ fortitudo. que quoniã precipua in hercule fuit: immortalitatẽ meruisse creditur. Quis tã stulte ineptus est. ut corporis uires diuinum uel etiã humanũ bonum iudicet. cum sint & maiores pecudibus attribute. & uno morbo sepe frangantur. uel ipsa senectute minuant̃. & corruant. Itaq; idem ille cũ deformari ulceribus toros suos cerneret: nec sanari se uoluit: nec sinẽ fieri: nequãdo seipso minor aut defor. mior

uideret̃. Nunc ergo qui uiuũ seipsum cõbusserat: ascendis-
se in celum putauerunt. eaq; ipsa quę stultissime admirati
sunt: simulacris & imaginibus expressa & consecrata posu
erunt. ut imppetuũ uanitatis eorũ monumenta persisterẽt
qui ob necẽ bestiarũ deos fieri credidissent. Sed hęc gręco
rũ fortasse culpa sit: qui res leuissimas pro maximis semp
habuerunt. Quid nostri? num sapientiores? qui athleticã q
dem uirtutẽ cõtẽnunt: quia nihil obest: sed regiã quia late
solet nocere: sic admirant̃ ut fortes & bellicosos duces ĩ de
orũ cętũ locari arbitrent̃. Nec esse ullã aliã ad ĩmortalitatem
uiã: q̃ exercitus ducere: aliena uastare: urbes delere: oppida
excidere: liberos populos aut trucidare: aut subiicere ser-
uituti: uidelicet quo plures homines afflixerint: spolia-
uerint: occiderint: eo se nobiliores & clariores putãt: & in-
anis glorię specie capti sceleribus suis nomẽ uirtutis ĩpo
nunt. Iã mallẽ ut a ferarum cędibus deos sibi fingerent: q̃
ĩmortalitatẽ tã cruentã ꝓbarẽt. Si quis unũ hominẽ iugu-
lauerit: ꝓ cõtaminato ac nefario habet̃. nec ad terrenũ hoc
domiciliũ deorũ admitti eũ fas putant. Ille autẽ qui ĩfini
ta hoĩnũ millia trucidauerit: cruorẽ cãpos ĩundauerit: fluĩ
na ĩfęcerit: ñ mõ ĩ tẽplũ sed etiã ĩ cęlũ admittit̃. apud enniũ
sic loqt̃ Aphricanus. Si fas cedẽdo cęlestia scãder̃ cuiq̃ ẽ.
Mi soli cęli maxima porta patet. Scilicet quia magnã par
tẽ generis humani extinxit ac perdidit. O quantis in tene-
bris Aphricane uersatus es. uel potius o poeta qui p cędes
& sanguinẽ patere in cęlũ ascẽsum putaueris. Cui uanitati
& Cicero assentit. Est uero inqt Aphricane. nã & Herculi
eadem uia ista patuit. tanq̃ ipse plane cũ id fieret: ianitor fu
erit in cęlo. Equidem statuere non possum: dolẽdũ ne po
tius an ridendũ putẽ: cum uideã & graues & doctos & ut
sibi uidentur. sapientos uiros: in tã miserandis errorũ fluc
tibus uolutari. Si hęc est uirtus quę nos immortales facit:
mori equidem malim: q̃ exitio esse q̃ plurimis. si aliter pa-
rari ĩmortalitas nõ põt: nisi p sanguinẽ: quid fiet si oẽs in
cõcordiã cõsenserĩt? Quod certe fieri poterit: si pnitioso &
ĩpio furorẽ ꝓiecto ĩnocẽtes eẽ ac iusti uelint. Nũ igit̃ nemo
erit cęlo dignus? nũ ꝑibit uirtus qa hoibus ĩ hoĩes sęuire

non dabiť. Sed iſti qui euerſiones urbium populorumq́ſummam gloriam computãt: otium publicum non ferẽt: rapient: ſęuiẽt: & iniuriis iſolenter illatiſ humanę ſocietatiſ fędus irrumpent: ut habere boſtẽ poſſint: quẽ ſceleratius deleant: q̃ laceſſierint. Nunc ad reliq̃ pergamus. Nomẽ deorũ Cereri ac Libero traditio munerũ fęcit. Poſſum diuinis docere litteris uinũ atq́ fruges ante ꝓgeniẽ cęli atq́ Saturni fuiſſe i uſum hominũ. ſed ab his ſane iuenta eſſe fingamus. Num pot plus uideri aut maius collegiſſe fruges: hiſq́ fractis panẽ faceř docuiſſe. aut uuas de uitibus lectas expreſſiſſe: uinũq́ feciſſe: q̃ fruges ipſas aut uites generaſſe aut protuliſſe de terra. Reliquerit hęc ſane deus humanis ingeniis eruenda: tñ fieri non põt: quin ipſius ſint oĩa: qui tribuit ſapientiã homini ut iueniret & ipſa illa quę poſſẽt inueniri: ꝑmus inuenit. Artes quoq́ ſuis inuentoribus immortalitatẽ peperiſſe dicunť: ut Eſculapio medicina: Vulcano fabrica: Colamus igiť & illos: q fullonicã ſutrinãq́ docuerunt. Cur autẽ figulinę repertori honos non habeť? An quia iſti diuites uaſa Samia contẽnunt? Sunt & alię artes quarũ reptores humanę uitę plurimũ ꝓfuerũt. Cur nõ etiã illis attributa ſunt tẽpla: ſed nimirũ Minerua eſt quę oẽs repperit. Ideo illi opifices ſupplicãt. Ergo ab his ſordibus Minerua aſcendit in cęlũ. Eſt uero cauſa: cur quiſq̃ derelinquat eũ: qui terrã cũ animantibus: cęlũ cũ aſtris & luminibus exorſus ẽ: ut eam ueneret: quę telã docuit ordiri. Quid ille qui uulnera in corporibus ſanare docuit? Nũ põt eſſe prẽſtãtior: q̃ qui corpora ipſa formauit? ſentiendi ac uiuendi rationẽ dedit? Herbas deniq́ & cętera qbus medendi ars conſtat excogitauit: ac ꝓtulit.

Ca. xix. Quod deos uanos & deũ uerũ nemo ſimul poteſt colere.

AT enim dicet aliqs & huic ſũmo q fęcit oĩa & illis q parti ꝓfuerũt: ſuã uenerationẽ eſſe tribuendã. Primũ nec factũ ẽ unq̃: ut qui hos colit: etiã deum coluerit: neq́ fieri põt: quoniam ſi honos idem tribuitur aliis ipſe ideo

nō colitur:cuius religio eſt illum eſſe unum ac ſolum deum credere. Clamat ſummus Poeta eos oēs qui inuētas uitam excoluere per artes apud inferos eſſe. ipſumq; illū me dicinę repertorē talis & artis ad ſtygias undas fulmine eſſe detruſum ut intelligamus q̄ntum ualeat pater omnipotens: qui & deos fulminibus extinguat. ſed homines igeniosi hanc ſecum habebant fortaſſe ratiōnē q̄a deus fulminari nō pōt: apparet nō eſſe factum. imo uero quia factum eſt apparet hominē fuiſſe nō deum. Mēdacium eni poetarum nō in facto ē: ſed ī noīe. Metuebāt enī malum ſi cōtra publicā pſuaſionē faterent̄: quod erat uerum. Quod ſi hoc cōſtat inter ipſos ex hominibus deos factos: cur ergo nō credunt Poetis. ſiquādo illorū fugas & uulnera: & mortes: & bella: & adulteria deſcribunt: Quibus ex rebus itelligi datur: nō potuiſſe ullo pacto fieri deos: quia ne homines quidē ꝑbi fuerunt: eaq; in uita ſua geſſerunt: quę mortem pariunt ſempiternam.

Ca. xx. De propria Romanorum religione.

Nemo nunc ad proprias Romanorum religiones: quoniam de cōmunibus dixi. Romuli nutrix lupa honoribus ē affecta diuinis. Et ferrē ſi animal ipſum fuiſſet: cuius figuram gerit Cuius author eſt Liuius. Larentię eſſe ſimulacrū & q̄dem non corporis: ſed mentis ac morum. Fuit enī fauſtuli uxor: & propter uulgati nominis utilitatē Lupa inter paſtores nuncupata eſt: unde etiā lupanar dicitur. exemplum. ſ. Athenienſium in ea figurandi Romani ſecuti ſunt. apud quos meretrix quedā nomie Lęena cum Tyrannum occidiſſet: quia nephas erat ſimulacrum conſtitui meretricis in tēplo: animalis effigiem poſuerunt: cuius nomen gerebat. Itaq; ut illi monumentum ex nomine: ſic iſti ex profeſſione fęcerunt. Huius nominis etiā dies feſtus dicatus eſt: & larentinalia cōſtituta. Nec hanc ſolā Romani meretricem colunt: ſed Faulam quoq; quam Herculis ſcortum fuiſſe Verrius ſcribit. Iam quanta iſta imortalitas putanda ſit: quam etiam meretriceſ aſſequant̄. Flora cum magnas opes ex arte meretricia quęſiuiſſet populum

Romanum scripsit heredem: certamq pecuniam reliquit: cuius ex annuo foenore suus natalis dies celebrarer: editoe ludorum quos appellãt Floralia. Quod quia senatui fla gitiosum uidebatur: ab ipso nomine argumentũ sumi pla cuit: ut pudende rei quedã dignitas adderet. Deam finxe rũt esse que floribus presit: eamq oportere placari: ut fru ges cum arboribus aut uitibus bene psperecq florescerent Eum colorem secutus i fastis poeta non ignobilem nym pham narrauit: que sit cloris uocitata: eamq zephyro nup tã quasi dotis loco id accepisse muneris a marito: ut habe ret omnium florum potestatẽ. Honeste quidẽ ista dicunt: sed inhoneste turpiterq credunt. Non debent: cũ ueritas queritur: huiusmodi nos uelamenta decipere. Celebrant er go illi ludi cum omni lasciuia conuenientes memorie me retricis. Nam preter uerborum licẽtiã quibus obscenitas omnis effunditur: exuuntur etiã uestibus populo flagitã te meretrices: que tũc mimorum funguntur officio: & in conspectu populi usq ad sacietatem ĩpudicorum luminũ cũ ĩpudendis motibus detinentur. Cloacine simulacrum in cloaca maxima repertum Tatius consecrauit: & qa cu ius esset effigies ignorabat: ex loco illi nomen ĩposuit. Pa uorẽ Palloreq Tullus Hostilius figurauit: & coluit. Quid de hoc dicã: nisi dignum fuisse qui semp deos suos sicut optari solet: presentes haberet. Ab hoc illud. M. Marcelli de consecratione honoris atq uirtutis honestate nominũ differt re congruit. Eadem uanitate mentem quoq inter deos collocauit Senatus. quam pfecto si habuisset eiusmo di sacra nunq̃ suscepisset. Magnum Cicero audaxq conci lium suscepisse greciam dicit: q cupidinum & amorum si mulacra in gymnasiis consecrasset: adulatus est uidelicet Attico: & irrisit hominem familiarem. Non est enim illud magnum aut omnino consilium dicẽdum fuit. Sed impu dicorum hominũ perdita & deplorata nequicia: qui libe ros suos quos erudire ad honesta deberent prostituerũt libidini iuuentutis: a quibus flagitiorum deos & in illis potissimũ locis ubi nuda corpora corruptorum lumini bus patent: & in illa coli etate uoluerunt: que simplex &

improuida prius irretitur:& i laqueos potest cadere:q̃ ca
uere. Quid mirũ si ab hac gẽte uniuersa flagitia manarũt:
apud quam ipsa uitia religiosa sunt:eaq; non modo nõ ui-
tant:uerũ etiam colunt. Et ideo huic sententię tanq̃ Grę-
cos prudentia uinceret:adiecit. Virtutes enim oportet nõ
uitia consecrari. Quod si recipis o. M. Tuli:non uides fo
re ut irrũpant uitia cũ uirtutibus:quia mala bonis adhe-
rent.& in animis hominũ potentiora sunt:quę si uetas cõ
secrari:respondebit tibi illa eadẽ Grecia se alios deos colet
ut prosint:alios ne noceant. Hęc enĩ semp accusatio ẽ eorũ
qui mala sua pro diis habent:ut Romani Rubiginẽ.ac Fe
brem.si ergo uitia consecranda non sunt:n quo tibi assen
tior:ne uirtutes quidem. Nõ enim p se sapiunt.aut sentiũt
neq; intra parietes aut ędiculas luto factas:sed itra pectus
collocandę sunt.& interius comprehendendę ne sint fabu
lę:si extra hominem fuerint collocatę. Itaq; preclarã illã le
gem tuam derideo quã ponis his uerbis. Ast illa propter
quę dat̃ homini ascensus in cęlũ:mentem:uirtutẽ:pietatem
fidem earũq; laudũ delubra sunt. Atq; hęc separari ab ho
mine non possunt. Si enim colẽda sunt:in homine ipo sint
necesse est. Si autẽ sunt extra hominem: quid opus ẽ ea co
lere:quibus careamus. Virtus colenda est non imago uir
tutis.& colenda est nõ sacrificio aliquo:aut thure aut pre
catione sollemni:sed uoluntate sola atq; ꝓposito. Nam qd
est aliud colere uirtutem:nisi eam comprehendere animo
& tenere? Quod unusquisq; simul ac cępit uelle:consequit̃
Hic solus uirtutis est cultus.nam religio & ueneratio nul
la alia nisi unius dei tenenda est. Quid igit̃ opus est o uir
sapientissime superuacuis extructionibus loca occupare:
quę possint humanis usibus cedere? Quid sacerdotes con
stituere uana & insensibilia culturos? Quid imolare uic-
timas? Quid tãtos sumptus uel fingendis uel colẽdis ima
ginibus impendere? Firmius & icorruptius tẽplũ ẽ pectus
humanũ.hoc potius ornet̃.hoc ueris illis numinibus im-
pleatur. Has ergo falsas consecrationes sequit̃:quod neces
se ẽ. Qui enĩ uirtutes sic colunt:id ẽ qui umbras atq; ima
gines uirtutum cõsectant̃:ea ipa quę uera sunt: tenere non

possunt. Itaq; nulla in quoq; uirtus est: uitiis ubiq; domi nantibus nulla fides: uno oia p se quoq; rapiente. nulla pi etas nec cōsanguineis nec parentibus parcente auaricia. & cupiditate in uenenū & ferrū ruente. nulla pax nulla con cordia publice bellis seuientibus: priuatis inimiciciis usq; ad sāguinē furētibus. nulla pudicicia libidinibus effrenatis omnē sexū & oēs corporis ptes cōtaminātibus: nec tā desi nūt: ea colere quę figūt & oderūt. Colūt eni thure ac sum mis digitis: quę sensibus itimis colere debuerūt: qui error ois ex illius principalis ac sūmi boni ignoratōe descēdit. Vrbe a Gallis occupata obsessi in capitolio Romani cū ex mulierū capillis tormenta fecissent: ędē Veneri Calue fece rūt. Nō igit̄ intelligunt q̄uanā sint religiones: uel ex eo ip so q̄ eas his ineptiis cauillant̄. A Lacedęmoniis fortasse di dicarant deos sibi ex euentis fingeř. Qui cū Messenios ob siderent & illi furtim deceptis obsessoribus egressi ad diri piendā Lacedęmonē cucurrissent: a Spartanis mulieribus fusi fugatiq; sunt. Cognitis autē hostiū insidiis Lacedęmo nii sequębant̄. His armatę mulieres obuiā lōgius exiuerūt quę cū uiros suos cernerent parare se ad pugnā: quod pu tarent Messenios esse: corpora sua nudauerūt. At illi uxo ribus cognitis & aspectu in libidinē concitati sicut erant armati: permixti sunt utiq; pmiscue. Nec eni uacabat dis cernere. sic iuuenes ab iisdem antea missi cū uirginibus: ex quibus sunt ptbenii nati: Propter huius facti memoriam ędem Veneri armatę simulacrū posuerūt. Quod tametsi ex causa turpi: tñ honestius uideť armatā Venerē cōsecras se: q̄ caluā. Eodē tēpore Ioui quoq; Pistori ara apposita ē: q̄ eos in quiete monuisset: ut ex omni frumento quod ha berent: panē facerēt: & hostiū castra iactarent eoq; facto so luta esset obsidio: desperantibus Gallis iopia subigi posse Romanos quę ista religionū derisio ēsi eorū defensor essē quid tā grauiter queri possem: q̄ deorū nomen itantū ue nisse cōteptū: ut turpissimis nominibus ludibrio habeať Quis nō rideat Fornacem deā: uel potius doctos uiros ce lebrandis Fornacibus operari? Quis cū audiat deā Mu tam: tenere risum queat? Hanc esse dicunt ex qua sint nati

b' p̄ziq̄ ifturonū,

Lares: & ipsā Larā nomināt uel Larundā. Quid prestat̄ colenti pōt: que loqui non pōt. Colit̄ & Ceca: que herculi fecit indiciū de furto boū: diuinitatē cōsecuta quia perdidit fratrē. Et Cunina que infantes tuet̄ ac fascina sūmouet. Et stercutus qui stercorandi rationē pmus īduxit. Et tutinus in cuius sinu pudēdo nubētes persidebant: ut illarum pudicitiā prior deus delibasse uideat̄. Et mille alia portenta ut iam uaniores qui hec colenda susceperint: q̄ egyptios esse dicamus: q monstrosa & ridicula quedā simulacra uenerant̄. & colunt. hec tamē habent aliquā imaginē. Quid qui lapidē colunt informē atq rudē cui nomē erat Terminus? Hic ē quē p Ioue Saturnus dicit̄ deuorasse. nec immerito illi honos tribuit̄. Nā cū Tarquinus Capitoliū facere uellet: eoq in loco multorū deorū sacella essent: consuluit eos per auguria: utrū Ioui cedere uellent. & cedentibus ceteris solus Terminus mansit. Vnde illū Poeta Capitoli immobile saxum uocat. Iā ex hoc ipso q̄ magnus Iuppiter inuenitur: cui nō cessit lapis: ea fortasse fiducia q illū de paternis faucibus liberauerat. Facto itaq Capitolio supra ipsum Terminum foramem est i tecto relictū ut qa nō cessferat: libero celo frueret̄ quo ne ipsi quidem fruebantur: q lapidē frui putauerūt. Et huic ergo publice supplicat̄ q̄ si custodi finiū deo: qui nō tantū lapis sed etiā stipes iterdū ē. Quid de is dicā: qui colunt talia: nisi ipos potissimū lapides ac stipites esse.

Ca. xxi. De sacrificiis & mysteriis eorū.

Diximus de dis ipsisq colunt̄. Nūc de sacris ac mysteriis eorum pauca dicenda sunt. Apud cyprios humanā hostiā Ioui Teucrus imolauit. Idq sacrificiū posteris tradidit: quod est nuper Hadriano iperante sublatum. Erat lex apud Tauros ihumanā & ferā gentem uti Diane hospites imolarent̄: & id sacrificiū multis tēporibus celebratū est. Galli Esum atq Theutantē humano cruore placabant. Ne latini quidē huius imanitatis expertes fuerunt siquidē latialis Iuppiter & nūc sanguine colit̄ humano. Quid ab his boni precat̄: q sic sacrificant? Aut quid tales

dii hominibus pręstare possunt: quorum pęnis ꝓpiciant. Sed de Barbaris non est adeo mirandũ: quorũ religio cũ moribus congruit. Nostri uero qui semp mansuetudinis & humanitatis gloriã sibi uẽdicarunt: nonne sacrilegis bis sacris imaniores reperiunt? Hi eni potius scelerati sunt ha bẽdi: qui cũ sint liberaliũ disciplinarũ studiis expoliti ab humanitate desciscunt: q̃ qui rudes & iperiti ad mala faci nora bonorũ ignoratione labunt. Apparet tñ antiquũ esse hunc imolandorũ hominũ ritũ. Siquidẽ Saturnũ in Latio eodẽ genere sacrificii cultus ẽ. nõ quidẽ ut homo ad aram imolaret: sed uti in Tyberin de ponte Miluio mitteretur Quod ex responso quodã factitatũ Varro author ẽ. Cuius responsi ultimus uersus ẽ talis. και κεφαλας κρονιδη και τω πατρι πεμπετε φωτα id est Et capita Saturno. & patri mittite hominẽ. Quod quia uideret ambiguũ: & fax illi & homo iaci solet. Verũ id genus sacrificii ab Hercule cum ex Hispania rediret: dicit esse sublatũ. ritu tñ ꝑmanente ut ꝓ ueris hominibus imagines iacerent ex scypro: ut Ouidius in fastis docet.

Donec in hęc uenit Tirynthius arua. quot annis
Tristia Leucadio sacra parata modo.
Illũ stramineos in aquã misisse Quirites
Herculis exẽplo corpora falsa iace. Hęc sacra Vestales uirgines faciunt: ut ait idem.
Tum quoq priscorũ uirgo simulacra uirorũ.
Mittere roboreo scyрria põte solet. Nã de ĩfantibus qui eidẽ Saturno imolabant propter odiũ Iouis: qd dicã? Nõ inuenio tã barbaros tã imanes fuisse homines: ut paricidiũ suũ id est tetrũ atq execrabile humano genere facinus sacrificiũ uocarent. cũ teneras atq innocẽtes aĩas quę maxime ẽ ętas parẽtibus dulcior: sine ullo respectu pietatis extinguerent. imanitateq omniũ bestiarũ quę tamẽ fętus suos amant. feritate superarẽt. O demẽtiã insanabilẽ. quid illis isti dii amplius facere possent: si essent iratissimi: q̃ faciunt ꝓpicii? Cũ suos cultores paricidiis inquinant: orbitatibus mactant: humanis ẽsibus spoliãt: Quid põt esse his hominibus sancti? Aut quid in profanis locis facient: qui

inter aras deorū sūma scelera cōmittūt! Postremus Festus in libris historiarū per satyram refert Carthaginenses Saturno humanas hostias solitos immolare: & cū uicti essēt ab Agathocle Rege Siculorum iratū sibi deum putauisse. itaq; ut diligentius piaculū soluerent ducentos nobilium filios immolasse:

Tantū religio potuit suadere malorum

Que peperit scelerosa atq; ipia facta. Cur ergo clementissimi homines illi sacrificio cōsulebāt: cū tantā partē ciuitatis occiderent: quantā fortasse ne Agathocles quidē uictor occiderat. Ab isto genere sacrorū non minoris isaniæ iudicanda sunt publica illa sacra: quorū altera sūt Matris deum in quibus homines suis ipsi uirilibus litāt. Amputato enim sexu nec uiros se nec fœminas faciūt. Alia Virtutis quā eandē bellonā uocant: in quibus sacerdotes nō alieno sed suo cruore sacrificant. Sectis namq; humeris & utraq; manu directos gladios exerentes currunt: efferunt: insaniunt. Optime igr̄ Quintilianus in Phanatico: istud inqt si deus cogit: iratus est. etiā ne hęc sacra sunt. Nonne satius ē pecudū modo uiuere: q̄ deos tā impios. tā profanos: tā sanguinarios colere! sed unde isti errores: & hęc tāta flagitia manauerint: suo loco differemus. Interī uideamus cętera quę carent scelere: ne studio insectādi uideamur eligere peiora. Isydis Aegiptia sacra sunt: quātinus filiū paruulū uel perdiderit: uel iuenerit. Nā primo sacerdotes eius deglabrato corpore sua pectora tundunt: lamentantū: sicut ipsa cū perdidit: fecerat. Deinde puer ꝓducitᷓ q̄si iuentus: & in lętitiā luctus ille mutatᷓ. Ideo Lucanus.

Nunq̄ꝫ satis quesitus Osiris:

Semp enim perdunt: semper & inueniunt. Referᷓ ergo ī sacris imago rei quę uera gesta est: quę profecto si quid sapimus: declarat mortalem mulierē fuisse ac pęne orbam: nisi unicum repperisset: quod illū ipsum Poetam minime fugit: apud quē Pompeius adolescens morte patris audita hęc loquitur.

Euoluam busto iā numen gentibus Isin.

Et tectū ligno spargā ꝑ uulgus Osirin. Hic est Osiris quē

Serapin & Serapidem uulgus appellat. Solent enī mortuis consecratis nomina immutari: credo ne quis putet eos homines fuisse. Nam & Romulus post mortē Quirinus dictus est. Et Leda Nemesis. & Circe Marica. Et Ino postq̄ se precipitauit Leucothea. Materq; Matuta. Et Melicertes filius eius Palęmō. atq; Portunus. Sacra uero Cereris Eleusinę non sunt his dissimilia. Nā sicut ibi Osiris puer plāctu matris inquirit̄: ita hic ad incęstum patrui matrimonium rapta proserpina: quā quia facibus ex Aetnę uertice accensis quęsisse in Secilia Ceres dicitur iccirco sacra eius ardentiū tędarum iactatione celebrantur. Apud Lampsacū Priapo lethabilis uictima est asellus. Cuius sacrificii ratio in fastis hęc reddit̄: Cum dii omnes ad festum matris magnę conuenissent: epulisq; satiati noctem lusibus ducerent: quieuisse humi Vestā sumnumq; cępisse: ita Priapum somno eius ac pudicitie insidiatum: sed illam in tempestiuo clamore aselli quo Silenus uehebatur. excitatam. libidinē uero insidiatoris esse decęptā. Hac de causa Lampsacenos asellum Priapo quasi ī ultōnem mactare cōsueuisse. Apud Romanos uero eundem Vestalibus sacris in honorem pudicicię conseruatę panibus coronari. Quid turpius? Quid flagitiosius: quā si Vesta beneficio Asini uirgo est: At poeta fabulā finxit. Nū ergo illud est uerius: quod referūt ii: q phęnomena conscripserunt: cū de duabus cancri stellis loquūt̄ quas greci ονονσ uocant: asellos fuisse qui Liberū patrē transuexerint: cum amnem transire non posset: quorum alteri hoc pręmiū dederit: ut humana uoce loqueretur. Itaq; inter eum Priapumq; ortum esse certamē: de mēbri obsceni magnitudine: Priapum uictū & iratum interęmisse uictorem. Hoc uero multo magis inęptum est. Sed Poetis licet quicquid uelint. Nō excutio tā deforme mysterium. nec Priapū denudo: nequid appareat risu dignū. Finxerunt hęc sane Poetę: sed necesse est alicuius maioris turpitudinis tegēdę gratia ficta sint. Quę sint ergo quęramus. At ea profecto manifesta ē. Nā sicut lunę taurus mactatur: quia similiter habet cornua: &.

Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum:

Ne detur celeri uictima tarda deo: Ita in hoc quia magni
tudo membri uirilis enormis est: non potuit ei monstro
aptior uictima reperiri: q̃ quę ipsum cui mactatur posset
imitari: Apud Lyndum quod ẽ oppidum Rhodi: Hercu
lis sacra sunt: quorum a cęteris longe diuersus ẽ ritus. Si
quidem nõ Euphemia ut Gręci appellant: sed maledictis
& execratione celebrantur. Eaq; pro uiolatis habẽt: si quã
do inter sollemnes ritus uel imprudenti alicui exciderit
bonum uerbum. Cuius rei hęc ratio redditur: si tamen ul
la esse i rebus uanissimis potest: Hercules cum eo delatus
esset: famemq; patereẽ: aratorem quendã aspexit operãtem:
ab eoq; petere cępit: ut sibi unum bouem uenderet. Enim
uero ille negauit fieri posse: quia spes sua omnis colẽdę ter
rę duobus illis iuuencis niteretur. Hercules solita uiolen
tia usus quia unũ accipere non potuit: utrũq; sustulit. At
ille infęlix cum boues suos mactari uideret: iniuriam suã
maledictis ultus est. quod homini eleganti & urbano gra
tissimũ fuit. Nam dũ comitibus suis epulas apparat: dũq;
alienos boues deuorat: illũ sibi amarissime conuitiantem
cum risu & cachinnis audiebat. sed postq̃ Herculi diuinos
honores ob admirationem uirtutis deferri placuit a ciui
bus: ei ara posita est: quã de facto βουζυγον. id est bouis iu
gũ nominauit: ad quam duo iuncti boues immolarentur:
sicut illi quos abstulerat aratori: eũq; ipsũ sibi constituit
sacerdotem ac pręcępit ut iisdem maledictis semper in ce
lebrandis sacrificiisutereẽ. q; negaret se unq̃ epulatu iucũ
dius. Hęc iam non sacra sũt: sed sacrilegia ĩ quibus id fac
tũ diciẽ quod in aliis si fiat: seuerissime uindicatur. Ipsius
autem Cretici Iouis sacra quid aliud. q̃ quomodo sit aut
subtractus patri aut nutritus ostẽdũt. Capella enim Amal
thez Nymphę quę uberibus suis aluit ĩfantem de qua Ger
manicus Cęsar in Arateo carmine sic ait. Illaq; putaẽ

Nutrix esse Iouis: si uere Iuppiter infans
Vbera cretęę mulsit fidissima caprę:
Sidere quę claro gratum testatur alumnum.

Huius capel
lę corio usum esse pro scuto Iouem contra Titanas dimi
cãtem Musęus author ẽ. unde a Poetis Aegiochus noïaẽ

Ita quicqd est gestum in abscondendo puero id ipsum p imaginẽ gerit in sacris:quod Ouidius exponit i fastis.
Ardua iam dudum resonant tinnitibus Ide.
Tutus ut infanti uagiat ore puer.
Pars clypeos sudibus:galeas pars tundit ianes.
Hoc Curetes habent:hoc Corybantes opus.
Res latuit priscicꝙ manent imitantia facti.
Aera deę:comites raucacꝙ terga mouent.
Cymbala pro galeis pro scutis tympana pulsant.
Tibia dat phrygiosꝫ:ut dedit ante modos. Hanc totã opinionem quasi a Poetis fictam Salustius respuit:uoluitcꝙ igeniose interpretari: Cur altores Iouis dicantur Curetes fuisse sic ait:quia principes diuini intelligendi fuerũt:uetustatem ut cętera in maius componentem altores Iouis celebrauisse. Quantũ errauerit homo eruditus iã res ipsa declarat. Si enim princeps est Iuppiter:& deorum & religionũ si ante illum nulli dii colebant̃ uulgo. quia nondũ nati fuerant:qui colunt̃:apparet. Curetes ex diuerso principes fuisse diuini non intelligendi:per quos error omnis inductus est:& dei ueri memoria sublata. Ex ipsis itacꝙ mysteriis & cęrimoniis intelliger̃ debuerũt hominibus se mortuis supplicare. Nõ igit̃ exigo ut aliqs poetarũ fictõnibus credat:qui hos mentiri putat:pontificũ ipsorũ scripta cõsideret:& quicqd est litterarũ ad sacra pertinentiũ reuoluat:plura fortasse q̃ nos afferimus:inueniet:in quibus itelligat inania inepta dementia esse omnia:quę pro sanctis habent̃. Si quis autem percepta sapientia deposuerit errorem profecto ridebit ineptias hominũ pęne dementiũ. illos dico q inhonesto saltatu tripudiãt: uel q nudi uncti coronati aut psonati aut luto obliti currũt. Quid de scutis iã uetustate putridis dicã:Quę cũ portãt deos ipsos se gestare humeris suis arbitrãt̃. Nã Furius Bibaculus iter pręcipua pietatis exẽpla numerant̃. Qui cũ pretor esset:tamẽ lictoribus pręeuntibus Ancylle portauit:cũ haberet Magistratus officio uacationẽ. Nõ ergo ille Furius sed plane furiosus fuit:q Pręturã hoc ministerio se p utauit ornare. Merito igitur cũ hęc a uiris non imperitis ac rubibus fiant:

Lucrecius exclamat.

O stultas hominū mentes: o pectora ceca:
Qualibus in tenebris uite quātisq̄ periclis
Degitur: hoc eui quodcunq̄ est. Quis hęc ludibria nō derideat qui habeat aliquid sanitatis? Cū uideat homines uelut mente captos ea serio facere quę si quis faciat ī lusu nimis lasciuus & ineptus esse uideatur.

Ca. xxii. Quis author prędictarū uanitatū ī Italia apud Romanos fuerit. & quis apud alias gētes.

Harum uanitatum apud Romanos author & constitutor Sabinus ille Rex qui maxime animos hominū rudes atq̄ imperitos nouis superstitionibus implicauit. quod ut faceret aliqua cum authoritate: simulauit cū dea Aegeria nocturnos se habere cōgressus. Erat quędā spelūca popaca in nemore Aricino: unde riuus perenni fōte manabat. Huc remotis arbitris se inferre cōsueuerat: ut mentiri posset monitu deę coniugis ea sacra populo se tradere quę acceptissima diis essent. uidelicet astutiā Minois uoluit imitari: qui se in antrū Iouis recōdebat: & ibi diu moratus leges tanq̄ sibi a Ioue traditas afferebat: ut homines ad parendū nō modo imperio: sed etiā religione cōstringeret. Nec difficile sane fuit persuadere pastoribus. Itaq̄ Pōtifices Flamines: Salios Augures creauit. deos per familias descripsit. sic noui populi feroces animos mitigauit: & ad studia pacis a rebus bellicis auocauit. Sed cū alios falleret seipsum tñ non fefellit: nā post annos plurimos Cornelio & Bebio Consulibus in agro Scribę Petilii sub ianiculo arcę duę lapideę sunt repertę a fossoribus quarū ī altera corpus Numę fuit: in altera septem latini libri de iure Pontificio. Item greci totidem de disciplina sapientię scripti: quibus religiones non eas modo quas ipse instituerat: sed oēs preterea dissoluit. Quare ad Senatū delata: decretū est: ut hi libri abolerētur. Ita eos. Q. Petilius Pretor Vrbanus in contione populi cōcremauit. Insipienter id quidē. Quid enim profuit libros esse combustos: cū hoc ipsum q̄ sunt ideo cōbusti: qa religionibus derogabāt: memorię sit tradi

tũ.Nemo ergo tunc in Senatu nõ stultissimus. Potuerunt
eni & libri abolere:& res tñ in memoriã nõ exire.Ita dum
uolũt & posteris approbare quanta pietate defenderĩt reli
giones:authorẽ religionũ ipsarũ testando minuerunt.Sed
ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarũ religio
nũ fuit sic ante Pompiliũ Faunus in latio qui & Saturno
auo nefaria sacra constituit:& Picum patrẽ inter deos bo
norauit:& sororẽ suã fentam Faunam eandẽq coniugẽ con
secrauit.quã.C.Bassus fatuã nominatã tradit:ꝙ mulieribus
fata caneret cõsueuisset:ut Faunus uiris Eandẽ Varro scri
bit tantę pudicitię fuisse:ut nemo eã quoadvixerit.prẹter
suũ uirũ mas uiderit:nec nomẽ eius audierit. Iccirco illi
mulieres in operto sacrificant:& bonã deã nominãt. Et.C.
Sex.Clodius i eo libro quẽ grẹce scripsit:refert Fauni hãc
uxorẽ fuisse quę q̃a cõtra morẽ decusq regiũ clã uini ollã
ebiberat:& ebria facta erat:uirgis myrteis a uiro usq ad
mortẽ cęsam.Postea uero cũ eũ facti sui peniteret: & desi
deriũ eius ferre non posset:diuinũ illi honorẽ detulisse:ic
circo in sacris eius obuolutã uini amphorã poni.Reliquit
ergo posteris Faunus quoq nõ parũ erroris: quẽ tñ pru
dentes quiq pspiciũt.Nã Lucillius eorũ stultitiã q̃ simu
lacra deos putant esse:deridet his uerbis.

Terricolas Lamias Fauni quas Pompiliiq
Instituere Numę.tremit has.Hic oĩa ponit
Vt pueri ĩfantes credunt signa omnia ahęna
Viuere:& esse homines:sic isti oĩa ficta
Vera putãt.credunt signis cor inesse ahęnis:

Pergula pictorum.Et cętera.Poeta q̃dem stultos homines
infantibus cõparauit:at ego multo iprudẽtiores esse dico
Illi eni simulacra hoĩes putãt esse:hi deos.Illos ętas facit
putare quod ñ ẽ:hos stultitia.Illi utiq breui desinũt falli
horũ uanitas& delirat sẽp & crescit.Sacra liberi pris pmus
Orpheus iduxit i grẹciã pmusq celebrauit in mõte Boetię
Thebis:ubi Liber natus ẽ pximo.q cũ freq̃ẽter citha rę
cantu psonaret:Cithęron appellatus est. Ea sacra etiã n ũc
Orphica nominãt:i quibus ipse postea dilaceratus & car p
tus ẽ & fuit per eadem fere tempora quibus Faunus. Sed

quis ętate pręcesserit dubitari potest: siquidem per eosdē annos Latinus Priamusq; regnauerunt. Item patres eorū Picus & Laomedon. quo regnante Orpheus cum Argonautis ad Iliensium littus accessit. Procedamus igitur ulterius: & quęramus quis omnino colendorum deorum p̄mus author extitit. Didymus in libris ἐξηγήσεως πινδάρου id est expositionis pindaricę. Melissea Cretensium Regem primum diis sacrificasse ac ritus nouos sacrorūq; pompas introduxisse. Huius duas fuisse filias: Amaltheā & Melissam: quę Iouem puerū caprino lacte ac melle nutrierunt. Vnde poetica illa fabula originem sumpsit: aduolasse apes atq; os pueri melle complesse. Melissam uero a patre primam sacerdotem Matri Magnę constitutam: Vnde adhuc eiusdem Matris Antistites Melissę nuncupantur. Historia uero sacra testatur ipsum Iouem postq̄ rerum potitus est: in tantam insolentiam uenisse: ut ipse sibi p̄hana multis in locis constitueret. Nam cum terras circuiret: in quācunq; regionem uenerat: Reges Principes uel populorum hospicio sibi & amicicia copulabat: & cum a quoq; digrederetur: uidebat sibi p̄hanum creari hospitis sui nomine: quasi ita posset amicicię & fęderis memoria cōseruari. Sic constituta sunt templa Ioui Athabirio Ioui Labriando. Athabyrius enim & Labryādus hospites eius atq; adiutores in bello fuerunt. Itē Ioui Laprio. Ioui Molioni: Ioui Cassio: & quę sunt in eundem modum: quod ille astutissime excogitauit: ut & sibi honorem diuinum & ut hospitibus suis perpetuum nomen acquireret cum religione coniūctum. Gaudebant ergo illi & huic imperio eius libenter obsequebātur: & nominis sui gratia ritus annuos: & festa celebrabāt. Simile quidam in Sicilia fęcit Aeneas cum conditę urbi Acestę hospitis nomen imposuit: ut eam postmodum lętus ac libens Acestes diligeret: augeret: amaret Hoc modo religionem cultus sui per orbem terrę Iuppiter seminauit: & exemplum ceteris ad imitandum dedit. Siue igitur a Melisseo: sicut Didymus tradit colendorū deorum ritus effluxit: siue ab ipso quoq; Ioue Euhemerus: De tempore tamen constat: quando dii coli

cęperint. Melisseus quidem non multum antecessit ętate: quippe qui educauerit Iouem pronepotem. Et iccirco fieri potest: uel ut ante uel ut adhuc puero Ioue deos colere instituerit. id est alumni sui matrē & auiā tellurem: quę fuit Vrani coniux: patrem Saturnū. Et ipse hoc exemplo atq; instituto Iouem ad tantam superbiam prouexerit: ut postea sibi diuinos honores auderet assumere.

Ca. xxiii. quo tēpore cęperint uanę superstitiones. quibus sub autboribus.

Nunc quoniā uanarū superstitionum originē deprehendimus: superest ut etiā tēpora colligamus. p quę fuerint illi: quorū memoria colitur. Theophilus in libro de temporibus ad Autolycū scripto ait ī bistoria sua Tallum dicere: q; Belus quē Babylonii & Assyrii colunt antiquior Troiano bello fuisse inueniatur. CCC. xxii. annis. Belum autem Saturno ęquale fuisse: & utrūq; uno tēpore adoleuisse. Quod adeo uerum est: ut ratione ipsa colligi possit. Nam & Agamemnon qui gessit bellum Troicū: Iouis abnepos fuit: & Achilles Aiaxq; pronepotes: & Vlixes eodem gradu proximus. Priamus quidem lōga serie: sed autbores quidam tradunt Dardanū & Iasium Coriti filios fuisse: non Iouis. Nec enim si ita fuisset: ad usus impudicos Ganymedem pronepotem suū babere potuisset. Itaq; parētibus illorū quos supra nominaui: si congruenter annos diuidas: numerus consentiet. Ab excidio autē Troianę urbis colliguntur anni mille quadringenti septuaginta. Ex bac temporum ratione manifestum est ante annos non amplius quā mille octingētos natum esse Saturnum: qui & sator omnium deorum fuit. Non ergo isti glorientur sacrorum uetustate: quorum & origo & ratio & tempora deprebensa sunt. Restant adbuc aliqua: quę ad arguendas religiones falsas plurimū ualeāt. sed iam finē facere libro decreui: ne modū excedat. Ea enim plenius sunt exequēda quę uirtuti uidentˀ obstare: ut bomines q bonorū ignorātia uagantur incerti: ad religionē uerā possimus

imbuere. Primus autẽ ſapientię gradus ẽ falſa intelligere. Secundus uera cognoſcere. Ergo apud quẽ hęc prima iſtitutio noſtra profęcerit: qua falſa deteximus: excitabiẽ ad ueri cognitionẽ: qa nulla eſt homini iucundior uoluptas & erit iam ſapientia cęleſtis diſciplinę dignus: qui ad cognoſcenda cętera libens ac paratus acceſſerit.

Lactantii Firmiani inſtitutionũ diuinarũ aduerſus gentiles Li. II. Quod rationis obliuio & ignorantia ſui facit homines ĩgratos ueri dei. qui colitur in aduerſis. & in proſperis contemnitur.

Leb' 29.

Vanq̃ primo libro religiones deorũ falſas eſſe monſtrauerim: ꝗ ii quorũ uarios diſſimileſq; cultus per uniuerſam terram conſenſus hominum ſtulta perſuaſione ſuſcępit: mortales fuerint: functiq; uita diuinę neceſſitati morte conceſſerint: tamen nequa dubitatio relinquaẽ: hic ſecundus liber fontem ipſum patefaciet errorum: cauſaſq; oẽs explicabit: quibus decepti homines & ꝑmitus deos eſſe crediderunt: & poſtmodũ inueterata ꝑſuaſione ĩ ſuſceptis prauiſſime religionibus ꝑſeuerauerint. Geſtio eni cóuictis ianibus: & hominũ ĩpia uanitate detecta ſingularis dei aſſerere maieſtatẽ. ſuſcipiens utilius & maius officiũ: ſcilicet reuocandi homines a prauis itineribus: & ĩ gratiã ſecũ ipſos reducendi: ne ſe ut quidam Philoſophi faciunt tãto pere deſpiciant. Neue ſe infirmos ſuperuacuos & nihil & fruſtra oĩno natos putent: quę opinio pleroſq; ad uitia cõpellit. Nã dum exiſtimant nulli deo nos eſſe curę: aut poſt mortẽ nihil eẽ futuroſ: totos ſe libidinibuſ addicũt. & dũ licere ſibi putãt: hauriẽdis uoluptatibus ſitiẽter ĩcũbũt: ꝑ quas ĩprudẽtes in laqueos mortis ĩcurrãt. Ignorãt eni quę ſit hoĩnis ratio: quã ſi tenere uellẽt ĩ ꝑmis deũ ſuũ agnoſcerẽt: uirtutẽ iuſticiãq; ſequerẽẽ. terrenis figmẽtis aĩmas ſuas nõ ſubſternerẽt. mortiferas libidinũ uoluptates ñ appeterẽt. deniq; ſeipoſ magni ęſtimarẽt: atq; itelligerẽt plus eſſe

in homine q̄ uidetur:cuius ui conditioneq̄ nō aliter pos-
se retineri:nisi cultum ueri parentis sui deposita prauitate
suscęperint. Equidem sicut oportet de summa rerum sę-
penumero cogitans:admirari soleo maiestatē dei singula-
risq́ue continet regitq́ oīa:in tantā uenisse obliuionē: ut
quę sola coli debeat:sola potissimū negligat̄. Homines aūt
ipsos ad tantā cęcitatem esse deductos:ut uero ac uno deo
mortuos anteferant.terrenos autē in terraq́ sepultos ei q
fundator ipsius terre fuit.& tñ huic īpietati hominū pos-
set uenia concedi.si oīno ab ignorantia diuini nominis ue
niret hic error. Cū uero ipsos deorū cultores: sępe uidea-
mus deū summū & confiteri & prędicare:q̄ sibi ueniā spe
rare possint īpietatis suę:qui nō agnoscūt cultū eius quē
prorsus ignorari ab homine fas nō est. Nā & cū iurāt:& cū
optant:& cū gratias agunt: nō Iouē aut deos multos sed
deū nominat̄.adeo ipsa ueritas cogente natura etiā ab iuis
tis peccatoribus erūpit. Quod quidem non faciūt i pros
peris rebus. Nam tum maxime deus ex memoria hominū
elabitur:cū beneficiis eius fruentes honorē dare diuinę in
dulgentię debent. At uero si qua necessitas grauis presserit
tūc deū recordāt̄. Si belli terror infremuerit:si morborum
pestifera uis incubuerit:si alimenta frugibus longa sicci-
tas denegauerit:si seua tempestas:si grādo ingruerit:ad deū
cōfugiūt.a deo petit̄ auxiliū: deus ut subueniat orarut. Si
qs in mari uento seuiente iactatur:hunc inuocat. si quis
aliq̄ ui afflictat̄:hunc potius iplorat Si quis ad ext remam
mendicandi necessitatē deductus:uictū precibus exposcit
deū solū obtestat̄:& p eius diuinū atq́ unicū nomē homi
nū sibi misericordiā quęrit. Nunq̄ igit̄ dei meminerūt:ni-
si dū in malis sunt. Postq̄ metus deseruit:& picula recesse
runt:tū uero alacres ad deorū tēpla cōcurrunt.his libant
his sacrificāt:hos coronant. Deo autē quē in ipsa necessita
te iplorauerūt:ne uerbo quidē gratias agunt.adeo ex rerū
psperitate luxuria.& luxuria uero ut uitia oīa:sic īpietas ad
uersus deū nascit̄.q̄ nā istud ex causa fieri putemus nisi es-
se aliquā puersā potestatē quę ueritatis sit sēmp inimica quę
humanis erroribus gaudeat. cui unū ac ppetuū sit opus

effundere tenebras & hominum cęcare mentes ne lucē ui-
deāt. ne denicꝫ ī cęlū aspiciāt: ac naturā corporis sui seruēt
Nam cum cęterę animātes pronis corporibus in humum
spectent: quia rationē ac sapientiā nō accęperunt. nobis sta
tus rectus: sublimis uultus ab artifice deo datus sit: appa
ret istas religiones deorū nō esse rationis humanę qa cur-
uant cęleste animal ad ueneranda terrena. Parens enī noster
ille unus & solus: cū fingeret hominē: id est animal intelli
gens & rationis capax: eū uero ex humo subleuatū ad con
tēplationē sui artificis erexit. quod optime īgeniosus Poe
ta signauit. Pronacꝫ cū spectēt animalia cetera terrā.
Os homini sublime dedit. cęlūcꝫ uidere
Iussit & erectos ad sidera tollere uultus. Hinc uticꝫ ανθρω
πον gręci appellauerūt: ꝙ sursū spectet. Ipsi ergo sibi renū
tiāt: secꝫ hominū nomine abdicāt: ꝙ nō sursū aspiciāt: sed
deorsū. nisi forte idipsū ꝙ recti sumus: sine causa homini
attributū putāt. Spectare nos cęlū deus uoluit: uticꝫ ñ frus
tra. nā & aues & ex mutis pęne oīa cęlū uidēt. sed nobis ꝓ
prie datū ē cęlū rigidis ac stantibus uidere: ut religionem
ibi quęramus. ut deū cuius sedes illa ē: quē oculis nō pos-
sumus: aīmo cōtēplemur. quod ꝓfecto nō facit. qui es aut
lapidē quę sunt terra: ueneratˢ. Est aūt prauissimū: cū ratio
corporis recta sit: quod ē tēporale: ipsū uero animū q sit
ęternus: humilē fieri. cū figura & status nihil aliud signifi
cent: nisi mentē hominis eo spectare oportere uultu: & ani
mū tā rectū esse deberˢ q̄ corpus: ut id cui dominari debet
imiterˢ: uerū hoīes & noīs sui & ratōis obliti: oculos suos ab
alto deiciūt. solocꝫ defigiunt: atcꝫ timēt opera digitorum
suorum quasi qcq̄ esse possit artifice suo maius.

Ca ii. quę fuerit ꝑma causa fingendi simula
cra & ꝙ uerissima dei imago est homo. Et
ꝙ extra se deū nemo fideliter colit.

QVę igitur amentia ē: aut ea fingere: quę ipsi postmo-
dū timent. aut timerˢ quę finxerit! Nō ipsa iqūt time
mus: sed eos ad quorū imaginē facta: & q̊rū noībus cōse-
crata sunt. Nēpe ideo timetis: ꝙ eos esse ī cęlo arbitramini

Neq enim si dii sunt aliter fieri potest. Cur igit̃ oculos in cęlū non tollitis: & aduocatis deorū nominibus i aperto sacrificia celebratis? Cur ad parietes & ligna & lapides potissimū q̃ illo spectatis: ubi eos esse credatis? Quid sibi templa quid arę uolunt? Quid denique ipsa simulacra: quę aut mortuorū: aut absentiū monumēta sunt? Nā oīno fingēdarū similitudinū ratio iccirco ab hominibus iuenta est: ut posset eorū memoria retineri: qui uel morte subtracti uel absentia fuerant separati. Deos igit̃ in quorū numero reponemus? Si in mortuorū: quis tā stultus ut colat? Si i absentium: colendi ergo non sunt: si nec uident: quę facimus: nec audiunt: quę pręcamur. Si autē dii absentes esse nō possūt: qui quoniā diuini sūt: in q̃cunque mundi parte sunt: uidēt & audiunt uniuersa. Superuacua ergo sunt simulacra illis ubique pręsentibus cū satis sit audientiū nomina precibus aduocare. At eni pręsentes nō nisi ad imagines suas adsūt ita plane quēadmodū uulgus existimat. mortuorū aīas circa tumulos & corporū suorū reliquias aberrare. sed tamē postq̃ deus ille pręsto esse cępit. iā simulacro eius opus nō est. Quęro enī si quis imaginē hominis peregere constituti cōtēplet̃ sępius aut ex ea solatiū capiat absentis: nū idem sanus esse uideat̃: si eo reuerso atque presente i cōtēplāda imagine pseueret: eaque potius q̃ ipsius hominis aspectu frui uelit? Minime pfecto. Et tamē hominis imago necessaria tū uidet̃: cū pcul abest. superuacua futura cū pręsto ē. dei autē cuius spiritus ac numē ubique diffusū abesse nunq̃ pōt: semp utique imago supuacua ē: sed uerent̃ ne ois eorum religio inanis sit & uacua: si nihil in pręsenti uideāt: quod adorent. & ideo simulacra constituūt. quę quia mortuorum sunt imagines: similia mortuis sunt. omni eni sensu carent Dei autē in ęternū uiuētis uiuū & sēsibile debet esse simulacrū. Quod si a similitudine id nomē accepit: quomō possunt ista simulacra deo similia iudicari: quę nihil sentiunt nec mouent̃? Itaque simulacrū dei nō illud est: q digitis hominis. & lapide aut erę: alia ue materia fabricat̃: sed ipse homo: quoniam & sentit & mouetur: & multas magnasque actiones habet. Nec itelligūt homines ineptissimi q si sētir

simulacra & moueri possētiultro adoratura hoīes fuissēt a quibus sunt expolita. quę essent aut incultus & horridus lapis aut materia informis & rudis: nisi fuissent ab homīe formata. Homo igit̄ illorū quasi parens putandus est: per cuius manus nata sunt: p quē speciē: figurā: pulchritudīnē hebere cęperunt. Et ideo melior est qui fecit q̄ illa quę facta sunt. Et tamē factorē ipsū nemo suscipit aut ueretur. Quę fęcit timet: tanq̄ plus possit esse ī opere: q̄ in opifice. Recte igit̄ Seneca in libris moralibus: simulacra īquit deorū uenerant̄: illis supplicāt: genu posito illa adorant: illis p totū assident diē aut astant: illis stipē iaciūt: uictimas cędunt: & cū hęc tantopere suscipiant: fabros qui illa fecere contēnunt. Quid inter se tā cōtrariū: q̄ statuarū despicere factorem: statuā adorare. & eū ne in cōuictu qdē admitter̄ qui tibi deos faciat? Quā ergo uim: quā potestatē habere possunt: cū ipse qui fęcit illa: nō habeat? sed ne hęc qdē dar̄ his potuit: quę habebat. uidere: audir̄: loq: moueri? Quis̄ q̄ ne igit̄ tam ieptus est: ut putet aliqd esse in simulacro dei in quo ne homines quidē quicq̄ est prĕter mēbra: sed hęc nemo considerat: infecti sunt enī psuasione: ac mentes eorū penitus succū stultitię pbiberūt. Adorāt ergo insensibilia: qui sentiunt. irrationabilia: qui sapiunt. exanima qui uiuūt: terrena: qui oriunt̄ e cęlo. Iuuat ergo uelut ī aliq̄ sublimi specula constitutū unde uniuersi exaudire possint: Persianū illud pclamare. O curuę in terras animę & celestiū inanes: Cęlū potius intueminī: ad cuius spectaculū uos excitauit ille artifex uerus deus. Ille uobis sublimē uultū dedit. uos in terrā curuamini. uos altas mentes & ad parētem suū cū corporibus suis erectas ad inferiora deprimitis. tanq̄ uos peniteat non q̄drupedes esse natos: fas nō est celeste animal cū terrenis ī terrāq̄ urgentibus uersari. qd uos beneficii cęlestibus orbati: pronique in terrā uestra spōte pcūbitis? Humi enī miseri uolutamini: cū deorsū quęritis: quod in sublimi quęrere debuistis. Nā ista mortaliū digitorū ludicra & fragilia figmēta: ex q̄libet materię genere formata: qd aliud sūt: nisi terra ex q̄ nata? qd ergo rebus inferioribus subiacetis? qd capitibus uris terrā supponitis?

Cum ergo uos terrę submittitis humilioresq; facitis: ipsi uos ultro ad inferos mergitis. ad mortemq; damnatis. q͞a nihil est terra inferius & humilius: nisi mors & inferi: quę si effugere uelletis: subiectam pedibus uestris terrā cōtemneretis: corporis statu saluo. quod iccirco rectū accepistis quo oculos atq; mentē cū eo qui fecit cōferre possetis. cōtemnere autē & calcare terram: nichil aliud est. quā simulacra non adorare: quia de terra ficta sunt. Itē diuitias nō cōcupiscere: uoluptates corporis spernere: quia opes & corpus ipsum cuius hospicio utimur terra est. Viuum colite ut uiuatis. Moriatur enim necesse est: qui se suamq; animā mortuis adiudicauit.

Ca. iii. Quod Cicero & alii qui uidebant̄ sapientes: ceteris deterius peccauerūt.

Sed quid ꝓdest ad uulgus & ad homines imperitos hoc modo contionari: cum uideamus etiā doctos & prudentes cū religionū intelligant uanitatē: nihilominus tamē etiā in his ipsis quę damnāt: colendis: nescio qua prauitate prętare. Intelligebat Cicero falsa esse quę homines adorarent. Nā cū multa dixisset: quę ad euersionē religionū ualerent: ait tamē non esse illa uulgo disputanda. ne susceptas publice religiones disputatio talis extinguat. Quid ei faciat q cū errare se sentiat: ultro ipse in lapides ipingāt ut populus omnis offendat. ipse sibi oculos eruat: ut oēs ceci sint qui nec de aliis bene mereaꝰ: quos patiꝰ errare: nec de seipso qui alienis accedit erroribus: nec utitur tandem sapiētię suę bono ut factis ipleat quod mente percepit: sed prudens & sciens. pedē laqueo inserit. ut simul cū ceteris quos liberare ut prudentior debuit: & ipse capiaꝰ: quī potius si quid tibi Cicero uirtutis ē: experire populū facere sapientē. Digna res est: ubi oēs eloquētię tuę uires exeras. Non enim uerendū est ne tibi in tam bona causa deficiat oratio: q sępe etiam malas copiose ac fortiter defēdisti. Sed nimirum Socratis carcerē times. ideoq; patrociniū ueritatis suscipeꝛ nō audes. At mortē ut sapiēs cōtēneꝛ debuisti Et erat multo pulchrius: ut ob bn̄ dicta q̄ ob maledicta

Moriat̄ [illegible]

moreris. Nec tibi laudis plus philippicę afferre potuerūt quā discussus error humāi generis & mentes hominū ad sanitatem tua. disputatione reuocatę. sed cōcedamus timi ditati quę in sapiente esse non pōt. Quid ergo ipse in eodē uersaris errore? Video te terrena & manufacta uenerari. Vana esse intelligis. & tamē eadē facis: quę faciunt ipsi: quos ipse stultissimos confiteris. Quid igitur ꝓfuit uidisse te ueritatē: quā nec defensurus esses: nec secuturus? Sed si libenter errant ii: qui errarē se sentiunt: quāto magis uulgus indoctum: q; pōpis inanibus gaudet. animisq; puerilibus spectat oīa. oblectatur friuolis: & specie simulacrorū capitē nec ponderare secū unāquāq; rem potest: ut intelligat nihil colendum esse: quod oculis mortalibus cernitur quia necesse est mortale sit? Nec mirandū esse: si deū nō uideant cū ipsi ne quidē hominem uideant: quē uidere se credunt. Hoc enim quod oculis subiectū ē: non homo sed hominis receptaculū est. cuius qualitas & figura non ex liniamētis uasculi quo continetur. sed ex factis & moribus peruidetē. Qui ergo colunt simulacra: corpora sunt hominibus carentia: quia se corporalibus dederūt: nec uident plus aliquid mente quā corpore: cū sit animi officiū ea subtilius cernere quę acies corporalis non pōt intueri. Quos homines idem ille philosophus ac poeta grauiter accusat: tanq̄ humiles & abiectos qui contra naturę suę rationē ad uenerandа se terrena prosternāt. Ait enim.

Et faciunt animos humiles formidine diuum:
Depressosq; premunt ad terrā. Aliud quidem ille cū hoc diceret: sentiebat: nihil utiq; esse colendū: quia dii humana non curent. Denīq; alio loco religiones deorū & cultus inane esse officium confitetur.

Nec pietas ulla est: uelatū sępe uideri
Vertere se ad lapidē: atq; oēs accedere ad aras:
Et procumbere humi prostratū & pandere palmas
Ante deū delubra nec aras sanguine multo
Spargere quadrupedū: nec uotis nectere uota. Quę ꝓfecto si cassa sunt: non oportet sublimes & excelsos animos auocari atq; in terram premi. sed nihil aliud q̄ cęlestia cogitarē

Impugnatę sunt ergo a prudentioribus falsę religiones qa sentibant esse falsas: sed non est inducta uera. quia qualis aut ubi esset ignorabant. Itaq; sic habuerunt tanq̃ nulla esset omnino: quia uerã non poterant inuenire. Et eodẽ modo inciderunt in errorem multo maiorem q̃ illi qui falsã tenebant. Nam & isti fragiliũ cultores q̃uis sint inepti qa cęlestia constituunt in rebus corruptibilibus atq; terrenis aliquid tamẽ sapientię retinent: & habere ueniã possũt. quia summũ hominis officiũ etsi nõ re ipsa: tamẽ ꝓposito tenent siquidem hominum atq; mutorũ uel solũ uel certe maximũ in religione discrimen est. Hi uero quãto fuerint sapientiores: q; intellexerunt falsę religionis errorem: tãto facti sũt stultiores: q; esse aliquã uerã nõ putauerunt. Itaq; quoniã facilius est de alienis iudicare: q̃ de suis: dũ aliorũ pręcipiciũ uident: non prospexerũt quid ante suos pedes esset. In utraq; igitur parte: & summa stultitia inueniť: & odor quidam sapientię: ut possis dubitare quos dicas potissimũ stultiores: illos ne qui falsam religionẽ suscipiunt an eos qui nullã. Sed ut dixi uenia concedi posset imperitis: & qui se sapientes esse non fateantur. his uero non põt qui sapiẽtiã professi stultitiam potius exhibent. Non sum equidem tam iniquus: ut eos putẽ diuinare potuisse: ut ueritatẽ per seipsos inuenirent. quod fieri ego non posse confiteor. sed hoc ab his exigo: quod ratione ipsa prestare potuerunt. Facerent enim prudentius si & intelligerent esse aliquã uerã: & falsis impugnatis aperte pronunciarẽt eam quę uera esset: ab hominibus non teneri. Sed mouerit eos fortasse illud quod siqua uera esset religio: exereret se ac índicaret nec pateretur essę aliud quicq̃. Videre enim nullo modo poterant: quare aut a quo: & quẽadmodum religio uera opprimeretur. quod ẽ diuini sacramẽti & cęlestis arcani. Id uero nisi doceatur aliquis scire nullo pãcto põt. Summa rei hęc est. Imperiti & sapientes falsas religiones ꝓ ueris habent. quia neq; uerã sciunt: neq; falsam intelligunt Prudentiores uero: quia ueram nesciunt: aut in his q̃s falsas esse intelligunt: perseuerant: ut aliquid tenere uideanť aut omnino nihil colunt: ne incidãt in errorem: cũ idipsũ

maximi sit erroris: uitam pecudum sub figura hominis imitari. falsum uero ītelligere: ē quidē sapientię: sed humanę. ultra hūc gradū ꝓcedi ab hoīe nō poterit. Itaqꝫ multi philosophorū religiones ut docui sustulerūt. uerū aūt scire diuinę ē sapiētię. Nemo aūt ꝑ se ipm ꝑuenit ad hāc sapiētiā potest. nisi doceať a deo. Philosophi quod summū fuit humanę sapientię assecuti sunt: ut intelligerēt: quid nō sit: illud assequi nequiuerunt: ut dicerent: quid sit Nota Ciceronis uox est: utinā tā facile uera inuenire possem: quā falsa cōuincere. Quod quia uires humanę conditionis excedit: eius officii facultas nobis ē attributa: quibus tradidit deus scientiā ueritatis. cui explicādę quattuor posteriores libri seruient. Nūc iterim falsa ut cępimus detegamus.

Ca. iiii. Quod nil maiestatis & reuerentię habeāt idola.

QVid igitur maiestatis possunt haberē simulacra: quę fuerūt ī homunculi potestate: uel ut aliud fierēt: uel ut oīno nō fierent: iccirco apud Horatiū Priapus ita loqť.

Olim truncus erā ficulnus inutile lignū:
Cū faber incertus scamnū faceret ne Priapū.
Maluit esse deū: deus inde ego furū: auiūqꝫ
Maxima formido. Quis nō sit tanto hoc custode securus?

Fures enim tā stulti sunt: ut Priapi tētiginē timeant: cum aues ipsę quas terrore falcis aut īguinis abigi existimāt simulacris fabrefactis id est hominū plane similibus insideant: nidificent: inquinēt. Sed Flaccus ut Satyrici carminis scriptor derisit hominū uanitatē. Verū hi qui faciunt: seriam se facere rē opinanť. Deniqꝫ Poeta maximus: homo in cęteris prudens: in hoc solo non poetice: sed aniliter desipiuit cū in illis emendatissimis libris etiā fieri hoc iubet.

Et custos furū atqꝫ auiū cū falce saligna:
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.

Adorant ergo mortalia aut a mortalibus facta: frangi eni cremari possunt ac perire: nā & tectis uetustate labentibus sępe cōminui solent. & consūpta incendio dilabunť in cinerē: & plerūqꝫ nisi sua illis magnitudo subuenerit: aut custodia diligens sepserit:

in prędam furibus cedunt. Quę igitur insania est: ea timere ꝓ quibus aut ruinę aut ignes aut furta timeant? Quę uanitas aliquã ab iis spectare tutelam: quę tueri semetipsa non possunt? Quę peruersitas ad eorũ presidia decurrere: quę ipsa cũ uiolant: inulta sunt: nisi a colentibus uindicent? Vbi ergo ueritas est: ubi nulla uis adhiberi põt religioni: ubi nihil quod uiolari possit: apparet: ubi sacrilegiũ fieri nõ potest? Quicquid autẽ oculis manibusq́ subiectũ ẽ: id uero quia fragile ẽ: ab omni ratione imortalitatis ẽ alienũ. Frustra igitur homines auro: ebore: gemmis deos excolũt & exornant: quasi uero ex his rebus ullã possint capere uoluptatẽ. Quis usus est preciosorum munerũ nihil sentiẽtibus An ille qui mortuus? Pari eni ratione defunctorũ corpora odoribus ac preciosis uestibus illita & conuoluta humi condiunt: qua deos honorant qui neq cũ fierent sentiebant neq cum colunt sciunt Nec eni sẽsũ cõsecatione sũpserunt. Non placebãt Persio: ꝙ aurea uasa tẽplis inferantur super uacuũ putanti esse inter religiones ꝙ nõ sanctitatis sed auaricię sit instrumentũ. Illa eni satius ẽ deo quẽ recte colas inferre pro munere.
Cõpositũ ius fasq animi sanctosq recessus.
Mentis: & icoctũ generoso pectus honesto. Egregie sapienterq sensit. Verũ illud ridiculũ subdidit. Hoc esse aurũ in tẽplis: ꝙ sint ueneri donatę a uirgine puppę quas ille omittere fortasse contẽpsit. Non uidebat enim simulacra ipsa & effigies deorũ Polycleti & Euphranoris & Phidię manu ex auro atq ebore perfectas: nihil aliud esse q̃ grandes puppas. non a uirginibus quarũ lusibus uenia dari potest sed a barbaris hominibus cõsecratas. Merito igit̃ etiam senum stultitiã Seneca deridet. Nõ inquit bis pueri sumus ut uulgo dicit̃: sed semp. uerũ hoc interest: ꝙ maiora nos ludimus Ergo his ludicris & ornatis & grandibus puppis: & unguenta & thura & odores inferunt. his opimas & pingues hostias imolant: quibus ẽ quidẽ os: sed carent officio dentiũ. His peplos & indumenta preciosa: qbus usus uelaminis nullus est: His aurũ & argentũ cõsecrant: quę tã non habent: qui accipiũt: q̃ qui illa donarũt. Nec imerito

Dionysius Siciliȩ Tyrannus: post uictoriã Grȩcia potitus
deos tales contẽpsit: spoliauit: illusit. Siquidẽ sacrilegia sua
iocularibus etiã dictis prosequebatur. Nã cũ Ioui Olym-
pio aureũ amictũ detraxisset: laneum iussit ĩponi dicens:
estate esse grauẽ aureũ: hyeme frigidũ. laneũ uero utriq; tẽ
pori aptũ. Idem aureã barbã detrahens: & Aesculapio ĩ cõ-
gruens: & iniquũ esse ait. Cũ Apollo pater eius inberbis es-
set adhuc ac lenis priorẽ filiũ q̃ patrẽ barbatũ uideri. Itẽ
pateras & exuuias: & parua quȩdã sigilla quȩ simulacrorũ
portentis manibus tenebant̃ detrahebat. & accipere se illa
non auferre dicebat. Per q̃ enim stultũ esse & ingratũ: nol
le accipere ab iis ultro porrigentibus: a quibus bona sibi
homines precarent̃. nec enim fecit impune: quia Rex & uic
tor fuit. Quin etiã secuta est eũ solita felicitas. Vixit enim
usq; ad senectutẽ. regnumq; per manus filio tradidit. In eo
igitur quia homines sacrilegia uindicare nõ poterãt: opor
tuit deos ipsos sui uindices esse. At si humilis qd tale cõ
miserit: huic presto sunt flagella: ignes: aculei: cruces. & q̃c
quid excogitare iratis & furentibus licet. Sed cũ puniunt
deprehensos in sacrilegio: ipsi de deorum suorũ potestate
diffidunt. Cur enĩ illis potissimũ non relinquant ulciscen
di sui locũ: si eos posse aliquid arbitrant̃: Quin etiã putãt
illorũ numine accidisse: ut predones rerũ sacrarũ cõpre
hensi tenerentur. & sȩuiunt non tã ira q̃ metu: ne si deorũ ĩ
iuriã non uindicauerint: ipsos expectant pȩnȩ: incredibili
scilicet uanitate. qui nocituros sibi deos putant ob aliena
scelera. qui ipsis a quibus uiolati spoliatiq; sunt: per seip
sos nihil nocere potuerunt. At enĩ sȩpe ipsi quoq; in sacri
legos uindicauerũt. põt id uel casu accidisse: uel aliquan
do non semp. sed tamẽ paulopost: quãdo id acciderit: ostẽ
dam. Sed quȩro cur illi tot & tanta sacrilegia ĩ Dionysio ñ
uindicauerint. qui non furtim sed palã deos ludibrio ha-
buit. Cur hunc tã potentem sacrilegũ a templis: a cȩremo
niis: ab imaginibus suis non arcuerunt: Cur etiã sacris re
bus ablatis prospere nauigauit: quod ioco ipso testatus
est: ut solebat. Videtis ne inquit comitibus suis naufragi
um timentibus: quã prospera sacrilegis nauigatio ab ipsis

immortalibus tribuatur!Sed hic fortasse a Platone didicerat deos nihil esse.Quid C.Verres quē Tulius accusator eius eidē Dionysio & Phalaridi:& tyrannis omnibus comparat:nonne omnē Siciliā cōpilauit sublatis deorū simulacris ornamentisq̄ phanorū:Ociosum ē psequi singula.unū libet cōmemorare in quo accusator omnibus eloquētię uiribus:omni denicq̄ conatu uocis & corporis deplorauit. De Cererē uel Catinēsi uel Aetnēsi:quarū alterius tanta fuit religio:ut adire tēpli eius secreta penetralia uiris nefas esse.Alterius antiquitas tanta:ut oēs historię loquanť ipsam deā fruges in Aetnę solo primū repperisse:filiāq̄ eius uirginē ex eodem loco raptā.Denicq̄ Gracchanis temporibus turbata Republica & seditionibus & ostentis cū repertū esset in carminibus Sibyllinis:antiquissimā Cererem debere placari:legati sunt Aetnā missi.Hęc igiť Ceres uel religiosissima:quam uidere maribus ne adorandi quidē gratia licebat:uel antiquissima:quā scilicet .S.P.Q.R. sacrificiis donisq̄ placauerat.ex arcanis & uetustis penetralibus.a.C. Verre imissis latronibus seruis īpune sublata ē.idem uero cū affirmaret se a Siculis ut causā prouicię suscipere t:oratum:his uerbis usus est:sese iam ne deos quidē in suis urbibus ad quos confugerēt:habere:q̄ eorū simulacra sanctissima C.Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.q̄si uero si Verres ex urbibus delubrisq̄ sustulerat:de cęlo q̄ q̄ sustulerat Vnde apparet istos deos nihil habere āplius q̄ materiā de qua sunt fabricati.nec īmerito Ad te.M.Tulli.hoc est ad hominē Siculi cōfugerūt:quoniā triennio sūt experti deos illos nihil ualere. Esset enī stultissimi: si ad eos ob defendendas iniurias hominū cōfugissent:qui.C. Verri nec ꝑ seipsis irati esse potuerūt. At enim Verres ob hęc facinora dānatus est.non ergo dii uindicauerūt.sed Ciceronis idustria q̄ uel defensores eius oppressit: uel gratię restitit.Quid q̄ apud ipsum Verrē nō fuit ulla damnatio:sed uacatio:ut queadmodū Dionysio deorū spolia gestanti dii īmortales bonā dederant nauigationē:sic etiā Verri bonā quietē tribuisse uideanť. ī qua sacrilegus suis tranqlle frui posset.Nā frementibus postea ciuilibus bellis sub obtētu

dominationis ab omni periculo & metu remotus: aliorũ graues casus & mirabiles exitus audiebat. & qui cecidisse solus omnibus stantibus uidebatᷣ: is uero uniuersis cadentibus solus stetit: donec illũ & opibus sacrilegio partis & uita satiatum: ac senectute confectũ: proscripto triũuiralis auferret: eadẽ scilicet quę Tuliũ uiolatę deorũ maiestatis ultorẽ. Quin etiã fęlix in eo ipo fuit: ꝙ ante suã mortẽ crudelissimũ exitũ sui accusatoris audiuit. diis uidelicet ꝓuidentibus ut sacrilegus ac prędo ille religionũ suarũ nõ ante moreretᷣ: quã solatiũ de ultione cępisset.

C.v. Quod solus oĩum creator uerus deus ẽ: solusꝗ colẽdus. nec elemẽta nec corpora cęlestia aliqd diuinitatis habẽt i q̊ & Stoici desipiũt. q stellas deos putãt. quę non sua uolũtate mouẽtᷣ: sed dei. & q̃ rõe eas sic fieri uoluit.

Quanto igitur rectius est omissis insensibilibus & uanis oculos eo tendere: ubi sedes: ubi habitatio est dei ueri qui terrã stabili firmitate suspẽdit: qui cęlũ distinxit astris fulgentibus. qui solẽ rebus humanis clarissimũ ac singulare lumẽ in argumentũ suę ac unicę maiestatis accendit: Terris autẽ maria circũfudit. flumina sempiterno lapsu fluere pręcepit.

Iussit & extendi cãpos: subsidere ualles:
Fronde tegit siluas: lapidosos surgere montes. Quę utiq; cũcta non Iuppiter fecit: q ante annos mille septingentos natus ẽ. sed Ille opifex: rerũ mundi melioris origo:
Qui uocatᷣ deus. cuius ꝑincipiũ quoniã nõ põt cõprehẽdi. ne quęri debet quidẽ. Satis est homini ad plenã ꝑfectãq; prudentiam: si deum esse itelligat. cuius itelligentię uis & sũma hęc est: ut suscipiat & honorificet cõmunẽ parente generis humani. & rerũ mirabiliũ fabricatorẽ. ũde qdã hebetis obtusiq; cordis: elementa quę & facta sunt & carẽt sensu tanq̃ deos adorãt. q cũ dei opera miranᷣtᷣ: cęlũ cũ luminibus uariis. terrã cũ cãpis & mõtibus. maria cũ fluminibus & stagnis & fontibus. earũ rerũ admiratõe obstupefacti: & ipsius artificis obliti: quẽ uidere nõ poterãt: eius opera uenerari

& colere cęperunt. nec unq̃ intelligere quiuerunt: quanto maior quãtoq; mirabilior sit: q illa fęcit ex nihilo. quę cũ uideant diuinis legibus obsequẽtia. cõmodis atq; usibus hominũ ppetua necessitate famulari. tñ illa deos existimãt esse. ingrati aduersus beneficia diuina. qui deo & patri indulgentissimo: sua sibi opera prętulerũt. Sed quid mirum si aut barbari: aut īperiti homines errãt: cũ & Philosophi Stoicę disciplinę in eadẽ sunt opinione: ut oĩa cęlestia quę mouenĩ in deorũ numero habenda esse cẽseant? Siqdẽ Lucillius Stoicus apud Ciceronẽ sic loquiĩ. Hãc igiĩ in stellis constantiã: hãc tantã in tã uariis cursibus in omni ęternitate conuenientiã tẽporũ: non possũ intelligere sine mẽte ratione consilio quę cũ in sideribus esse uideamus: nõ possumus ea ipsa in deorũ numero ponere. Itẽ paulo supius: Restat inquit ut motus astrorũ sit uolũtarius: quę q uideat nõ indocte solũ uerũ etiã ĩpie faciat si deos esse neget. Nos uero & quidẽ constãter negamus. ac uos Philosophi nõ solũ indoctos: & ĩpios: uerũ cęcos: & ineptos: delirosq; pbamus. q ignorãtiã ĩperitorũ uanitate uicistis. Illi eñi solẽ & lunã: uos etiã sidera deos putatis. Tradite igiĩ nobis stellarũ mysteria. ut aras & tẽpla singulis erigamus. ut sciamus quo quãq; ritu: quo die colamus: quibus nominibus: quibus precibus aduocemus. nisi forte nullo discrimine tam ĩnumerabiles: tã minutos deos aceruatĩ colere debemus? Quid quod argumẽtũ illud quo colligunt uniuersa cęlestia deos esse in contrariũ ualet? Nã si deos esse iccirco opinanĩ: qa certos & ratõnabiles cursus habent: errãt. Ex hoc eñi apparet deos ñ esse. q; exorbitare illis a prestitutis itineribus non licet. Cęterũ: si dii essent: huc atq; illuc passim sine ulla necessitate ferrenĩ. sicut animantes ĩ terra. quarũ qa liberę sunt uolũtates: huc atq; illuc uaganĩ ut libet: & quo quãq; mens duxerit: eo ferĩ. Nõ ẽ igiĩ astrorũ motus uolũtarius sed necessarius. quia pręstitutis legibus officiisq; seruiũt. sed cũ disputaret de cursibus siderũ: quos ex ipsa rerũ ac tẽporũ cõgruentia intellgebat nõ esse futuros: existimauit uoluntarios esse: tanq̃ nõ possent tã disposite: tã ordinate moueri: nisi sensus illis inesset officii sui sciens.

O quã difficilis eſt ignorantibus ueritas.& ꝗ facilis ſcienti
bus.Si motus inquit aſtrorũ fortuiti nõ ſunt: nihil aliud
reſtat:niſi ut uoluntarii ſint.Immo uero nõ eſſe fortuitos
manifeſtũ eſt:ita nec uoluntarios. Quomodo igiť in cõfi
ciendis itineribus conſtantiã ſuã ſeruãt:Nimirũ deus uni
uerſi artifex ſic illa diſpoſuit:ſic illa machinatus ẽ:ut per
ſpatia cęli diuina & admirabili ratione decurrerent:ad effi
ciendas ſuccedẽtiũ ſibi tẽporũ uarietates An Archimedes
Siculus concauo ęre ſimilitudinẽ mundi ac figurã potuit
machinari.in quo ita ſolem ac lunã cõpoſuit:ut inęquales
motus & cęleſtibus ſimiles conuerſionibus ſingulis qua
ſi diebus efficerẽt:& ñ modo deceſſus ſolis & receſſus:uel
incrementa diminutioneſꝗ lunę:uerũ etiã ſtellarũ:uel iner
rantiũ uel uagarũ:diſpares curſus orbis ille dũ uertiť:ex
hiberet:Deus ergo illa uera nõ potuit machinari & efficer
quę potuit ſolertia hominis imitatione ſimulare: Vtrũ ne
igiť Stoicus ſi aſtrorũ figuras in illo ęre pictas effictaſꝗ
uidiſſet:ſuo illa conſilio moueri diceret:ac non potius ar
tificis·ingenio.Ineſt ergo ſideribus ratio:ad pagendos me
atus ſuos apta:ſed dei ẽ illa ratio:qui fęcit:& regit oĩa. Nõ
ipſorũ ſiderũ quę mouenť.nam ſi ſolẽ ſtare uoluiſſet ppetu
us dies utiꝗ eẽt Itẽ ſi motus aſtra nõ haberẽt: qs dubitat
ſempiternã noctẽ fuiſſe futurã: Sed ut dei ac noctis uices
eſſent:moueri ea uoluit:& tã uarie moueri:ut nõ modo lu
cis ac tenebrarũ mutuę uiciſſitudines fierent:quibus labo
ris & quietis alterna ſpacia conſtarent: ſed etiã frigoris &
caloris & diuerſorũ tẽporũ uis ac poteſtas:uel generandis
uel maturandis fructibus cõueniret.Quã ſollertiã diuinę
poteſtatis ĩ machinãdis itineribus aſtrorũ:qa Philoſophi
nõ uidebãt:aĩalia eſſe ſidera putauerũt.tanꝗ pedibuſ & ſpõ
te nõ diuina rõe pcederẽt.Cur aũt excogirauerit illa deus:
qs nõ intelligit:Scilicet ne ſolis lumine decedẽte:nimiũ ce
ca nox tetris atꝗ horrentibus tenebris ingraueſceret:noce
retꝗ uiuentibus.Itaꝗ & cęlũ ſimul mira uarietate diſtinx
it.& tenebras ipſas multis minutiſꝗ luminibus tẽperauit.
Quanto igiť Naſo ſapientius: ꝗ illi qui ſapiẽtię ſtudere ſe
putãt:q ſentit a deo lumina illa ut horrorem tenebrarum

depellerent: instituta: Is eum librum quo phęnomena breuiter cōprehendit: his tribus uersibus terminauit.
Tot numero taliq; deus simulacra figura.
Imposuit cęlo: perq; atras sparsa tenebras.
Clara pruinosę iussit dare lumina nocti. Quod si fieri non pōt: ut stellę dii sint: ergo nec sol quidē ac luna dii esse possunt. quoniā luminibus astrorum nō ratiōe differunt: sed magnitudine. Quod si hii dii non sunt: ergo nec cęlū qdē in quo illa omnia continentur.

Ca. vi. Quod nec terra nec aq̄ nec pars aliqua mundi. nec totus ipse deus ē animatus sicut Stoici mentiunt̄: q; quod astruūt pariter & euertūt.

Simili modo si terra quā calcamus: quā fubigimus: & colimus ad uictū: deus nō est: ne campi qdē ac montes dii erunt. Sed hi non sunt. ergo ne tellus quidē uniuersa deus uideri pōt. Item si aqua quę seruit animātibus ad usum bibendi aut lauandi: deus nō ē: ne fontes quidē: ex quibus aqua pflu.t. Si fontes non sunt: ne flumina qdem quę de fontibus colligunt̄. Si flumina quoq; dii nō sūt: ergo & mare. quod ex fluminibus constat: deus haberi non pōt. Quod si neq; cęlū neq; terra neq; mare quę mundi partes sunt: dii esse non possunt: ergo ne mundus quidē totus deus ē. quē idē ipsi Stoici & animantē & sapientē esse cōtēdunt. Et propterea deū in quo tā inconstātes fuerūt: ut nihil dictū sit ab iis: quod nō ab iisdē fuerit euersū. Sic enī argumētant̄: fieri nō posse ut sensu careat: quod sensibilia ex se generat. Mundus autē generat hominē: qui ē sensu p̄ditus. ergo & ipsum sensibilē esse. Itē sine sensu esse nō posse cuius pars habeat sensum. Igit̄ quia homo sensibilis est etiā mūdo cuius pars homo ē: inesse sensū. Propositiōnes q dē uerę sunt: & sensibile esse quod sensu prędītū generat: & habere sensū: cuius pars sensu aucta sit. sed assumptiones falsę: quibus argumēta cōcludūt. quia neq; mūdus generat hominē: neq; mūdi homo pars ē. nā hominē a pncipio idē deus fecit. qui & mundū. & non ē mundi pars homo: sicut

corporis membrum. Poteſt enim mundus eſſe ſine homine: ſicut urbs & domus. Atqui ut domus unius hominis habitaculũ ẽ. & urbs unius populi. ſic & mũdus domicilium totius generis humani. Et aliud ẽ quod incolit̃: aliud quod incolit. Sed illi dũ ſtudẽt: id quod falſo ſuſceperant cõfirmare: & ſenſibilẽ eſſe mundũ: & deũ: argumentorũ ſuorũ conſequentiã non uiderunt. Nã ſi mundi pars ẽ homo & ſenſibilis eſt mundus: quia homo ſentit: Ergo quia mortalis ẽ homo: mortalis ſit & mundus neceſſe ẽ. nec tñ mortalis: ſed etiã omnibus morbis & paſſionibus ſubiectus. & e contrario: ſi deus ẽ mundus: & partes eiuſ utiq̃ ĩmortaleſ ſunt. ergo & homo deus ẽ: quia pars ẽ ut dicitis: mundi. Si homo: ergo iumenta & pecudes: & cętera genera beſtiarũ & auiũ & piſciũ. quoniã illa eodẽ modo ſentiũt: & mũdi partes ſunt. At hoc tollerabile ẽ. Nã & hęc colũt Aegyptii ſed res eo puenit: ut & ranę & culices & formicę dii eſſe uideant̃. quia & ipſis ineſt ſenſus: & ex parte mundi ſunt. ita ſemp argumẽta ex falſo petita: ineptos & abſurdos exitus habent. Quid q̃ iidẽ ipſi aiunt: deorũ & hominũ cauſa mũdũ eſſe cõſtructũ quaſi cõmunem domũ! Ergo nec mundus deus ẽ nec animans: ſi conſtructus ẽ. animans enĩ non cõſtruitur: ſed naſcitur. Et ſi ẽ ędificatus: & ſic utiq̃ tanq̃ domus tanq̃ nauis: Eſt ergo aliquis artifex mũdi deus. & ſeorſũ erit mũdus qui factus ẽ: ſeorſum ille qui fęcit. Iam illud quidẽ repugnans & abſurdũ: q̃ cũ cęleſteſ ignes cęteraq̃ mũdi elementa deos eſſe affirmãt. Itẽ ipſũ deũ mundum dicunt. Quomodo põt ex deorũ multorum aceruo unus deus confici: ſi aſtra dii ſunt. mudus ergo non deus ſed domiciliũ deorũ ẽ. Si uero mundus deus eſt: ergo omnia illa quę ſunt in eo dii nõ ſunt: ſed dei mẽbra: quę utiq̃ ſolius dei nomẽ accipere non poſſunt. Nec enĩ recte quis dixerit mẽbra hominis unius multos homines eſſe: ſed tñ non eſt ſimilis cõparatio animalis & mũdi. Animal enĩ q̃ ſenſu prędítũ ẽ: & mẽbra eius habẽt ſenſũ. nec niſi a corpor̃ diuulſa putreſcũt. Cuius igit̃ rei ſimilitudinẽ gerit mundus! Nimirũ ipſi docent. cũ factũ eſſe nõ diffitent̃: ut eſſet

diis & hoīibus quaſi cōmunis domus. Si ergo ē cōſt ruc tus ut domus: nec ipſe deus ē: nec elementa quę ſūt partes eius: qa neq; domus habere dominiū ſui pōt: neq; illa de q bus domus conſtat. Nō tantū igiẽ ueritate: ſed etiā uerbis ſuis reuincunẽ. Sicut eni domus in uſu habitantis facta p ſe nihil ſētit: dominoq; ſubiecta ē: qui eā fęcit. aut īcolit: ita mundus per ſe nihil ſentienſ: factori deo ſubiacet: qui eū in uſū ſui fęcit.

C. vii. Quod dupliciter peccāt īſipiētes. & q̄ auaricia ſub obtētu religionis colitẽ p̄ualente ratione traditōe maiorū & qui fuerint maiores quorū authoritas preiudicat ueritati.

DVplici ergo ratione peccatur ab inſipientibus. Primū q̄ elementa id ē dei opera deo preferūt. Deinde q̄ elementorū ipſorū figuras humana ſpecie cōprehenſas colunt. Nā ſolis luneq; ſimulacra humanū in modū formāt Itē ignis & terrę & maris quę illi Vulcanū Veſtā Neptunū uocant. nec elementis ipſis in aperto litant. Tanta homines imaginū cupiditas tenet: ut iā uiliora dicantur illa quę uera ſunt. auro ſcilicet gēmis & ebore delectanẽ. Horū pulchritudo ac nitor perſtringit oculos. nec ullā religionē putant. ubicunq; illa non fulſerint. Itaq; ſub obtentu de orū auaricia & cupiditas colitẽ. Credūt enī deos amare qcquid ipi cōcupiſcūt. qcqd ē propter quod furta: & latrocinia: & homicidia quotidie ſeuiūt. propter quod bella p totū orbē populos urbeſq; ſubuertūt. Conſecrant ergo diis manubias & rapinas ſuas. quos certe neceſſe ē ībecilles eſſe ac ſūmę uirtutis exptes: ſi ſubiecti ſunt cupiditatibus. cur enī cęleſtes eos putemus: ſi deſiderāt aliqd de terra? Vel beatos: ſi aliq̄ re indigēt? Vel incorruptos: ſi uoluptati habēt ea: i qbus appetēdis cupiditas hominū nō īmerito dānatẽ? Veniūt igiẽ ad deos: ñ tā religiōiſ gratia: quę nulla pōt eē i rebus male partis & corruptibilibus: q̄ ut aurū oculiſ hauriāt: nitorem leuigati marmoris aut eboris aſpiciāt: ut inſignes lapillis & coloribus ueſtes: uel diſtincta gemmis

lex frue

fulgentibus pocula insaciabili contemplatione cōtrectēt Et quanto fuerint ornatiora tēpla & pulchriora simulacra: tanto plus maiestatis habere credant. adeo religio eorū nihil aliud ē: q̄ q̄ cupiditas humana mirat̄. Hę sunt religiones quas sibi a maioribus suis traditas pertinacissime tueri ac defendere pseuerāt: nec considerāt: quales sint: s̄ed ex hoc ꝓbatas atq̄ ueras esse confidūt: q̄ eas ueteres tradiderunt. tantaq̄ est authoritas uetustatis: ut inquirere ī eam scelus esse dicatur. Itaq̄ credit̄ ei passim tanq̄ cognite ueritati Denique apud Ciceronē sic dicit Cotta Lucillo Habes Balbe. quid Cotta: quid pontifex sentiat fac nunc ego itelligā: quid tu sentias. a te enī philosophę rationē religionis accipere debeo. Maioribus aūt nostris etiā nulla ratōe reddita ratōnis est credere. Si credis cur ergo rationē requiris quę potest efficere ne credas? Si rationē requiris & quęrendam putas: ergo non credis. Ideo enī quęris ut eā sequaris cū inueneris docet te ecce ratio: non esse ueras religiones deorū quid facies? Maiores ne potius an rationē sequeris? Que quidē tibi nō ab alio insinuata: s̄ed a te ipso inuenta & electa est: cū oēs religiones radicitus eruisti. Si rationē mauis: discedere te necesse est ab institutis & authoritate maiorū. quoniā id solū rectū est: quod ratio pręscribit. Si aūt pietas maiores sequi suadet: fatere igit̄ & stultos illos fuisse: qui excogitatis contra rationē religionibus seruiunt. & te ineptū qui id colas: quod falsum esse conuinceris. Sed tñ quoniā nobis tantopere maiorū nomē opponit̄: uideamus tñ qui fuerint maiores illi: a quorū authoritate discedi nefas ducit̄. Romulus urbem conditurus: pastores iter quos adoleuerat: cōuocauit. cūq̄ his numerus condendę urbi parū idoneus uideret̄: constituit asilum. Eo passim confugerūt. ex finitimis locis pessimi qui: q̄ sine ullo cōditōnis discrimine. Ita cōstauit ex his cmnibus populū. lęgitq̄ in senatū eos: qui ętate anteibāt. & patres appellauit: quorū cōsilio gereret oīa. de quo Senatu Propertius elegiarū scriptor hęc loquitur.

Buccina cogebat priscos ad uerba quirites.
Centū illi in prato sępe Senatus erat.

Ca[illegible] 84

Curia prętexto nunc quę nitet alta senatu
Pellitos habuit rustica corda patres.

Hi sunt patres quorũ decretis eruditi ac prudẽtes uiri deuotissime seruiũt. idq; uerũ ac im̃utabile omnis posteritas iudicet: quod centũ pelliti senes statũ esse uoluerũt. quos tñ ut in primo libro dictũ est. Põpilius illexit: ut esse crederent sacra: quę ipse tradebat. Est uero q̃ illorũ authoritas tanti habeatur a posteris: quos nemo cũ uiuerent: neq; sũmus neq; ifimus affinitate dignos iudicauit.

C. viii. Quod ratione potius initẽdũ est: & quę miracula scripta sunt ad cõfirmationẽ erroris multorũ.

Quare oprteret in ea re maxime in qua uitę ratio uersatur: sibi quẽq; confidere. suoq; iudicio ac propriis sẽsibus niti ad inuestigãdã & ꝑspiciendã ueritatẽ quã credẽtẽ alienis erroribus decipi tanq̃ ipsum rõnis expertẽ. dedit oĩbus deus pro uirili portione sapientiã: ut & inaudita inuestigare possent: & audita ppendere. nec quia nos illi tẽporibus antecesserunt: sapientia quoq; antecesserunt: quę si omnibus ęqualiter datĩ: occupari ab antecedentibus nõ põt. Illibabilis est tanq̃ lux & claritas solis: quia ut sol oculorũ: sic sapientia lumẽ est cordis humani. Quare cũ sapere id est ueritatẽ quęrere omnibus sit innatũ: sapientiam sibi adimũt: qui sine ullo iudicio inuẽta maiorũ ꝓbant: & ab aliis pecudũ more ducunt̃. sed hoc fallit: q̃ maiorũ nomine posito non putant fieri posse: ut aut ipsi plus sapiãt: qa minores uocant̃: aut illi desipuerint: quia maiores nominãtur. Quid ergo ĩpedit: quin ab ipsis sumamus exemplũ: ut quomõ illi quę falsa ĩuenerant: posteris tradiderũt: sic nos qui uerum inuenimus: posteris meliora tradamus. Super est ingens quęstio cuius disputatio nõ ab ingenio sed a scientia uenit quę pluribus explicanda erit: ne quid dubiũ omnino relinquat̃. Nam fortasse aliqs ad illa cõfugiat: quę a multis & ñ dubiis tradũt authoribus: eos ipsos q̃s docuimus deos nõ esse. maiestatẽ suã pſępe ostendisse & ꝓdigiis & somniis & auguriis & oraculis. & sane multa enumerari possunt digna miracula. In primis illud quod actius

ter fecidus

Nauius summus augur cū Tarqnium Priscum commoneret. ut nihil noui facere inciperet:nisi prius esset inauguratus:eiq; Rex artis eius eleuans fidē diceret:ut cōsuleris auibus renuntiaret sibi utrū ne fieri posset id quod ipse aimo concępisset:affirmaretq; Nauius posse:cape igitur hanc inquit cotē eamq; nouacula deslice.at ille incunctanter accepit ac secuit. Deinde quod Castor & Pollux bello latino apud lacū Iuturnę uisi sunt equorū sudorē abluentes cū ędes eorū quę iuncta fonti erat:sua sponte patuisset Idē bello Macedonico equis albis insidentes. P. Vatieno Romā nocte uenienti se obtulisse dicunt̃ nunciātes eo die Regē Persen uictū atq; captū:quod paucis post diebus litterę Pauli uerū fuisse docuerūt. Illud etiā mirabile q; simulacrū fortunę mulieribus non semel locutū esse traditur. Itē Iunonis Monetę cū captis Veiis ex militibus ad eam transferendā unus iocabundus ac ludens īterrogaret utrū ne Romā migrare uellet:respondit uelle. Claudia quoq; ponitur ī exēplo miraculi. Nā cū ex libris Sibyllinis Idea mater esset accita:& in uado Tyberini fluminis nauis ī q̄ uehebat̃ hęsisset:nec ulla ui cōmoueret̃. Claudiā ferūt quę semp īpudica esset habita:ob nimios corporis cultus deā submissis genibus orasse ut si se castā iudicaret:suū singulū sequeret̃. Ita nauim quę ab omni iuuentute non ualuit cōmoueri:ab una muliere esse cōmotā. Illud ęque mirū q; Lue sęuiente Aesculapius Epidauro accitus Vrbē Romā diuturna pestilētia liberasse phibet̃. Sacrilegi quoq; numerari possunt quorū pręsentibus pęnis iniuriā suā dii uindicasse credunt̃. Appius Claudius Cēsor cū aduersus responsū ad seruos publicos sacra Herculis trāstulisset: luminibus orbatus ē. & Potitiorū gens quę pdidit:itra unius āni tempus extincta ē. Itē cēsor fuluius cū ex Iunonis lacinię teplo marmoreas regulas sustulisset:quibus ędē Fortunę equestris q̄ Romę fęcerat tegeret:mēte captus ē. & amissis duobus filiis ī Illyrico militātibus sūmo aimi męrore cōsūptus ē Prefectus etiā. M Antonii Turullius cū apud Coos euerso ęsculapii luco classē fęcisset:eodē postea loco a militibus Cęsaris ē īterfectus. his exēplis adiūgit̃ pyrrhus:qui

ſublata ex theſauro ꝓſerpinę Locrẽſis pecunia naufragiũ fecit ac uicinis deę littoribus illiſus eſt: ut nihil prēter eã pecuniã incolume reperiret. Ceres quoq; Mileſia multũ ſibi apud homines uenerationis adiecit. Nã cũ ab Allexandro capta ciuitas eſſet: ac milites ad eã ſpoliandã irrupiſſet omniũ oculos repente obiectus fulgor ignis extinxit. Reperiunt̃ etiã ſomnia quę uim deorũ uideant̃ oſtendere. Tyberio nanq; Attinio homini plebeo p̃r quietẽ obuerſatus eẽ Iuppiter dicit̃. & precepiſſe ut Cõſulibus & Senatui nũtiaret ludis Cyrcenſibus proximis pręſultorẽ ſibi diſplicuiſſe: q̃ Antonius Maximus quidã uerberatũ ſeruum ſub furca medio circo ad ſuppliciũ duxerat. ideoq; ludos inſtaurari oportere. Quod cũ ille neglexiſſet: eodẽ die filiũ perdidiſſe. ipſe autẽ graui morbo eſt correptus. Et cũ tũc ſus eandẽ imaginẽ cerneret: quę rentẽ ſatis ne penarũ pro neglecto iperio pępediſſet: lectica delatus ad Cõſules: & oĩre in Senatu expoſita recępiſſe corporis firmitatẽ. ſuiſq; pedibus domũ rediiſſe. Illud quoq; ſomniũ non minoris fuit admirationis: quo Cęſar Auguſtus dicit̃ eſſe ſeruatus. Nã cum bello ciuili Brutiano iplicitus graui morbo abſtinere prelio ſtatuiſſet: medico eius Artorio Mineruę ſpecies obuerſata eſt: monens ne ꝓpter corporis ibecillitatẽ caſtris ſe contineret Cęſar. Itaq; in aciẽ lectica perlatus eſt. Eodemq; die a Bruto caſtra capta ſunt. Multa pręterea exempla ſimilia poſſunt ꝓferri: ſed uereor ne ſi fuero in ꝓpoſitõe rerũ contrariarũ diutius imoratus: aut oblitus eſſe ꝓpoſiti uidear: aut crimẽ loquacitatis incurrã.

Ca. ix. Quod p iuidiã diaboli itrauit mors. & pullulãrũt radices errorũ. Et q̃ deus ipſe natura ẽ qui materi.m primordialem & omnia fecit ex nihilo.

Exponã igitur omnium iſtorum rationem quo faciliuſ res difficiles & obſcuř itelligãt: & has oẽs ſimulatas numinis pſtigias reuelabo: qbus iducti homines a ueritatis uia lõgius receſſerũt. ſed repetã lõge altius: ut ſiqs ad legẽ dũ exps ueri & ignarus acceſſerit: Inſtituat̃ atq; intelligat:

quod tandem sit caput horum & causa malorum. & lumine accepto suos ac totius generis humani perspiciat errores. Sicut mater sine exemplo genuit: sic ineffabiliter pater genuisse credendus est coęternũ. De matre natus est: q ante iam fuit. de patre: qui aliquando non defuit hoc fides credat. intelligentia nõ requirat: Ne aut non inuentũ putet incredibile: aut repertũ non credat singulare. Cũ esset deus ad excogitandũ prudentissimus: ad faciendũ sollertissimus: anteq̃ ordiret̃ hoc opus mundi: quoniã pleni & consummati boni fons in ipso erat: sicut est semper: ut ab eo bono tanq̃ riuus oriret̃: lõgeq; proflueret: produxit similẽ sui spiritũ: qui esset uirtutibus dei patris pręditus. Quomodo autẽ id uoluerit: ĩ quarto docere conabimur libro Deinde fęcit alterũ: in quo indoles diuinę stirpis nõ pmã sit. Itaq; suapte inuidia tanq̃ ueneno infęctus est: & ex bono ad malũ transcendit: suoq; arbitrio quod a deo illi libe rũ datũ fuerat: contrariũ sibi nomẽ adsciuit. Vnde appa ret cunctorũ malorũ fontẽ esse liuorẽ. Inuidet enĩ illi antecessori suo: qui deo patri pseuerando tũ pbatus tũ etiam carus est. Hunc ergo ex bono p se malũ effęctũ Gręci διαβολον appellant. nos criminatorẽ uocamus: q crimina ĩ quę ipse illisit: ad deũ deferat: Exorsus igit̃ deus fabricã mundi illũ pmũ & maximũ filiũ pręfęcit operi uniuerso: eoq; simul & consiliatore usus est: & artifice: in excogitandis ornandis faciendisq; rebus. quoniã is & prudentia & ratione & potestate pfectus est. de quo nunc partius: quod alio loco & uirtus & nomẽ eius & ratio enarranda nobis erit. Nemo quęrat ex qbus ista materiis tã magna tã mirifica opera deus fęcerit. Omnia enĩ fęcit ex nihilo. Nec audiẽdi sunt Poetę: qui aiunt. Chaos in principio fuisse: id est cõfusionẽ rerũ atq; elementorũ. Postea uero dirimisse omnẽ illã congeriẽ: singulisq; rebus ex confuso aceruo separatis in ordinẽq; descriptis instruxisse mundũ pariter & ornasse. qbus facile est respondere: potestatem dei non intelligentibus quem credunt nihil efficere posse nisi ex materia subiacente ac preparata. in quo errore etiã Philosophi fuerũt. Nam Cicero de natura deorum disputãs ait sic. Primum igitur

non est ꝓbabile eam materiam rerum unde orta sunt oia: esse diuina prouidentia effectam. Sed habere & habuisse ui & naturā suam. ut igitur faber cū quid ędificaturus est: ñ ipse facit materiā: sed ea utitur quę sit parata: fictorq́ itē cera. sic isti ꝓuidentię diuinę materiā pręsto esse oportuit non quā ipse faceret: sed quā haberet paratā. Quod si nō est a deo materia facta ne terra quidē & aqua & aer & ignis a deo factus est. O quāta sunt uitia in his decē uersibus. Primū q̄ is qui in aliis disputationibus & libris fere omnibus prouidētię fuerit assertor: & qui acerrimis argumētis īpugnauerit eos: qui ꝓuidentiā non esse dixerūt: idē nunc quasi ꝓditor aliquis aut transfuga prouidentiā conatus ē tollere. in quo si cōtradicere uelis: nec cogitatione opus ē: nec labore: sua illi dicta recitanda sunt. Nec eni ab ullo poterit Cicero q̄ a Cicerone uehementius refutari. Sed concedamus hoc more & instituto Academicorū: ut liceat hominibus ualde liberis dicere ac sentire quę uelint. sententias ipsius consideremus. Non est inquit ꝓbabile materiam rerū a deo factā. Quibus hoc argumentis doces? Nihil enī dixisti: quare hoc nō sit ꝓbabile. Itaq́ mihi e cōtrario uel maxime ꝓbabile uidet̄. nec tamē temer̄ uidet̄ cogitāti plus esse aliquid in deo: quē ꝓfecto ad ībecillitatē hominis redigis: cui nihil aliud q̄ opificiū cōcedis. Quo igitur ab homine diuina illa uis differt: si ut homo sic etiā deus ope indiget aliena? Indiget autē si nihil moliri pōt: nisi ab altero illi materia ministret̄. quod si fit: imperfecte utiq́ uirtutis est: & erit iā potentior iudicandus materię institutor. Quo igitur nomine appellabit̄: qui potentia deū uicit? Siquidē maius est propria facere: q̄ aliena disponere. Si autē fieri ñ pōt: ut sit potētius deo quicq́: quē necesse ē pfectę eē uirtutis: potestatis: rōnis. Idem igit̄ materię fictor ē: q & rerū ex materia cōstitut̄ū. neq́ n deo ñ faciēte & inuito eē aliqd: aut potuit aut debuit. Sed ꝓbabile ē iquit materiā rerū & habere & habuisse naturā suā & uī quā uī potuit habere nullo dante? quā naturā: nullo generāte? Si habuit uim: ab alio quo eam sumpsit. A quo autem sumere nisi a deo potuit? Si habuit naturam quę utiq́ a nascendo dicitur: nata est.

a quo autẽ nisi a deo potuit ꝑcreari? Natura enĩ qua dici
tis.oĩa esse oĩa: si consiliũ nõ habet efficere nihil põt Si au
tẽ generandi aut faciendi potens est: habet ergo consilium
& propterea deus sit necesse ẽ. Nec alio nomine appellari
põt ea uis. in qua est & ꝑudentia excogitandi & solertia
potestasq; faciendi. Melius igit̃ Seneca omniũ Stoicorum
acutissimus: q uidit nil aliud eẽ naturã q̃ deũ. Ergo iqt de
um nõ laudabimus. cui naturalis est uirtus. nec enĩ illã di
dicit ex ullo. immo laudabimus: quãuis enim naturalis il
la ei sit: sibi illã dedit: quoniã deus ipsa natura ẽ. Cũ igit̃ or
tũ rerũ tribuis naturę: ac detrahis deo: in eodẽ luto hęsitãs
uersaram soluis. A quo enĩ fieri negas: ab eodẽ plane fieri
mutato nomine confiteris: sequitur ieptissima cõparatio:
ut faber inquit cũ quid edificaturus est: non ipse facit ma
teriã: sed utitur ea: quę sit parata: fictorq; item cęra: Sic isti
ꝑudentię diuinę materia esse presto oportuit: nõ quã ipse
faceret: sed quã haberet paratã. immo uero nõ oportuit.
Erit enĩ deus minoris potestatis: si ex parato facit: quod ẽ
hominis. Faber enim sine ligno nihil ędificat: quia lignum
ipsum facere nõ põt. Nõ posse autẽ imbecillitatis ẽ huma
nę. deus uero facit sibi ipse materiã: quia potest. Posse enĩ
dei ẽ. nã si non põt: deus nõ est. Homo facit ex eo quod est:
quia per mortalitatẽ ĩbecillis ẽ: per imbecillitatẽ definitę
ac modicę potestatis. Deus autẽ facit ex eo quod nõ ẽ: qa
per ęternitatẽ fortis ẽ: per fortitudinem potestatis ĩmensę:
quę fine ac modo careat sicut uita factoris. Quid ergo mi
rũ si facturus mũdum deus: prius materia de qua faceret:
prępárauit ex eo quod non erat: quia nefas esset deum ali
unde aliquid mutari: cum in ipso uel ex ipso sint omnia.
Nã si est aliquid ante illum factum: & quicq̃ nõ ab illo fac
tum est: potestatem dei & nomen amittet. At enim materia
nunq̃ facta est. sic deus qui ex materia fęcit hunc mundũ.
Duo igitur constituuntur eterna: & quidẽ iter se cõtraria
quod fieri sine discordia & pernicie nõ põt Collidant enĩ
necesse est ea: q̃rũ uis & ratio diuersa est. si utraq; ęterna esse
nõ poterũt. si repugnãt: quia superare alterum necesse est.
ergo fieri non potest quin ęterni natura sit simplex: ut ĩde

omnia uelut ex fonte descenderint. Itaq; aut deus ex materia ortus est: aut materia ex deo. Quid horũ sit uerius: facile est intelligi. Ex hiis enim duobus alterũ sensibile ẽ: alterũ caret sensu. Potestas faciendi aliquid nõ potest esse nisi in eo: quod sentit: quod sapit: quod cogitat: quod mouet. Nec incipi aut fieri aut cõsummari quicq̃ põt: nisi fuerit ratione puisum: Et quẽadmodũ fiat: anteq̃ est: aut quẽadmodũ constet: postq̃ fuerit effectũ. Denique is facit aliquid: qui habet uoluntatẽ ad faciendũ: & manus ad id quod uoluit implendũ. Quod autẽ insensibile est: iners & torpidũ semp iacet. nihil inde oriri põt: ubi nullus ẽ motus uoluntarius. Nã si omne animal ratione constat: certe nasci ex eo non potest: quod ratione prẹditũ non est. nec aliunde accipi potest id: quod ibi unde petit̃: non est. Nec tamẽ cõmoueat aliquẽ: q animalia quẹdã de terra nasci uident̃. Hẹc enĩ non terra per se gignit: sed spiritus dei sine quo nihil gignitur. Non ergo deus ex materia: quia sensu prẹditũ ex insensibili: sapiens ex bruto: impatibile de patibili: expers corporis de corporali: nunq̃ potest oriri. sed materia potius ex deo est. Quicquid enim est solido & icontractibili corpore: accepit externã uim. quod accipit uim: dissolubile est: quod dissoluit̃: interibit: quod interit: ortum sit: necesse ẽ. Quod ortũ est habuit fontẽ unde oriret̃: id est factorẽ aliquẽ sentientẽ: prouidũ peritũq; faciendi. is ẽ pfecto nec ullus alius quã deus. Qui quoniã sensu. ratione: prouidentia. potestate. uirtute. prẹditus est: & animantia & ianimata creare & efficere põt. quia tenet quomodo quidq; sit faciẽdum. Materia uero semper fuisse non potest. quia mutationem non caperet: si fuisset. Quod enim semper fuit: semper esse non desinit. & unde abfuit: principiũ: abesse hinc etiam finem necesse est. Quinetiam facilius est: ut id quod habuit iniciũ fine careat: q̃ ut habeat finem. quod icio caruit. Materia ergo si facta non est: nec fieri ex ea quicq̃ potest. Si fieri ex ea non potest. nec materia quidem erit. Materia enim ẽ ex qua fit aliquid. Omne autem ex quo fit: qa recipit opificis manu destruitur. & aliud esse incipit. Ergo quoniam finẽ habuit materia: tum cum factus est ex ea

mundus: & initium quoq; habuit. Nam quod destruitur: ędificatũ est. quod soluitur alligatũ. quod finitur inceptũ est. Si ergo ex cõmutatione ac fine materia colligitur habuisse principium: a quo alio fieri nisi a deo potuit? Solus igitur deus est qui factus non est. & iccirco destruere alia potest. ipse destrui non potest. permanebit semp in eo: quod fuit: quia non est aliũde generatus nec ortus. nec natiuitas eius ex aliqua re alia pendet. quę illum mutata dissoluat. Ex seipso est: ut in primo diximus libro. Et ideo talis est: qualem se esse uoluit. impassibilis. immutabilis. incorruptus. beatus. ęternus. Iam uero illa conclusio qua sententiam terminauit Tulius: multo absurdior q̃ si materia inquit a deo non est facta: nec terra quidem & aqua: & aer & ignis a deo factus est. Quã calide periculũ pręteruolauit. Sic enim superius illud assumpsit: tanq̃ probatione nõ indigeret: cum id multo esset incertius: q̃ illud: propter quod assumptũ est. Si non est inquit a deo facta materia: nec mundus a deo factus est. Ex falso maluit colligere: quod falsũ est: q̃ ex uero quod uerum. Et cum debeant incerta de certis probari: hic probationẽ sumpsit ex incerto: ad euertendum quod erat certũ. Nam diuina prouidentia effectũ esse mundũ: ut taceã de termaximo Trimegisto: qui hoc prędicat: taceam de carminibus Sibyllarũ: quę idem nuntiãt: Taceã de prophetis: qui opus mundi ac opificũ dei uno spiritu ac pari uoce testantur. Etiam inter Philosophos pene uniuersos conuenit. Idem etiã Pythagorici. Stoici. Peripatetici: q̃ sũt principales omnium disciplinę. Deniq; a primis illis septem Sapientibus usq; ad Socrate usq; ad Platonẽ pro confesso & indubitato habitũ est: donec unus multis post sęculis extitit delirus Epicurus: q audeiret negarẽ id quod est euidentissimũ: studio scilicet inueniẽdi noua: ut nomine suo constitueret disciplinã. & quia nihil noui potuit reperire: ut tamen dissentire a cęteris uideretur: uetera uoluit euertere. in quo illũ circũlatrantes Philosophi omnes coarguerunt. Certius ẽ igit̃ mundũ prouidẽtia instructum: q̃ materiã puidentia cõglobatã. Quare non oportuit putare iccirco mundũ non esse diuina prouidentia factũ

quia materia eius diuina prouidentia facta nō sit:sed quia mūdus diuina prouidētia sic effectus:et materiā ē factā diuinitus. Credibilius ē enī materiā potius a deo factā quia deus omnia potest:q̄m mundū a deo nō esse factum quia sine mente ratione consilio nihil fieri potest. Verum hęc ñ Ciceronis est culpa:sed sectę. Cum enim suscępisset disputationem:qua deorū naturam tolleret:de qua Philosophi garriebant:omnem diuinitatem ignorantia ueri putauit ēē tollendam. Itaq; deos potuit tollere:quia non erant. Cum autem prouidētiam diuinam quę est in uno deo:conaretē euertere. quia contra ueritatē niti cęperat. deficientibus argumentis in hanc foueā necessario decidit. unde si extricare non posset. Hic ergo illum teneo herentē. teneo defixum quia Lucillius qui contra differebat obmutuit. Hic ē ergo cardo rerū. hic uertunt̄ omnia. Explicet se Cotta:si potest:ex hac uoragine:proferat argumenta: quibus doceat semp fuisse materiā:quā nulla prouidentia effęcerit. Ostendat quomodo quicq̄ ponderosum & graue aut esse potuerit sine authore:aut imutari ualuerit. ac desierit esse: quod semp fuit:ut inciperet esse:quod nunq̄ fuit. Quę si docuerit. tum demum assentiar:ne mundum quidem diuina ꝓuidentia constitutū. & tñ sic assentiar:ut alus illū laqueis teneam. Eodē enim quo nolit:reuoluetur:ut dicat:& materiam de qua mundus est:& mundū qui de materia est: natura extitisse. cū ergo ipsam naturā deū esse contendā: Nec enim potest facere mirabilia. id est maxima. ratione constātia:nisi qui habet mentē. prouidentiā. potestatē. Ita fiet ut deus fecerit omnia. nec quicq̄ esse possit omnino:quod nō originem a deo traxerit. At idem quotiens Epicureus ē:& nō uult a deo factū esse mundū:quęrere solet quibus manibus:quibus machinis quibus uectibus qua molitione hoc tantū opus fęcerit. Videret fortasse:si eo tēpore potuisset esse:quo deus fęcit. Sed ne perspiceret homo dei opera. noluit eū inducere in hunc mundū:nisi perfectis omnibus. sed ne induci quidē poterat. Quomodo enim subsisteret:cū fabricaret̄ desup cęlum. terra subtus fundaret̄. cum fortasse huida uel nimiis rigoribus corporata cōcresceret:

uel igneis caloribus incocta & ſolidata dureſcerent. Aut q̊
modo uiueret ſole nondū īſtituto: nec frugibus ac anima
libus natis? Itaq₃ neceſſe fuit hominē poſtremo fieri: cū iā
mundo cęteriſq₃ rebus manus ſumma eſſet īpoſita. Deniq₃
ſanctę litterę docent hominē fuiſſe ultimū dei opus: & ſic
inductū fuiſſe in hunc mundū: quaſi in domū iā paratam
& inſtructā. Illius enī cauſa facta ſunt oīa. Idē etiā Poetę fa
tent̄. Ouidius pfecto iā mundo & uniuerſis animalibus fi
guratis hoc addidit.
Sanctius his animal mentiſq₃ capatius altę.
Deerat adhuc. & quod dominari in cętera poſſet.
Natus homo ē. Adeo nefas extimandū ē: ea ſcrutari: quę de
us uoluit eſſe cęlata. Verū ille nō audiendi aut diſcēdi ſtu
dio requirebat: ſed fallēdi: quia cōfidebat neminē id poſſe
dicere. Quaſi uero ex hoc putandū ſit non eſſe hęc diuini
tus facta: quia quomodo facta ſint: nō poteſt prouideri. an
tu ſi educatus ī domo fabrefacta & ornata nullā unq̄ fabri
cā uidiſſes: domū illā putaſſes nō ab homine eſſe edificatā
quia quomodo ędificet̄ ignorares. Idē profecto de domo
quęreres: quod nūc de mundo requiris: quibus manibus
quibus ferramētis homo tanta eſſet opera molitus maxie
ſ. ſaxa īgētia: īmenſa cęmēta. uaſtas colūnas opus totū ſub
lime & excęlſū uideres? Nōne hęc tibi humanarū uirīū mo
dū uideret̄ excedere? quia illa nō tā uiribus q̄ ratiōe atq₃ ar
tificio facta eſſe neſcires ꝙ ſi homo ī quo nihil pfectū ē: tñ
plus efficit ratione q̄ uires eius exiguę patiant̄: quid ē cur
īcredibile tibi eſſe uideat̄ cū mundus dicit̄ factus a deo: ī
quo quia pfectus eſt: nec ſapiētia pōt habere terminū: nec
fortitudo mēſurā. Opera ipſius uidet̄ oculis. quomō autē
ille fęcerit: ne mēte qdē uidētur: qa ut Hermes ait: mortali
īmortali tēporale perpetuo. corruptibile corrupto ꝓpin
quare nō pōt. id eſt ꝓpius accedere & ītelligētia ſubſeq̄: &
ideo terrenū adhuc animal rerū cęleſtiū perfectionē nō ca
pit: qa corpore q̄ſi cuſtodia ſeptū tenetur: minus ſoluto
ac libero ſeſu cernat oīa. Sciat igitur q̄ inepte faciat: q res ī
enarrabiles quęrit. hoc ē enī modū cōditionis ſue trāſgre
di: nec itelligere quouſq₃ hoīni liceat accedere. Deniq₃ cū

Ca. 10.

aperiret homini ueritatē deus: ea sola scire nos uoluit: quę
interfuit hominē scire ad uitam consequendā. Quę uero ad
curiosam & profanā cupiditatē ptinebāt: reticuit: ut arca-
na essent Quid ergo quęris: quę nec potes scire? Nec si sci-
as: beatior fias. Perfecta ē in homine sapientia: si & deū esse
unum: & ab ipso esse facta uniuersa: cognoscat.

Ca. x. Quod deus quattuor elementa distinxit: & quattuor qualitates. & quattuor tēpora. & ꝙ ex calore & humore sit uita. & quare homines igne: cętera animalia aqua magis utantur.

NVnc quoniā refutauimus eos: qui de mundo & fac-
tore eius deo aliter sentiunt: ꝙ ueritas habet: ad diui
nā mundi fabricam reuertamur. de qua in arcanis sanctę
religionis litteris traditur. Fecit igit̄ deus primū omniū
cęlū: & in sublime suspendit: quod esset sedes ipsius dei cō
ditoris. deinde terrā fundauit: ac cęlo subdidit: quā homo
cum cęteris animaliū generibus incoleret. eā uoluit humo
re circūflui & contineri. suum uero habitaculū distinxit
claris luminibus: & impleuit sole scilicet lunęq; orbe ful
genti & astrorum micantium splendentibus signis adorna
uit tenebras autē quod ē his contrariū: constituit in terra
Nihil enim per se continet luminis: nisi accipiat a cęlo in
quo posuit lucem perennem. & superos & uitā perpetuam
Et contra in terra tenebras & inferos & mortē. Tanto enī
hęc ab illis superioribus distant: quātum mala a bonis &
uicia a uirtutibus. Ipsius quoq; terrę binas partes contra
rias inter se diuersasq; constituit. scilcet orientem occiden
temq;. ex quibus oriens deo similis censetur. quia ipse lu
minis fons & illustrator ē rerum. & ꝙ oriri nos faciat ad
uitam sempiternam. Occidens autē conturbatę illi prauęq;
menti ascribitur. quod lumen abscondat: quod tenebras
semp inducat. Et quod homines faciat occidere: atq; inter
ire peccatis. Nam sicut lux orientis est: in luce autē uitę ra
tio uersatur: sic occidentis tenebre sūt. In tenebris autem
mors & interitus continetur. Deniq; alteras partes eadem

ratione dimensus est meridiem ac septẽtrionem. quę pte
illis duabus societate iunguñ.Ea enim quę est solis calore
flagrantior: proxima ẽ: & cohęret orienti. At illa quę frigo
ribus & perpetuo gelu torpet:eiusdẽ ẽ cuius extremus oc
casus. Nam sicut contrarię sunt lumini tenebre:ita frigus
calori.ut igitur calor lumini est ꝓximus:sic meridies ori
enti.ut frigus tenebris:ita plaga septẽtrionis occasui. Qui
bus singulis partibus suũ tẽpus attribuit. Ver scilicet ori
enti.ęstatẽ meridionali plagę.occidentis autumnus ẽ.septẽ
trionis hybernus .In his quoq; duabus partibus meridio
nali & septẽtrionali figura uitę & mortis contineñ: qa ui
ta in calore est.mors in frigore.Sicut autẽ color ex igne est
ita frigus ex aqua Secũdũ harũ ptiũ diuisionẽ diẽ quoq;
fęcit ac noctẽ.quę spacia & orbes tẽporũ perpetuos ac uo
lubiles quos uocamus annos alterna per uices successiõe
conficiant. Dies quẽ primus oriens subministrat dei sit:ne
cesse est:ut omnia quęcũq; meliora sunt Nox autẽ quã oc
cidens extremus inducit:eius scilicet quẽ dei esse ęmulũ
diximus. Quę duo etiã in hoc pręscius futurorũ deus fę
cit:ut ex his & uerę religionis.& falsarũ superstitionũ ima
go quędã ostenderet. Nam sicut sol qui oritur in die licet
sit unus:unde solẽ esse appellatũ Cicero uult uideri:q; ob
scuratis sideribus solus appareat: tamẽ quia uerũ ac pfec
te plenitudinis lumẽ est: & calore potissimo:& fulgore cla
rissimo illustrat oĩa:ita in deo licet sit unus:& maiestas &
uirtus & claritudo perfecta est. Nox autẽ quam prauo illi
Antithęo dicimus attributã:eius ipsius multas & uarias
religiones per similitudinẽ demõstrat. Quãuis enim stellę ĩ
numerabiles micare ac radiare uideanñ:tamẽ quia nõ sunt
plena ac solida lumina nec caloris perferunt quicq̃:nec te
nebras multitudine sua uincunt. Duo igiñ illa principalia
inueniunñ:quę diuersam & contrariã sibi habent potestatẽ
calor & humor.quę mirabiliter deus ad sustẽtanda & gig
nenda oĩa excogitauit Nã cũ uirtus dei sit ĩ calore & igni:
nisi ardorẽ uimq; eius admixta humoris ac frigoris mate
ria temperasset:nec nasci quicq̃:nec cohęrere potuisset. qn
statim cõflagratione interiret:quicquid esse cępisset. Vnde

& Philosophi quidam & poetę discordi concordia mundum constare dixerūt.sed rationē penitus non uiderunt. Heraclytus ex igne nata esse oīa dixit.Tales Melisius ex aq̄ Vterq; uidit aliquid.sed errauit tamē uterq;.quod alteru trū si solū fuisset:neq; aq̄ nasci ex igne potuisset. neq; rursus ignis ex aqua Sed est uerius simul ex utroq; permixto cuncta generari.Ignis quidē permisceri cū aqua nō pōt.qa funt utraq; inimica.& si cominus uenerit:alterutrū quod superauerit conficiat alterū: necesse est.sed eorū substātię permisceri possunt.Substātia ignis calor est.aquę humor Recte igitur Ouidius.

Quippe ubi tēperiem sumpsere humorq; calorq;
Concipiūt.& ab his oriunt̄ cuncta duobus:
Cūq; sit ignis aquę pugnax:uapor humidus oīs.

Res creat & discors concordia fętibus apta ē. Alterū enim quasi masculinū elementū est.alterū quasi fęmininū.alterū actiuū.alterū patibile.Ideoq; a ueteribus institutū ē: ut sacramento ignis & aquę nuptiarū fędera faciant̄: quod fętus animantiū calore & humore corporent̄: atq; animent̄ ad uitā.Cum enim cōstet omne animal ex anima & corpore.materia corporis in humore ē:animę in calore. Quod ex auiū fętibus daт̄ sciri:quos crassi humoris plenos nisi opifex calor fouerit.nec humor potest corporari.nec corpus animari.Exsulibus quoq; ignis & aqua interdici solebat.Adhuc eni uidebat̄ nefas:quis malos tn̄ homines supplicio capitis afficere.Interdicto igit̄ usu earū rerū: qbus uita constat hominū:perinde habebat̄: ac si esset qui eam sententiam exceperat:morte multatus. Adeo ista duo elementa prima sunt habita:ut nec ortū hominis:nec sine his uitam crediderint posse constare.Horū alterū nobis commune est cū cęteris animantibus alterū soli homini datū Nos enim quoniā cęleste atq; imortale animal sumus:igne utimur.qui nobis i argumentū imortalitatis datus ē.quoniā ignis e cęlo est. cuius natura quia nobilis est:& sursū nitit̄.uitę continet rationem. Cętera uero animalia quoniā tota sunt mortalia: tantummodo aqua utunt̄ quod ē elementum corporale atq; terrenum.cuius natura qa nobilis

est ac deorsum uergens:figurã mortis ostendit. ideo pecu
des neqꝫ in cęlũ suspiciunt:neqꝫ religiones sentiũt. quoniã
ab iis usus ignis alienus ẽ. Vnde autẽ uel quomõ deus hęc
duo principalia:ignẽ & aquã uel accenderit:uel eliquaue
rit:solus scire põt qui fęcit.

C.xi. Quod creato mundo facta animalia ꝓpter ho
mines sũt. & tandẽ homo ipse. Et qd sit quod poetę
finxerunt deucalionẽ hominef reparasse. & ꝙ Aristo
teles falsum putauit mundum esse ęternum. & quę
sunt tres partef.

COnsumniato igitur mundo:animalia uariis generis
dissimilibus formis & magna & minora ut fierent. ĩ
parauit. Et facta sunt bina:id est diuersi sexus singula. ex
quorũ fętibus & aer & terra & maria cõpleta sunt. Dedit qꝫ
bis omnibus generatim deus alimenta de terra. ut usui ho
mini esse posset. Alia nimirũ ad cibos. alia uero ad uestimẽ
tũ. Quę autẽ magnarũ sunt uiriũ ut in excolenda terra iu
uarent:unde dicta sunt iumenta. ita rebus omnibus mira
bili descriptione cõpositis:regnũ sibi ęternũ parari consti
tuit. & innumerabiles animas procreare quibus immorta
litatem daret. Tum fęcit ipse sibi simulacrũ sensibile atqꝫ ĩ
telligens. id est ad imaginis suę formam:qua nihil potest
esse perfectiuf hominẽ figurauit ex limo terrę. unde homo
nuncupatus est:ꝙ sit factus ex humo. Deniqꝫ Plato huma
nã formam theoidem esse ait. Et Sibylla quę dicit.
ειкωμεστ αϱθϱωποσ εμιλογορ ορθορεχονσα. Id est imago
est homo mea rationẽ rectam habens. De hac hominis fic
tione Poetę quoqꝫ q̃uis corrupte:tamẽ non aliter tradide
runt. nãqꝫ hominem de luto a Promętheo factum esse dix
runt. Res eos non fefellit. sed nomẽ artificis. Nullas enĩ lit
teras ueritatis attingerant. sed quę prophetarum uaticinio
traditã in sacrario dei continebãt:ea de fabulis & obscura
opinione collecta & deprauata ut ueritas a uulgo solet ua
rius sermonibus dissipata corrumpi:nullo nõ addente ali
qd ad id quod audierat. carminibus suis cõprehẽderunt

Et boc quidem inepte:q̧ tam mirabile tanq̧ diuinum opi
ficium bomini dederunt.Quid enim opus fuit bominem
de luto fingi:cũ posset eadẽ ratione generari qua ipse Pro
męthe us ex Iapeto natus ẽ?Qui si fuit bomo: generare bo
minẽ potuit:facere non potuit.De diis autẽ illum non fu
isse pęna eius in Caucaso monte declarat.Sed neq̧ patrẽ ip
sius Iapetũ:patruũq̧ Titana quisq̃ deos nucupauit. quia
Regni sublimitas penes Saturnũ solũ fuit.per quã diuinos
bonores cũ omnibus suis posteris consecutus est. Multis
argumentis boc figmentũ Poetarũ coargui põt.Factũ esse
diluuiũ:ad perdendam tollendamq̧ ex orbe terrę maliciã
constat inter oẽs. Idem enim & Philosophi & Poetę scrip
toresq̧ rerũ antiquarum loquunẽ.in eoq̧ maxime cũ Pro
phętarũ sermone consentiũt.Si ergo cataclysmus a deo fac
tus est:ut malicia quę per nimiã multitudinẽ increuerat:p
dereẽ:quomodo fictor bominis Promętbeus fuit cuius fi
lium Deucalionem iidem ipsi ob iustitiam solum esse di
cũt seruatũ:Quomodo unus gradus & una progenies or
bẽ terrę tam celeriter potuit bominibus ĩplere?Sed uideli
cet boc quoq̧ sic corruperunt:ut illud superius: cũ igno
rarent in quo tẽpore cataclysmus sit factus in terra: & qs
ob iusticiã meruerit genere bumano pereunte saluari·& q̊
modo aut cũ quibus seruatus sit.quę oĩa prophęticę litte
re docent·Apparet falsũ esse quod de opificio Promętbei
narrant·Verũ quia poetas dixerã non oĩno mentiri solere:
sed figuris inuoluere & obscurare quę dicant:non dico es
se mentitos:sed primũ omniũ Promętbeũ simulacrũ boĩ
nis formasse de pingui & molli luto.Ab eoq̧ natã esse pri
mo artẽ statuas & simulacra fingendi.Siquidẽ Iouis tẽpo
ribus fuit:quibus primũ tẽpla cõstitui & noui deorũ cul
tus esse ceperunt sic ueritas pbucata mendacio est.& illud
quod a deo factũ ferebatur:bomini qui opus diuinũ imi
tatus est cępit ascribi. Cęterũ fictio ueri ac uiui boĩnis e li
mo dei ẽ.quod Hermes quoq̧ tradit: qui nõ tm̃ bominẽ ad
imaginẽ dei factũ eẽ dixit a deo:sed etiã illud explanaẽ tẽp
tauit: q̃subtili ratione singula quęq̧ in corpore boĩnis mẽ
bra formauerit:cũ eorũ nibil sit quod nõ tantũdẽ ad usus

necessitatem quantum ad pulchritudinem ualeat. Id uero etiã Stoici cũ de prouidentia disserunt:facere conant̃.& secutus eos Cicero pluribus quidẽ locis.Sed tamẽ materiam tã copiosam & uberẽ strictim contingit.quã ego nunc icirco pretereo:quia nuper propriũ de ea relibrum ad Demetrianũ auditorẽ meũ scripsi.Illud hoc loco preterire ñ possũ:q̃ errãtes philosophi quidã aiunt homines ceteraq̃ animalia sine ullo artifice orta esse de terra.vnde illud Virgilianum est.

Terrea progenies duris caput extulit aruis.Et hi maxime fuerunt in ea sententia.qui esse puidentiã negant. Nã Stoici animantiũ fabricã diuinę solertię tribuunt. Aristoteles autẽ labore se ac molestia liberauit dicens sẽper mundũ fuisse.Itaq̃ ut humanũ genus & cetera quę in eo sunt: initiũ nõ habere:sed fuisse sẽper:ac sẽp fore:Sed cũ uideamus singula queq̃ aĩalia quę ante non fuerant:icipere esse & esse desinere:necesse est totũ genus aliquãdo esse cępisse & aliquãdo desiturũ esse quia cępit.Oĩa enĩ tribus tẽporibus contineri necesse est.preterito:presenti:futuro. Preteriti est origo.presentis substantia.futuri dissolutio.Quę oĩa in singulis hoĩbus apparent:& incipimus enĩ cũ nascimur. & sumus cũ uiuimus.& desinimus cũ interimus.

Clotho colũ baiulat.Lachesis trahit. Atropos occat. Vnde etiã tres parcas esse uoluerunt.unã quę uitã hominis ordiatur.alteram quę cõtexat. tertiã quę rumpat ac finiat.In toto autem genere hominũ:quia solum presens tempus apparet:ex eo tamẽ & preteritũ:id est origo colligit̃: & futurũ:id est dissolutio Nam quoniã est:apparet aliquando cępisse.esse enim nulla res sine exordio potest. & quia cępit: apparet quandoq̃ desitura.Nec enim potest id totũ esse immortale:quod ex mortalibus constat.Nã sicut uniuersi p singulos interimus:fieri potest:ut aliquo casu omnes: uel sterilitate terrarũ quę accidere particulatim solet: uel pestilentia ubiq̃ diffusa:quę singulas urbes atq̃ regiones plerunq̃ populat̃: uel incendio in orbem misso quale iã fuisse sub phaethonte dicit̃: uel diluuio aquarũ q̃le sub Deucalione tradit̃:cũ preter unũ hominẽ; genus omne deletũ

Quod diluuium si casu accidit: profecto potuit accidere: ut & unus ille qui superfuit iteriret. Si autẽ diuinę ꝓuidẽtię nutu: quod negari non põt: ad reparandos homines reseruatus ẽ. apparet in dei potestate esse: uel ut tã uel itẽritũ generis humani. Quod si uult põt accidere in totũ. qa per partes accidit. apparet aliquãdo esse ortũ. & fragilitas ut in itiũ: sic declarat & terminũ. Quę si uera sunt: nõ potuit defendere Aristoteles: quo minus habuerit & mundus ipse principium. Quod si Aristoteli. Plato & Epicurus extorquẽt: & Platoni & Aristoteli qui semp fore mũdũ putauerũt: licet sint eloquentes: ingratis tamẽ idẽ Epicurus eripiet: quia sequit̃: ut habeat & finẽ. Sed hęc i ultimo libro plu ribus. nunc ad hominis originẽ recurramus.

C. xii. Quod nõ de terra uel sponte nata sunt animalia sed dispositiõe diuina: cuius fecisset deus nos conscios: si sciret expediret.

Fuisse certis conuersionibus cęli: & astrorũ motibus maturitatẽ quandã extitisse animaliũ serẽdorũ. Itaq; terrã nouã semẽ genitale retinentẽ: follicuos ex se quosdã i uterorũ similitudinẽ protulisse qbus Lucretius.

Crescebant uteri terra radicibus apti. Eosq; cũ maturuissent natura cogente ruptos. animalia tenera ꝓfudisse. Dein de terrã ipsam humore quodã qui esset lacti similis: exuberasse. eoq; alimento animãtes esse nutritos. Quomodo aũt uim frigoris aut caloris ferre aut uitare potuerũt: aut omnino nasci: cum sol exureret: frigus adstringeret? Nõ erant inquiunt i principio mundi hyems & ęstas: sed perpetua tẽperies & uer ęquabile. Cur ergo nihil hotũ fieri etiã nũc uidemus? quia semel fieri necessariũ fuit: ut animalia nascerentur. Postq̃ uero esse cęperunt: cõcessa his facultate generandi: & terra parere desiit: & tẽporis conditio mutata est. O q̃ facile est mendatia redarguere. Primũ quia nihil põt esse in hoc mundo: quod nõ sic ꝑmaneat: ut cępit. Nec enĩ sol & luna & astra tũc nõ erant: aut cũ essent: meatus nõ habebant: aut nõ diuina moderatio quę cursus eorũ tẽperat & gubernat. cũ ipsis simul cęperit. Deinde q; si ita sit: ut dicunt. prouidentiã esse necesse ẽ. & i idipsum incidũt quod

maxime fugiunt. Nōdū enī natis animalibus aliquis utiq̄
ꝓuidit: ut nascerent̄: ne orbis terrę desertus aut incultus
horreret. Vt autē de terra sine officio parentū nasci possēt:
necesse ē magna ratione esse prouisum. Deīde ut humor il
le concretus de terra in uarias imagines corporū fingeret̄
Itē: ut e folliculis quibus tegebant̄: accepta uiuendi sentiē
diq̄ ratione: tāq̄ ex aluo matrū ꝓfunderent̄. mira īexplica-
bilisq̄ prouisio ē. Sed putemus id quoq̄ casu accidisse: illa
certe quę sequunt̄ fortuita esse nō possūt: ut terra cōtinuo
lacte manaret ut aeris tēperies esset ęqualis. quę si cōstat ic
circo esse facta: ut animalia recens edita uel haberent alimē
tū: uel nō haberent piculū: necesse ē: ut aliquis diuina nes
cio qua ratione ꝓuiderit. Quis autē pōt ꝓuidere nisi deus
Videamus tn̄ an idipsum quod dictitant: facere potuerit:
ut homines nascerent̄ e terra. Si cōsideret aliq̄s q̄diu & qui
bus modis educet̄ īfās: ītelliget ꝓfecto nō potuisse terrige
nas illos pueros sine ullo educatore nutriri. Fuit enī neces
se q̄pluribus mēsibus iacere ꝓiectos: donec cōfirmatis ner
uis mouere se: locūq̄ mutare possent. quod uix ītra unius
anni spaciū fieri pōt. Iā uide utrū ne infans eodē modo &
eodē loco quo ē effusus iacere p multos mēses ualuerit. an
nō humore illo terrę quod alimenti gratia ministrabat: &
sui corporis purgamētis ī unum mixtis: obrutus: corrup
tusq̄ moreret̄. Itaq̄ nullo mō fieri pōt: quin ab aliquo fue
rit educatus: nisi forte animalia oīa nō tenera nata sunt: sed
ex creta: quod ut dicerēt: nunq̄ uenit illis in mentē. Omnis
ergo illa ratio īpossibilis & uana ē. si tn̄ ratio dici pōt: q̄ id
agit̄: ut nulla sit ratio. Qui enī dicit oīa sua sponte esse nata
nihilq̄ diuinę ꝓuidentię tribuit: hic ꝓfecto rationē nō as
serit: sed euertit. Quod si neq̄ fieri q̄cq̄ sine ratōe neq̄ nasci
pōt: apparet diuinā esse ꝓuidētiā: cuiusē ꝓpriū quod dici
tur ratio. Deus igit̄ rerū omniū machinator fecit hominē:
quod Cicero q̄uis expers cęlestiū litterarū: uidit tn̄: qui li
bro de legibus pmo hoc idē tradidit: quod Prophetę cu
ius uerba subieci. Hoc animal ꝓuidū. sagax. multiplex. acu
tū. memor. plenū rationis & cōsilii. quē uocamus hominē:
pręclara quadā cōditione generatū esse a summo deo solū

Est enī ex tot animātiū generibus atq; naturis particepſ ra tiōis & cogitationis: cum cetera ſint oīa expertia. Vides ne hominē quāuis longe a ueritatis notitia remotū: tamē quo niā imaginē ſapientię tuebat̃: intellexiſſe nō niſi a deo homi nē potuiſſe generari: ſed tñ diuinis opus ē teſtīoniis: ne mi nus humana ſufficiāt. Sibylla hominē dei opus eſſe teſtat̃.

οσ μονοσ εστιθεοσ κτιστησ ακρατητοσ ὑπαρχων
αὐτοσδε στηριξε τύπον μορφησ μεροπων τε
αυτοσ ελιξε φύσιν παντων γενεσιν βιοτοιο.

Id eſt q ſolus eſt deus creator inuictus liber. ipſe autē ſtatuit figurā for mę hominū. Ipſe miſcuit naturā omniū in generatione ui tę. Eadem tñ ſanctę litterę continent. Deus ergo ueri patriſ officio functus ē. ipſe corpus effinxit. Ipſe animā qua ſpira mus: infudit. Illius eſt totū: qcquid ſumus. Quomodo id fęcerit: ſi nos oporteret ſcire: docuiſſet ſicut docuit cętera quę cognitionē nobis & priſtini erroris & ueri luminis at tulerunt.

¶ C. xiii. Quare duo ſexus mūdi minoris id eſt hoīs. & quid ſit mors eius ꝑma qd ſecunda. & de ꝑmorū parētū culpa & pęna.

CVm ergo marem ad ſimilitudinē ſuā primū finxiſſet tum etiā fęminā configurauit ad ipſius hominis effi giē. ut duo inter ſe ꝑmixtim ſexus propagare ſobolē poſ ſent. & omnē terrā multitudine opplere. In ipſius autē hoī nis fictione illarū duarū materiarū quas inter ſe diximus eſſe contrarias: ignis & aquę concluſit perfęcitq; rationem Ficto enī corpore ſpirauit ei animā de uitali fonte ſpirituſ ſui. qui eſt perennis. ut ipſius mundi ex cōtrariis cōſtātis elementis ſimilitudinem gereret. Conſtat enim ex anima & corpore: id eſt quaſi ex cęlo & terra. quādoquidem anima qua uiuimus uelut e cęlo oritur a deo: corpus e terra: cu ius e limo diximus eſſe formatum. Empedocles quē neſci as utrū ne iter Poetas an īter Philoſophos numeres. qa de rerū natura uerſibus ſcripſit. ut apud Romanos Lucretius & Varro: q̃tuor elemēta cōſtituit. i. ignē. aerē: aquā: & terrā fortaſſe Trimegiſtum ſecutus qui noſtra corpora ex his

quattuor elementis constituta esse dixit a deo. Habere nãq
in se aliquid ignis: aliquid aeris: aliquid aquę: aliquid terrę
& neq ignẽ esse neq aerẽ. neq aquã. neq terrã. quę quidẽ fal
sa non sunt. Nam terrę ratio in carne est. humoris in sang-
uine. aeris in spiritu. ignis in calore uitali. sed neq sanguis
a corpore secerni põt: sicut humor a terra. neq calor uita-
lis a spiritu. sicut ignis ab aere. adeo rerũ oĩum duo sola re
periuntur elementa. quorũ omnis ratio ĩ nostri corporis
fictione conclusa ẽ. Ex rebus igitur diuersis ac repugnan
tibus homo factus est: sicut ipse mundus: ex luce ac tene-
bris. ex uita & morte. quę duo inter se pugnare in homi-
ne pręcepit ut si anima superauerit: quę ex deo orit̃: sit im
mortalis: & in perpetua luce uersẽt. Si autẽ corpus uicerit
animã: ditioniq subiecerit: sit in tenebris sempiternis & in
morte. cuius nõ ea uis est: ut iniustas animas extinguat om
nino: sed ut puniat in ęternũ. Eam pęnã secundã mortẽ no
minamus: quę est & ipsa perpetua: sicut & ĩmortalitas. Pri
mã sic diffinimus. Mors est naturę animantiũ dissolutio.
uel ita. Mors est corporis animęq seductio. Secundã uero
sic. Mors est ęterni doloris perpessio. uel ita. Mors est ani
marũ pro meritis ad ęterna supplicia damnatio. Hęc mu-
tas pecudes non attingit: quarũ animę nõ ex deo constãtes
sed ex cõmuni aere morte soluunt̃. In hac igit̃ societate cęli
atq terrę: quarũ effigies ĩ homine expressa ẽ. superiorẽ par
tẽ tenent ea: quę sunt dei. anima scilicet quę dominũ corpo
ris habet. inferiorẽ autẽ ea: quę sunt diaboli. Corpus utiq
quod quia terrenũ est: aĩe debet esse subiectũ: sicut terra cę
lo. Est enim terra q̃si uasculũ quo tãq̃ domicilio tẽporali
hic spiritus cęlestis utat̃. Vtriusq officia sũt: ut hoc quod
ẽ ex cęlo & deo ĩperet. Illud uero quod ex terra ẽ & diabo
lo seruiat. Quod quidẽ nõ fugit hominẽ neq̃ Salustiũ qui
ait. Sed oĩs nostra uis in animo & corpore sita est: animi ĩ-
perio: corporis seruitio magis utimur. Recte si ita uixisset
ut locutus ẽ. Seruiuit enim fędissimis uoluptatibus. suãq
ipse sentẽtiã uitę prauitate dissoluit. Quod si anima ignis ẽ
ut ostẽdimus: in cęlum debet eniti sicut ignis ne extinguat̃
hoc ẽ ad immortalitatẽ quę in cęlo est. Et sicut ardere ac

uiuere non potest ignis: nisi aliqua pingui materia teneat: in qua habeat alimentũ: sic anime materia & cibus est sola iustitia: qua tenet ad uitã. Post hec deus hominẽ qua expo sui ratione generatũ posuit in paradiso: id est in horto fe cundissimo & amenissimo. quẽ in partibus orientis omni genere ligni arborũq conseuit: ut ex earũ uariis fructibus aleret. Expersq omniũ laborũ deo patri sũma deuocione seruiret. Tum dedit ei certa mandata: que si obseruasset: ĩ mortalis maneret. si transcendisset: morte afficeret. Id autẽ preceptũ fuit: ut ex arbore una que fuit in medio paradisi non gustaret in qua posuerat intelligentiã boni & mali. tũ criminator ille inuidus operibus dei: oẽs fallacias & calli ditates suas ad decipiendũ hominẽ intendit ut ei adimeret ĩmortalitatẽ. Et primo mulierem dolo illexit: ut uetitũ ci bum sumeret. & per eã ipsi quoq homini persuasit: ut trã scenderet dei legẽ. Precepta igitur scientia boni & mali: pu dere eũ nuditatis sue cepit. ãsconditq se a facie dei: quod antea nõ solebat. Tum deus sentẽtia in peccatores lata eie cit hominẽ de paradiso: ut uictum sibi labore cõquireret: ipsumq paradisum igni circũualauit: ne homo posset ac cedere. donec summũ iudiciũ faciat ĩ terra. & iustos uiros cultores suos in eundem locum reuocet morte sublata. si cut sacre littere docent: & Sibylla erythrea cũ dicit.

οιδε θεορ τιμωρτεσ αλιθ ιρορ αεραορτε
ζωηρ κληροιομονσι τορ αιωροσ χρορ αραυτοι
οικουρτεσ παραδεισορ ομωσ εριθηλεα κηπορ. id est Qui aũt deũ honorant uerũ: sempiternã utiq uitã hereditario iure possident seculi tẽpus ipsi habitantes ad paradisum simili ter florentissimũ hortũ Verũ quoniã hec extrema sunt: to ta in extrema operis huius parte tractabimus Nũc ea que prima sunt: explicemus. Mors itaq secuta ẽ hominẽ secun dũ dei sentẽtia: quod etiã Sibylla ĩ carmĩe suo docet dicẽs

αρτρωπορ πεπλασθαι θεον παλαμαισ εραυτοισ
ορ και πλαρησερ οφισ δολιωσ επι μοιραρ απελθειρ
τον θαρατον γρωσιρ τε λαβειρ αγαθουτε καλουτε.

Id est hominẽ fictum dei manibus in annos: quẽ etiam se duxit serpens dolose ad fatũ ascẽdere mortis: notionemq

accipere boni & mali. uel ſic hominē plaſmatum dei ipſi-
us palmis quē dolis fefellit ſerpens: ut uim mortis incur-
reret: & ſcientiā acciperet boni & mali. Sic facta hominiſ ui
ta eſt temporalis. Sed tamen longa: quę in mille annos pro
pagaretur. quod diuinis litteris proditū & per omnē ſciē
tiam publicatum: cū Varro non ignoraret: argumentari
niſus eſt: cur putarentur antiqui mille annos uictitaſſe. ait
enim apud Aegyptios pro annis menſes haberi. ut nō ſolis
per duodecim ſigna circuitus faciat annum: ſed lunę quę
orbem illum ſigniferum. xxx. dierū ſpacio luſtrat. Quod
argumentum perſpicue falſum eſt. Nemo enim tunc mille
ſimum annum tranſgreſſus eſt. Nunc uero qui ad cente-
ſimum perueniunt: quod fit ſępiſſime: mille certe ac ducē
tis menſibus uiuunt. Et authores idonei tradunt: ad cen-
tum. xx. annos peruenire ſolere. Sed quia ignorabat Varro
cur aut quando uita hominis eſſet diminuta: ipſe diminu
it cum ſciret mille & ccc. menſibus poſſe uiuere hominē.

Ca. xiiii. Quod nō Liber pater fuit inuentor uini: ſed Noe poſt diluuiū. Et quę fuerit origo gentiū. Et q primi habuerint ſciētiā aſtrorū & ignorātiā dei.

DEus autem poſtea cum uideret orbem terrę malitia
& ſceleribus oppletū: ſtatuit humanum genus dilu
uio perdere. ſed tamen ad multitudinem reparandam: de
legit unum. quod corruptis omnibus ſingulare iuſticię
ſupererat exemplū. Hic cū ſexcentorum eſſet annorum: fa-
bricauit arcā ſicut pręceperat ei deus. in qua ipſe cū coniu
ge ac tribus filiis totidemq; nuribus reſeruatus eſt. cū aq̄
uniuerſos montes altiſſimos operuiſſet. Deinde orbe ſicca
to execratus iuſticiam prioris ſeculi deus: ne rurſus lon-
gitudo uitę cauſa eſſet excogitandorum malorum: paulatī
per ſingulas progenies diminuit hominis ętatem. atq; ī cē
tum & xx. annis metam collocauit: quā tranſgredi non li-
ceret. Ille uero cum egreſſus eſſet ex arca: ut ſanctę litterę
docent. terram ſtudioſe coluit: atq; uineam ſua manu ſę-
uit. Vnde arguunt̄ qui authorē uini Liberū putant. Ille
enī non mō Liberum: ſed etiā Saturnū atq; Vranū multis

antecessit ętatibus.qua ex uinea cũ primũ fructũ cępisset.
lętus factus bibit usq; ad ebrietatem.iacuitq; nudus.quod
cũ uidisset unus ex filiis:cui nomẽ fuit Cham:nõ texit pa
tris nuditatẽ:sed egressus etiã fratribus indicauit. At illi
sumpto pallio intrauerũt a uersis uultibus patrẽq; texerũt
Quę cũ facta recognouisset pater·abdicauit atq; expulit fi
liũ.At ille profugus in eius terrę parte consędit:quę nunc
Arabia nominat̃.Eaq; terra de nomine suo Chanaan dicta ẽ
& posteri eius Cananei.Hęc fuit prima gens quę deũ igno
rauit.quoniã priceps eius & conditor cultũ dei a patre nõ
accepit:maledictus ab eo.Itaq; ignorantiã diuinitatis mi
noribus suis reliquit.Ab hac gente proximi quiq; populi
multitudine increscente fluxerunt.Ipsius autẽ patris pos
teri hebręi dicti:penes quos religio dei resedit.sed & ab his
postea multiplicato in imensum numero:cũ eos angustię
locorũ suorũ capere non possent:tũ adolescentes uel missi
a parentibus:uel sua sponte cũ rerũ penuria cogeret:pfu
gi ad quęrendas sibi nouas sędes huc atq; illuc dispersi:
omnes insulas & orbem totũ impleuerunt.& a stirpe sanc
te radicis auulsi:nouos sibi mores atq; instituta pro arbi
trio condiderunt.Sed omniũ primi qui Aegiptũ occupa
uerunt.cęlestia suscipere atq; adorare cęperunt. Ea qa neq;
domiciliis tegebant̃ propter aeris qualitatem: nec ullis in
ea regione nubibus subtexitur cęlũ:cursus siderũ & defec
tus notauerunt.dũ ea sępe uenerantes curiosius atq; liberi
us intuerent̃.Postea deinde portentificas animaliũ figuras
quas colerent cõmenti sunt:qbusdã pdigiis inducti.Quo
rũ mox authores aperiemus. Cęteri aũt qui p terrã dispsi
fuerunt:admirantes elementa mundi:cęlũ solẽ terrã mare
sine ullis imaginibus ac tẽplis uenerabant̃.Et his sacrificia
in aperto celebrabãt:donec pcessu tẽporũ potẽtissimis re
gibus tẽpla & simulacra fęcerunt.Eaq; uictimis & odori
bus colere instituerũt.sic aberrantes a noticia dei gentes es
se cęperunt.Errant igit̃ qui deorũ cultus ab exordio rerũ
fuisse cõtendũt.& priorẽ esse gentilitatẽ quã dei religionẽ:
quã putat posterius iuentã:qa fontẽ atq; originẽ ueritatis
ignorant.Nunc ad principiũ mundi reuertamur.

Ca.xv.De inquinatione angelorũ.& duobus generi
bus demonũ.q se psuaserũt ut deos coli:quo etiã fa
miliares Philosophi habuerũt ut Socrates.

QVum ergo numerus hominũ cępisset increscere.pro
uidens deus ne fraudibus suis diabolus cui ab iicio
dederat terrę potestatẽ: uel corrũperet uel dispergeret hoĩ
nes:quod ĩ exordio fęcerat: misit ãgelos ad tutelã cultũq;
generis humani. quibus pręcępit ante omnia ne terrę con
tagione maculati substãtię celestis amitterent dignitatem.
scilicet id eos facere prohibuit:quod sciebat esse facturos
ut ueniã sperare non possent.Itaq; illos cũ hominibus cõ
morantes:dominator ille terrę fallacissimus: cõsuetudine
ipsa paulatim ad uitia pellexit:& mulierũ congressibus in
quinauit.Tũ in cęlũ ob peccata quibus se ĩmerserant:non
recępti ceciderunt in terrã.sic eos diabolus ex angelis dei
suos fęcit satellites ac ministros.Qui autẽ sunt ex his pro
creati:quia neq; angeli neq; homines fuerunt: sed mediam
quandam naturã gerentes:non sunt ad iferos recępti:sicut
in cęlũ parentes eorũ.Ita duo genera dęmonũ facta sunt.
unũ cęleste.alterũ terrenũ.Hi sunt ĩmundi spiritus malo-
rũ quę gerunt authores.quorũ idem diabolus ẽ princeps.
Vnde Trimegistus illũ demoniarchen uocat.Dęmonas
autẽ gramatici dictos aiunt quasi δαημονας.id est peritos
ac rerũ socios.Hos autẽ putant deos esse.sciunt illi quidẽ
futura multa.sed non oĩa.quippe quibus consiliũ dei scir
nõ liceat.Et ideo solent responsa in ambiguos exitus tẽpe
rare.Eos Poetę & sciunt esse dęmonas & loquuntur.Hesio
dus ita tradit.

τοι μεν δαιμονεσ εισι διοσ μεγαλου διαβουλασ
εσθλοι επιχθονιοι φυλακεσ θνητων ανθρωπων. id est hi q
dẽ dęmones sũt Iouis magni.propter uoluntates boni ter
restris custodes mortalium hominum.Quod iccirco dic
tum est:quoniam custodes eos humano generi deus mise
rat.sed ipsi cum sint perditores hominum: custodes ta-
men se uocari uolunt:ut ipsi colant̃:& deus non colatur.
Philosophi quoq; de his dixerũt.Nã Plato etiã naturas eo
rũ ĩ symposio exprimer̃ conatus est.Et Socrates esse circa

se assiduũ dęmona loquebatur. qui puero sibi adhęsisset: cuius arbitrio & nutu sua uita regereĩ. Magorũ quoq; arſ omnis ac potentia horũ aspirationibus constat. a quibus inuocati uisus hominũ prestigiis obsecantibus fallunt: ut nõ uideant ea: quę sunt: & uidere se putẽt illa: quę nõ sunt. Hi ut dico spiritus contaminati ac perditi p omnẽ terram uaganĩ. & solatiũ perditionis suę pdendis hominibus operanĩ. Itaq; oĩa insidiis: fraudibus: erroribus cõplent. Adhęrẽt eni singulis hominibus: & oẽs hostiatim domos occupant: ac sibi geniorũ nomẽ assumũt. sic eni latino sermone dęmonas interpretanĩ. Hos in suis penetralibus cõsecrant. His quotidie ꝓfundunt: & scientes dęmonas ueneranĩ q̃si terrestres deos. & quasi depulsores malorũ: quę ipsi faciũt & irrogant. Qui quoniã sunt spiritus tenues & incõprehẽsibiles: insinuant se corporibus hominũ. & occulte in uisceribus operti ualitudinẽ uitiant: morbos citãt: sõnis animos terrent: mentes furoribus quatiunt: ut homines his malis cogant ad eorũ auxilia decurrere.

Ca. xvi. Quod hi ꝓdesse putantur: cũ nocere desinũt. nec possunt aliquid in eos qui ĩ fide solidati sunt. sed sanctis subiecti eis tanq̃ seruis obediunt.

Q Varum omniũ fallatiarũ ratio expertibus ueritatis obscura est. Prodesse eni eos putant: cũ nocere desinunt. qui nihil aliud possunt q̃ nocere. Dicat fortasse aliqs colendos esse ergo ne noceant: siquidẽ possunt nocere. Nocent illi quidẽ: sed iis a quibus timentur: quos manus dei potens & excelsa nõ ꝓtegit. q ꝓphani sunt a sacramẽto ueritatis. Iustos autẽ id est cultores dei metuũt: cuius nomine adiurati de corporibus excedunt: quorũ uerbis tanq̃ flagris uerberati nõ mõ dęmonas se esse cõfitenĩ: sed etiã nomina sua edunt. illa quę in tẽplis adoranĩ. quod plerũq; coram cultoribus suis faciũt. nõ utiq; in opprobriũ religionis sed honoris sui. quia nec deo per quẽ adiuranĩ: nec iustis quorũ uoce torquenĩ: mentiri possunt. Itaq; maximus sępe ululatibus editis. uerberari se & ardere & iã iãq; exire ꝓclamãt. Tãtũ habet dei cognitio ac iusticia potestatis. Cui ergo nocere possunt: nisi iis quos habent in sua potestate?

liber sec̄s

pietas

Deniq̄ affirmant eos Hermes: qui cognouerit deum: nō tā tum ab incursibus demonū tutos esse: uerū etiā ne fato q̄dē teneri. μια inquit φυλακη ευσεβεια. ευσεβους γαρ ανθρωπου ουτε δαιμων κακος ουτε ειμαρμενη κρατει. θεος γαρ ρυεται τον ευσεβη εκ παντος κακου. γαρ εν και μονον εν ανθρωποις εστιν αγαθον ευσεβεια. id est una inquit custodia pietas. Pium enī hominē nec dęmō malus: nec fatum tenet. nā deus liberat pium ab omni malo. quod unū & solū in hominibus bonū est pietas. Quid sit autē ευσεβεια. i. pietas alio loco his uersibus testatur dicens. η γαρ ευσεβεια γνωσις εστι του θεου. id est pietas enim notio est dei. Asclepius autē auditor eius: eandem sententiā latius explicauit. in illo sermone pfecto quem scripsit ad Regem. Vterq̄ uero dęmonas esse affirmat inimicos & uexatores hominū. quos ideo Trimegistus αγγελους πονηρους id est angelos malignos appellat. adeo non ignorauit ex cęlestibus deprauatos terrenos esse cępisse.

Ca. xvii. Quod hi astrologiam aruspicinam & oēs artes reprobas iuenerūt: & p suaserūt cultū idolorū per miracula. & uarias fallaciarū tendiculas.

Eorum inuenta sunt astrologia: & aruspicina: & auguratio & ipsi quę dicunt̄ oracula: & necromantia: & ars magica. & quicquid pręterea malorū exercēt homines: uel palā: uel occulte: quę omnia per se falsa sunt: ut Sibylla erythrea testatur: επει πλανητων ταυτα δ' εστι τα παντα ματαιων ανδρων ερευνωντ' ηματα παντα. id ē quia error hęc oīa sūt quę stulti homines scrutant̄ quotidie. Sed iidem ipsi authores pręsentia sua faciunt: ut uera esse credant̄. Ita hominū credulitatē mentita diuinitate deludunt quod illis uerū aperire nō expedit. Hi sūt q̄ imagīes & simulacra fingeē docuerūt: q̄ ut hominū mētes a cultu ueri dei auerterēt: effictos mortuorū Regū uultus & ornatos exq̄sita pulchritudine statui cōsecrariq̄ fęcerūt. & illorū sibi noīa quasi psonas aliq̄s īduerūt sed eos Magi & ii quos uere malficos uulgus appellat: cū artes suas execrabiles exercēt: ueris suis

nominibus ciet illis cęlestibus quę in litteris sanctis legũtur. Hi porro incesti ac uagi spiritus: ut turbent omnia & errores humanis pectoribus effundant: ferunt ac miscent falsa cũ ueris. Ipsi eni cęlestes multos finxerũt esse. unũq; Regẽ omniũ Iouem: eo q multi sunt spiritus angelorũ in cęlo. & unus parens ac dominus omniũ deus. sed ueritatẽ mentitis nominibus inuolutã ex oculis abstulerũt. Nã deus ut i pncipio docui: neq; nomine cũ solus sit: eget: neq; angeli cũ sint imortales: dici se deos aut patiuntur: aut uolunt. quorũ unũ solũq; officiũ est: seruire nutibus dei. nec omnino quicq̃ nisi iusta facere. Sic eni mũdũ regi a deo dicimus: ut a rectore prouinciã. cuius apparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit: quis illorũ ministerio res gerat̃. Et hi tamẽ possunt aliquid preter iussa rectoris: per ipsius ignorantiã quę est conditionis humanę. Ille autẽ prẽses mundi & rector uniuersi: qui scit omnia: cuius diuinis oculis nihil septũ est: solus habet rerũ omniũ cũ filio suo potestatẽ. nec est in angelis quicq̃: nisi parendi necessitas. Itaq; nullũ sibi honorẽ tribui uolũt: quorum honor in deo est. Illi autẽ qui desierunt a dei ministerio: quia sunt ueritatis inimici & preuaricatores: dei nomen sibi & cultũ deorũ uendicare conant̃: nõ quo illũ honorẽ desiderent. Quis enim honor pditus ẽ: nec ut deo noceãt: cui noceri non põt: sed ut hominibus quos nituntur a cultura & noticia uerę maiestatis auertere: ne imortalitatẽ adipiscĩ possint: quã ipsi sua nequicia pdiderunt. Effundũt itaq; tenebras. & ueritatẽ caligine obducunt: ne dominũ: ne patrẽ suũ norint. & ut illiceant facile in templis se occulunt: & sacrificiis ipsis presto adsunt. Eduntq; sępe pdigia: qbus obstupefacti homines fidẽ cõmodent simulacris diuinitatis ac numinis. Inde ẽ q ab augure lapis nouacula icisus ẽ & q Iuno ueiis migrare se Romã uelle respondit. q fortuna muliebris piculũ denũtiauit: q Claudię manũ nauis secuta ẽ. q in sacrilegos & Iuno nudata: & Locrẽsis Proserpina: & Ceres milesia uindicauit: & Hercules de Appio. & Iuppiter de Atinio: & Minerua de Cesare. Hinc q serpens urbem Romam pestilentia liberauit. Epidauro arcessitus.

Nam illud demoniarches ipſe in figura ſua ſine ulla diſſi-
mulatione perductus ē: ſiquidē legati ad eā rem miſſi dra-
conē ſecum mirę magnitudinis attulerūt. In oraculis au
tē uel maxime fallunt: quorū pręſtigias prophani a ueritа
te intelligere non poſſunt. Ideoq̄ ab illis attribui putāt: &
imperia: & uictorias & opes: & euentus proſperos rerum
Deniq̄ ipſo tum nutu ſępe Rēpub. periculis īminentibus
liberatā. Quę pericula & reſponſis denuntiauerūt: & ſacri-
ficiis placati auerterūt. ſed omnia iſta fallacię ſunt. Nā cū
diſpoſitiones dei pręſentiāt. quippe qui miniſtri eius fue
runt: interponūt ſe in his rebus. ut quęcūq̄ a deo uel facta
ſūt: uel fiunt: ipſi potiſſimū facere aut fęciſſe uideant̄. Et
quotiens alicui populo uel urbi ſecundū dei ſtatutū bo-
ni quid īpendet: illi ſe id facturos: uel prodigiis: uel ſōniis
uel oraculis pollicent̄ ſi ſibi tēpla ſi honores: ſi ſacrificia
tribuant̄. Quibus datis cū illud acciderit: quod neceſſe ē:
ſūmā ſibi pariunt uenerationē. Hinc tēpla deuouent̄. & no-
ue imagines conſecrant̄: mactant̄ greges hoſtiarū. Sed cum
hęc facta ſūt: nihilominus tñ & uita & ſalus eorū qui hęc
fecerint: īmolant̄. Quotiens aūt pericula impendent: ob ali
quā ſe ineptā & leuē cauſam profitentur iratos. ſicut Iuno
Varroni q̄ formoſum puerū in tēplo Iouis ad exuuias te-
nendas collocarat. & ob hanc cauſā Romanū nomē apud
Cannas pene deletū eſt. Quod ſi Iuno alterū Ganymedem
uerebatur: cur iuuentus Romana luit pęnas? Vel ſi dii tan
tūmodo duces curant: cęterā multitudinē negligūt: Cur
Varro ſolus euaſit: q̄ hoc fęcit? Et Paulus qui nihil meru
it occiſus eſt? Videlicet nil tunc Romanis accidit fatis Iu-
nonis inique: cū Hanibal duo exercitus populi Romani &
aſtu & uirtute cōfęcit. Nā Iuno audere nō poterat aut Car
thaginē defendere. ubi arma eius & currus fuit. aut Roma
nis nocere. quia ꝓgeniē troiano a ſanguine duci
Audierat: Tyrias olim quę uerteret arces. Sed illorū ſūt iſ
ti luſus: qui ſub nominibus mortuorū delitеſcētes uiuen
tibus plagas tendūt. Itaq̄ ſiue illud ꝑiculū quod īminet:
uitari poteſt: uideri uolunt id placati auertiſſe. ſiue nō pōt
id agūt: ut ꝓpter illorū cōtēptū accidiſſe uideat̄. Itaq̄ ſibi

apud homines qui eos nesciunt: autoritatem ac timorem pariunt. Hac uersutia & his artibus noticiā ueri ac singularis dei apud omnes gentes inueterauerūt. Suis enim uicus perditis sequiunt: & crassantur: ut perdant. Iccirco etiā humanas hostias excogitauerūt: ipsi hostes humani generis ut q̄multas deuorarent animas.

¶ C. xviii. Cur deus humano generi sic patiat̄ illudi: & q̄ tribus de causis uana ē eorū religio.

Dicet aliquis: cur ergo deus hec fieri patit̄. nec tā malis succurrit erroribus: ut mala cū bonis pugnent. ut uitia sint aduersa uirtutibus. ut habeat alios quos puniat: alios quos honoret. Vltimis enim temporibus statuit de uiuis ac mortuis iudicare. de quo iudicio mihi erit in ultimo libro disputatio. Differt ergo donec ueniat tempo rū finis. quo effundat irā suā in potestate ac uirtute cęlesti sicut uatū prędicta priorum terribili monitu horrificāt. Nūc aūt patitur homines errare: & aduersum se quoq; impios esse: ipse iustus & mitis & patiens. Nec enim fieri pōt ut non is in quo perfecta sit uirtus sit etiā perfecta patientia. Vnde qdam putant: ne irasci qdem deum oino: q̄ affectibus q sunt perturbatōes animi subiectus non sit. qa fragile est omne animal: quod afficitur: & commouet. Quę p̄suasio ueritatē atq; religionē funditus tollit Sed seponat̄ interim locus hic nobis. de ira dei differendi: q̄ & uberior ē materia: & opere proprio latius exequenda. Illos ergo nequissimos spiritus quisquis ueneratus fuerit: & secutus: nec cęlo nec luce potietur: quę sunt dei. sed in illis decidet: quę in distributōe rerū attributa esse ipsi malorum principi disputauimus. i tenebras scilicet & iferos & in supplicium sempiternū. Docui religiones deorū triplici mō uanas esse. Vno q̄ simulacra ipa quę colunt: effigies sint hominū mortuorū. Est autē peruersum & incongruens: ut simulacrū hominis a simulacro dei colat̄ Colit enim quod ē deterius & imbecillius. Tū inexpiabile facinus esse: deserere uiuentē ut defunctorū monumētis seruias. qui nec uitam nec lucē dare cuiq̄ possunt qua ipsi carent. Nec esse alium

quenq̄ deum pręter unum:cuius iudicio ac potestati om-
nis aiā subiecta sit. Altero ꝙ ipse imagines sacrę:quibus in
anissimi hoīes seruiūt:omni sensu carēt:quoniā terra sint
Quis autē non ītelligat nefas esse:rectū animal curuari: ut
adoret terrā? Quę iccirco pedibus nostris subiecta ē:ut cal
canda nobis nō adoranda sit:qui sumus ideo excitati. & ex
eo statū sublimē pręter cęteras animantes accępimus: ut ñ
reuoluamur deorsum. nec hūc cęlestē uultū ꝓiciamus ad
terrā. sed oculos eo dirigamus. quo illos naturę suę condi
tio direxit. nihilq̄ aliud adoremus: nihil colamus: nisi soli
us artificis parentisq̄ nostri unicū nomē:q pręterea homi
nē rigidū figurauit: ut sciamus nos ad superna & cęlestia
ꝓuocari. Tertio ꝙ spiritus q presunt ipis religionibus:cō
demnati & abiecti. adeo per terrā uolutent̄:q nō tantū ni-
hil prestare cultoribus suis possint: quoniā rerū potestas
penes unum ē. Verū etiā mortiferis eos illecebris & errori
bus perdāt. quoniā hoc illis quotidianū est opus:tenebras
hominibus obducere: ne quęrat̄ ab illis uerus deus. Nō igi
tur colendi sunt:q sententię dei subiacent. Est enī piaculū
maximū addicere te potestati eorū:qbus si iustitiā sequa-
ré:potentior esse possis: & eos adiuratione diuini nominis
expellere ac fugare. quod si apparet religiones istas tot mo
dis esse uanas quibus docui:manifestū est eos qui uel mor
tuis supplicant:uel terrā uenerant̄:uel spiritibus īpuris aī
mas suas mancipant:rationē hominū nō tenere eosq̄ īpie-
tatis ac sceleris sui supplicia pensuros. qui rebelles aduer
sus parentē generis humani deū: suscepti inexpiabilibus
sacris fas omne uiolauerunt.

C. xix. Quod ī cultu simulacrorū nulla pōt esse religio
Nā a simulatione:id ē a fallacia dicta sunt.

Q Vicunq̄ igit̄ sacramentū hominis tueri: rationemq̄
naturę suę nitit̄ obtinere:ipse se ab humo suscitet. &
erecta mente oculos suos tendat in cęlū. non sub pedibus
quęrat deū. nec a uestigiis suis eruat:quod adoret. qa quic
quid homini subiacet:infra hominē sit necesse est. sed quę
rat in sublimi:quęrat in summo:quia nihil potest homine

maius esse: nisi quod fuerit supra hominem: deus autē maior ē homine: supra ergo nō infra ē. Nec ī ima potius sed in sūma regione querendus ē. Quare non ē dubiū: qn religio nulla sit: ubicūq simulacrū ē. Nā si religio ex diuinis rebus ē: diuini autē nihil ē: nisi in cęlestibus rebus: Carent ergo religione simulacra: qa nihil pōt esse cęleste in ea re quę fit ex terra. Quod qdē de nomine ipso apparere sapiēti pōt Quicquid enī simulaē: id falsum sit necesse ē. nec pōt unq̄ ueri nomē accipere: quod ueritatē phuco & imitatōe mentiē. Si aūt oīs imitatio nō res potissimū seria: sed q̄si ludus ac iocus ē: nō religio in simulacris: sed nimus religionis ē Prężferendū est igiē uerū oībus falsis. Calcanda terrena ut cęlestia consequamur. Ita enī res se habet: ut qsq: animā suam cuius origo de cęlo ē: ad iferna & ima ꝓstrauerit: eo cadat quo se ipse deiecerit. Ideoq oportet rōnis ac status sui memorē nō nisi ad superna niti semp ac tendere. Quod q fęcerit: hic plane sapiens: hic iustus: hic homo: hic cęlo deoq dignus iudicabiē. quē suus parēs nō humilē: nec ad terrā more quadrupedū: sed stantē potius ac rectum sicut eū fęcit: agnouerit.

C. xx. Breuis epilogus q̄ docet gentibus superatis sibi a Philosophis grauius imminere certamen.

PEracta est igitur ni fallor: magna & difficilis suscepti operis portio: & maiestate cęlesti suggerente nobis dicendi facultatē inueteratos depulimus errores. Nūc uero maior nobis ac difficilior cū philosophis ꝓposita luctatio ē. quorū summa doctrina & eloquentia quasi moles aliqua mihi opponitur. Nā ut illic multitudine ac prope consensu omniū gentiū premebamur: ita hic authoritate p̄stantiū omni genere laudis uirorū. Quis autē nesciat: plus esse momēti in paucioribus doctis: q̄ in pluribus īperitis Sed nō ē desperandū istos quoq de sententia deo ac ueritate ducibus posse depelli. Nec tam pertinaces fore arbitror ut clarissimū solem sanis ac patentibus oculis uidere se egent. modo illud uerū sit: quod ipsi solēt ꝓfiteri studio inuestigandę ueritatis se teneri. Efficiā ꝓfecto ut quęsitam

ueritatē diu & aliquādo īuentam esse credant. & humanis ingeniis inueniri non potuisse fateantur.

Lactantii firmiani diuinarū institutionū aduersus gentes Liber Tertius. Cōmendat in primis ueritas. & omni pferē eloquentię. & quare eā non sint assecuti philosophi: aperit. & quare stylo simplici sacra scribant eloquia & quod phi losophis tunc maxime credendū est: cū suam ignorantiā profitentur. prefacio. Capitulū primum.

Vellem mihi quoniam ueritas ī obscuro latere adhuc existimat: uel errore atq; imperitia uulgi uariis & ieptis superstitionibus seruiētis: uel philosophis prauitate ingeniorū turbantibus eā potius q̄ illustrantibus: etsi nō qualis in. M. Tulio fuit: quia pręcipua & admirabilis fuit: aliquā tñ pximam eloquētię contingere facultatē. ut quātū ueritas ui sua pro pria ualeat: tantū īgenii quoq; uiribus nixa exereret se aliquādo. & discussis cōuictisq; tā publicis: q̄ eorū q sapientes putant: erroribus. humano generę clarissimū lumē iferret. Quod quidē duabus ex causis fieri uellē. uel quod magis possent credere homines ornate ueritati qui etiā mēdacio credunt: capti oratōnis ornatu lenocinioq; uerborum: uel certe ut ipsi philosophi suis armis potissimū: qbus placere sibi & confidere solent: opprimerent a nobis. sed qm̄ deus hāc uoluit rei esse naturā: ut simplex & nuda ueritas esset luculentior: quia satis ornata p se ē: Ideoq; ornamētis extrinsecus additis pbucata corrūpit. Mendaciū uero specie placet aliena: quia p se corruptū uanescit ac defluit: ni si aliunde ornatu quęsito: circūlitū fuerit ac politū: ęquo aio fero īgeniū mihi mediocre fuisse cōcessum. Verū ergo nō eloquentię sed ueritatis fiducia suscępi hoc opus. ma ius fortasse q̄ possit meis uiribus sustineri. quod tñ etiā si ego defeceri deo cuius ē hoc munus adiuuāte: ueritas ipa cōplebit. Eteni cū sciā maximos quoq; oratores a causidicis mediocribus sępe uictos: q tāta ē potentia ueritatis: ut seipsam q̄uis in rebus exiguis sua claritate defendat: Cur

hanc ego in maxima causa ab ingeniosis quidem ac illis di sertis uiris: sed tñ falsa dicẽtibus oppressum iri putẽ: ac nõ illa si nunus oratione nostra quę de tenui fonte admodũ exilis emanat: lumine tamẽ suo: clara & illustris appareat. Nec si Philosophi doctrina litterarũ mirabiles extiterint. ego etiã illis scientiã ueri cognitionẽq; concesserim quã ne mo cogitando aut disputando assequi põt: Neq; enĩ nunc reprehendo eorũ studiũ: qui ueritatẽ scire uoluerũt: quia naturã hominis deus ueri adipiscendi cupientissimã fęcit. sed id arguo: id reuinco: q; honestã illorũ & optimã uolũ tatẽ non sit secutus effectus: qa neq; quid esset uerũ ipsum: sciebant: neq; quomõ aut ubi aut qua mẽte quęrẽdũ. ita dũ succurrere humanis erroribus cupiũt: ipsi se in plagas & errores maximos iduxerũt. Ad hoc igit̃ me opus coarguẽ di philosophiã: susceptę materię ordo ipse deduxit. Nã cũ error oĩs aut ex religione falsa oriat̃: aut ex sapiẽtia: ĩ eo cõ uincendo necesse ẽ utrũq; subuertere. Cũ enĩ sit nobis diui nis litteris traditũ: cogitationes omniũ Philosophorum stultas esse: id ipsum re & argumentis docendũ ẽ: neqs bo nesto sapientię nomẽ ĩductus: aut inanis eloquetię splendo re deceptus: humanis malit q̃ diuinis credere. quę quidem tradita sunt breuiter ac nude. Nec enĩ decebat aliter: ut cũ deus ad hominẽ loqueret̃: argumẽtis assereret suas uoces: tanq̃ fides ei non haberet̃: sed ut oportuit: ẽ locutus. q̃si re rũ omniũ maximus iudex cuius nõ ẽ argumẽtari: sed pnũ ciare. Verũ ipse ut deus. Nos autẽ cũ ad res singulas testi monia diuinę uocis habeamus: pfecto mõstrabimus: quã to certioribus argumentis possũt uera defendi. cũ etiã fal sa sic defendant̃: ut uera soleant uideri q̃re nõ ẽ quod phi losophis tantũ honoris habeamus: ut eorũ eloquẽtiã perti mescamus. Loqui enĩ bene potuerũt ut homines eruditi: uere aũt loqui nullo modo: qa ueritatẽ nõ didicerãt ab eo qui eius potens esset. Nec sane magnũ aliquid efficiemus: q̃ illos ignorantię arguemus: quã ipi sepissime cõfitentur in eo solo q̃niã nõ credit̃: in q̃ solo credi debuit: conabor ostẽdere nunq̃ illos tam ueridicos fuisse: q̃ cum sententiã de sui ignoratione dixerunt.

liber 3

C.ii. Quod ipso nomine Philosophię cōuincit̄ q̄ ianis fuerit gentiliter philosophantiū occupatio.

NVnc quoniā duobus superioribus libris religionū
falsitas demonstrata ē: necnō origo tocius erroris ex
posita: huius libri munꝰ ē philosophiā quoq; ostēdere: q̄ ī
anis & falsa sit. ut omni errore sublato: ueritas patefacta
clarescat. Ordiamur itaq; a cōmuni philosophię nomine.
ut ipso capite destructo facilior nobis aditus pateat ad ex
cidendū omne corpus. si tn̄ pōt corpus uocari: cuius par
tes ac mēbra discordēt. nec ulla cōpage inter se cohęreant:
sed quasi disiecta & dissipata palpitare potius q̄ uiuere ui
deant̄. Philosophia ē: ut nomē indicat: ipsiq; definiūt studi
um sapientię. Unde igit̄ pbē magis philosophiā nō esse sa
pientiā. q̄ ex ipsius nominis significatione. Qui enī sapiētię
studet: utiq; nondū sapit. sed ut sapere possit: studet. In cę
teris artibus studiū quid efficiat: & quo tēdat: apparet. q̄s
cū discendo aliquis assecutus ē: iā non studiosus artificii:
sed artifex nominat̄. At enī uerecundię causa studiosos se
sapientię: nō sapientes uocauerūt. Immo uero Pythagoras
qui hoc pmus nomē inuenit: cū paulo plus saperet: q̄ illi p
ores q̄ se sapientes putauerūt. intellexit nullo humano stu
dio posse ad sapientiā puenıri. & ideo nō oportere incōpre
hensę atq; ipfectę rei pfectū nomē iponi. Itaq; cū ab eo quę
reret̄: quē nā se pfiteret̄: Respondit philosophū. i. quęsitorē
sapientię. Si ergo philosophia sapientiā quęrit: nec ipsa sapiē
entia ē: qa necesse ē aliud esse quod quęrit: aliud quod quę
rit̄: nec quęsitio ipa recta ē. quia nihil pōt inuenire. Ego ue
ro ne studiosos quidē sapientię philosophos esse cōcesserī:
quia illo studio ad sapientiā nō puenit̄. Nā si facultas inue
niendę ueritatis huic studio subiaceret: & si esset id studi
um tanq̄ iter ad sapientiā: aliquādo esset inuenta. Cū uero
tot tēporibus tot ingeniis in eius inquisitione cōtritis nō
sit cōprehensa: apparet nullā esse ibi sapiētiā. Nō ergo sapiē
tię student: qui philosophant̄: sed ipsi studere se putāt. qa
illud quod quęrunt: ubi aut quale sit: nesciūt. Siue ergo sa
pientię student: siue nō student: sapientes nō sūt. quia nūq̄

reperiri pōt: quod aut nō recte quęrit: aut oīno nō querit.

Ca. iii. Ex quibus rebus philosophia constet. Et qs fuerit author academicę secte: quę nihil recte definit q̄ solā opinionē esse in philosophia gētiliū qui ideo plus audēt: qa errores eorū nō arguit nisi deus.

Videamus tamē id ipsum possit ne hoc studio reperiri aliquid an nihil. Duabus rebus uidet philosophia constare: scientia & opinatione: nec ulla alia re. Scientia ab igenio uenire nō pōt: nec cogitatōe cōprehendi: qa in seipso habere propriā sciētiā non hominis sed dei ē. Mortalis aūt natura non capit scientiā: nisi quę ueniat extrinsecus. Iccirco enim oculos & aures & ceteros sensus patefecit i corpore diuina solertia: ut per eos aditus scientia perueniret ad mentē. Nā causas naturaliū rerū disquirere: aut scire uelle sol utrū ne tātus quātus uidet: an multis partibus maior sit q̄ omnis hęc terra: Itē luna globosa sit: an cōcaua: & stellę utrū ne cohęreant cęlo: an per aerē libero cursu ferant: Cęlū ipsum qua magnitudine: qua materia constet: utrum quietū sit: an mobile: an incredibili celeritate uoluat: Quāta sit terrę crassitudo: aut quibus fūdamentis librata & suspensa sit. Hęc inquā disputando & coniecturis uelle cōprehendere: tale est ,pfecto: quale si disserere uelimus: qualē esse arbitramur cuiuspiā remotissimę gentis urbē: quā nūq̄ uidimus: cuiusq̄ nihil aliud q̄ nomē audiuimus. Si nobis ī ea re scientiam uendicemus: quę nō pōt sciri: nōne insanire uideamur: qui id affirmare audiamus: in quo reuinci possimus: Quāto magis qui naturalia quę sciri ab homine nō possunt: scire se putant: furiosi dementesq̄ sunt iudicandi. Recte ergo Socrates & eum secuti Academici scientiā sustulerunt: quę nō disputantis sed diuinātis est. Superest ut opinatio in philosophia sola sit. Nā unde abest sciētia: id totū possidet opinatio. Id enim opinat quisq̄: quod nescit. Illi autē qui de rebus naturalibus disputant: opinanē ita esse: ut disputant. Nesciūt igit ueritatē: quoniā scientia certi est. opinatio icerti. Redeamus ad illud superius exemplū Age opinemur de statu & qualitate urbis illius: quę nobis

rebus omnibus preter nomē ignota ē. Verisimile ē i plano sitā lapideis menibus: edificiis sublimibus: uns pluribus magnificis ornatisq; delubris. Describamus si placet mores habitūq; ciuium. sed cū hec dixerimus: alius contraria disputabit: & cū hic quoq; perorauerit: surget & tertius: & alii deinceps. & opinabuntur multo disparia: q̄ nos sumus opinati. Quid ergo erit ex omnibus certius? Fortasse nihil At oīa sunt dicta: que in rerū naturā cadunt. ut necesse sit aliquid eorū esse uerū. at nescitur: quis uerū dixerit. potest fieri: ut oēs ex parte aliqua errauerint: ex parte attigerint ueritatē. Stulti ergo sumus: si hoc disputatione queramus. Potest eni superuenire aliquis: qui opiniones nostras deri deat. nosq; pro isanis habeat. q uelimus: id quod nescimus quale sit opinari. Verū nō opus est longe posita conquirere. Vnde nemo fortasse ueniat: qui nōs redarguat. Age opinemur: quid nunc in foro geraē: quid in curia. logū est id quoq; dicamus. interposito uno pariete quid fiat. nemo pōt id scire: nisi q audiuerit aut uiderit. Nullus eni audet id dicere: quia statim nō uerbis: sed re ipsa Presenti refutabitur. Atqui hoc idem faciūt Philosophi: qui disputant i celo quid agaē. sed eo se id impune facere arbitranē: quia nullus existit: qui errores eorū coarguat. Quod si existimarēt descensurū esse aliquem qui eos deliratre ac mētiri doceret: nunq̄ quicq̄ de his rebus quas scire nō possunt: disputarent. Nec tamē ideo felicior putanda est eorū ipudentia & audatia: qa nō redarguūē. Redarguit. n. deus: cui soli ueritas nota ē. licet cōuiuere uideaē. eamq; hominum sapientiam pro summa stultitia computat.

C. iiii. Quō Zenō & Socrates totā philosopiā sustulerunt de medio. & quasi quodam ciuili bello suis cōfecta est armis.

Recte igitur Zeno ac Stoici opinationē repudiarunt Opinari eni te scire: quod nescias: nō est sapientis: sed temerarii potius ac stulti. Ergo si neq; sciri quicq̄ potest: ut Socrates docuit: nec opinari oportet: ut Zeno: tota philosophia sublata ē. Quid q nō tm ab his duobus euertiē:

qui philoſophię principes fuerunt: ſed ab omnibus ut iã
uideatur iampridem ſuiſ armis eſſe confecta: in multas ſec
tas philoſophia diuiſa eſt. & omnes uaria ſentiunt. In qua
ponimus ueritatẽ? in omnibus certe non põt. deſignemus
quanlibet. nempe in cęteris omnibus ſapientia nõ erit. Trã
ſeamus ad ſingulas. Eodem modo quicquid uni dabimuſ
cęteris auferemus. Vnaquęq; enim ſecta omnes alias euer
tit. ut ſe ſuaq; confirmet. Nec ulli alteri ſapere concedit: ne
ſe deſipere fateatur. ſed ſicut alias tollit: ſic ipſa quoq; ab
aliis tollitur omnibus. Nihilominus enim philoſophi ſũt
qui eam ſtultitię accuſant. Quãcunq; laudaueris: ueramq;
dixeris: a philoſophis uituperatur ut falſa. Credemuſ ne igi
tur uni ſe ſuamq; doctrinã laudanti: a multis unius alteri
us ignorantiã culpantibus? Rectius ergo ſit neceſſe ẽ quod
plurimi ſentiunt: quã quod unus. Nemo enim poteſt de ſe
recte iudicarẽ: quod nobiliſ poeta teſtatur. Ita enim compa
ratã eſſe hominũ naturã omniũ: aliena ut melius uideant:
& diiudicent: q̃ ſua. Cum igitur omnia ĩcerta ſint: aut om
nibus credẽdum ſit: aut nemini. Si nemini: ſapientes ergo
non ſunt quia ſinguli ſapientes ſe putant. ſi omnibus: ęque
non ſint ſapiẽtes: quia ſinguli ab omnibus eſſe negantẽ ſapi
entes. Pereunt igitur uniuerſi hoc modo: & tanq̃ ĩpartiatę
illi poetarum: ſic ſe ĩuicem iugulant ut nemo ex omnibus
reſtet. quod eo fit: quia gladium habent: ſcutum nõ habẽt
Si ergo ſingulę ſectę multarũ ſectarum iudicio ſtultitię cõ
uincuntẽ: omnes igitur uanę atq; ĩanes reperiuntẽ. Ita ſeipſã
philoſophia cõſumit & cõficit. Quod cũ ĩtelligeret Arce
ſilas Academie cõditor reprehenſiones omniũ ĩter ſe colle
git: confeſſionẽq; ignorãtię clarorum philoſophorũ. arma
uitq; ſe aduerſus omnes. Itaq; conſtituit nouã non philo
ſophãdi philoſophiã. Eo igitur authore duo philoſophię
genera eſſe cęperunt. Vnum illud uetus quod ſcientiam ſi
bi uendicat. alterũ nouũ repugnans quod eã detrahit. In
his duobus generibus uideo diſcidiũ & quaſi ciuile bellũ.
ſapientiam quę diſtrahi nõ põt: ĩ qua parte ponemus? Si na
tura rerum ſciri poteſt. hęc tyronũ caterua interibit. ſi non
poteſt ueterani cõficientẽ. ſi pares fuerĩt. nihilominus pĩbit

dux omnium philosophia: quia distracta est. Nihil enim potest sine interitu suo sibi esse contrariū. Si autē ut docui nulla potest esse in homine interna & propria scientia: ob fragilitatē conditionis humanę Arcesilę manus uincit. sed ne ipsa quidē stabit: quia nō pōt oīno nihil sciri.

Ca. v. Contra Academicos multa scire & natura rerū & uitę necessitas cogit.

Sunt enim multa quę natura ipa nos scire. & usus frequens & uitę necessitas cogit. Itaq pereundū est: nisi scias quę ad uitam sunt utilia: ut appetas: quę periculosa: ut fugias & uites. Preterea multa sunt: quę usus inuenit. Nam solis ac lunę uarii cursus: & meatus siderū: & ratio temporū deprehensa est & natura corporū a medicis herbarumq uires: & ab agricolis natura terrarū: nec nō hymbrium futurorū: ac tempestatū signa collecta sunt. Nulla deniq ars est: quę non scientia constet. Debuit ergo Arcesilas si quid saperet: distinguere: quę sciri posset: queue nesciri. Sed si id fecisset: ipse se in populū redigisset. Nam uulgus interdum plus sapit: quia tantū quantum opus est: sapit. a quo si queras utrum sciat aliquid: an nihil: dicet se scire quę sciat: fatebitur se nescire: quę nesciat. Recte ergo aliorū sustulit disciplinas. sed nō recte fundauit suam. Ignoratio enim rerum omniū non potest esse sapientia cuius est scire propriū. Ita cū philosophos expugnauerit: ac docuerit nihil eos scire: ipse quoq nomen philosophi perdidit: quia doctrina eius est: nihil scire. Nā qui alios reprehēdit: quod nesciant: ipse debet sciens esse. Cū autē nihil sciat quę peruersitas: queue insolentia est: ob idipsum se philosophū constituere, ppter quod cęteros tollat? Possunt enim sic respondere: si nihil nos scire conuincis. & ideo non esse sapientes: quia nihil sciamus: ergo ne tu quidem es sapiens quia te quoq cōfiteris nihil scire. Quid ergo pmouit Arcesilas nisi q confectis omnibus philosophis seipsū quoq eodem mucrone transfixit.

Ca. vi. Quomodo sapientia in medio errantiũ fuerit. Et Academici contra phisicos: & Phisici cõtra Academicos dimicauerint. Et quę sint Asistatarum exempla quęstionum. Et quę rationes cęlestium siue naturalium sciri nõ possint.

Nusquã ne igitur sapientia est? Immo uero inter philosophos fuit: sed nemo uidit. Alii putauerunt sciri posse omnia: sapientes utiq; non fuerunt. Alii nihil: ne hi quidem sapientes fuerunt. Illi quia plus homini dederunt. hi quia minus. Vtrisq; in utrãq; partẽ modus defuit. Vbi ergo sapientia est: ut neq; te omnia scire putes: quod dei est. neq; omnia nescire: quod pecudis. Est enim aliquid medium quod sit hominis. id est scientia cũ ignoratione coniuncta & temperata. Scientia in nobis ab anima est: quę oritur e cęlo: ignoratio a corpore quod ẽ e terra. Vnde nobis & cum deo: & cũ animalibus est aliqua cõmunitas. Ita quoniam ex his duobus constamus elementis: quorũ alterum luce preditũ est: alterum tenebris: pars nobis data est sciẽtię. pars ignorantię. per hunc quasi pontẽ transire sine cadẽdi periculo licet. Nã si illi omnes qui in alteram partem inclinauerunt: aut dextro aut sinistro uersus ceciderunt. Vtraq; aũt pars quomodo errauerit dicam. Academici cõtra phisicos ex rebus obscuris argumentati sunt: nullã esse sciẽtiam. & exemplis paucarum rerum incomprehensibilium contenti amplexi sunt ignorantiam: tanq̃ scientiã totam sustulissent: quia in partem sustulerant. Physici cõtra ex iis quę aperta sunt: argumentum trahebant sciri posse contentique perspicuis: retinebant scientiam tanquã totam defendissent: quia ex parte defenderant. Ita neq; hi clara: neq; illi obscura uiderũt. sed utriq; dum solam sciẽtiã consertis manibus: uel retinẽt: uel eripiũt. nõ uiderũt: ĩ medio constitutam fore: quę illos ad sapientiã transmitteret. Verũ Arcesilas ignorantię magister cum Zenoni obtrectaret principi Stoicorum ut totam philosophiam euerteret

authore Socrate suscępit hanc sententiam: ut affirmaret nihil sciri posse. Itaq coarguit ęstimationē philosophorū: qui putassent ingeniis suis erutam atq inuentam ueritatē uidelicet qa mortalis fuerat illa sapientia paucisq ante tēporibus instituta: ad summū iam incrementum peruenerat: ut iam necessario consenesceret: ac periret: repente extitit academia tanq̃ senectus philosophię. quę illā conficeret iā deflorescentē. Recteq uidit Arcesilas arrogantes uel potius stultos esse: qui putent: scientiam ueritatis coniectura posse cōprehendi. sed tamē falsa dicentē redarguere nō potest: nisi qui scierit ante quid sit uerū. quod Arcesilas ueritate nō cognita facere conatus: introduxit genus philosophię ασϋσ τατορ. quod latine instabile siue inconstans possumus dicere. Vt enim nihil sciendū sit: aliquid scire: necesse est. Nā si omnino nihil scias: idipsum nihil sciri posse: tolletur. Itaq qui uelut sentētię loco pronuntiat: nihil sciri: tanq̃ pręceptū ꝓfitetᷣ & cognitū: ergo aliquid sciri pōt. Huic simile est illud: quod in scholis ꝓponi solet: in asistati generis exemplū: somniasse quendā ne sōniis crederet. Si enim crediderit: tū sequitur: ut nō sit credendū. si autē nō crediderit: tū sequitᷣ: ut credendū sit. Ita si nihil sciri pōt: necesse ē: idipsum sciri: q nihil sciatᷣ. si autē scitᷣ: posse nihil sciri: falsum est ergo: quod dicitᷣ: nihil sciri posse. Sic inducitᷣ dogma sibi ipsi tepugnans: seq dissoluens. Sed homo uersutus cęteris philosophis: uoluit scientiā eripere: ut eā domi absconderet. Nā sibi illā profecto nō adimit: qui aliquid affirmat: ut cęteris adimat: sed nihil agit. Apparet enī ac furem suū ꝑdit. Quanto faceret sapientius ac uerius: si exceptione facta diceret: causas rationesq dūtaxat rerū cęlestium seu naturalium quia sunt abditę: nesciri posse: qa nullus doceat. nec quęri oportere: quia inueniri quęrēdo nō possūt. Qua exceptiōe īterposita: & physicos admonuisset: ne quęrerēt ea: quę modū excederēt cogitatōis humanę. & seipsam calūmnię inuidia liberasset. & nobis certe dedisset aliquid quod sequeremur. Nunc autem quoniam ab his sequēdis nos retraxerit: ne uelimus plus scire: quā possimus: non minus a se quoq ipso retraxit. Quis enim uelit

laborare: ne quicq̃ sciat: aut eiusmodi suscipere doctrinã ut etiam communem scientiam perdat. que si doctrina est scientia constet necesse est. Si non est quis tam stultus est: ut discendum id putet: in quo aut nihil discitur: aut oĩno dediscitur. Quare si neq̃ oĩa sciri possũt quod phisici putauerunt: neq̃ nihil quod Academici: philosophia omnis extincta est.

C. vii. De morali philosophia & quare sicut utilior: ita & cęteris philosophię partibus sit facilior. quę fuerit omniũ philosophorũ fere sentẽtię de sũmo bono.

Transeamus nunc ad alterã philosophię partẽ. quã ipsi moralem uocant. in qua totius philosophię ratio continetur. Si quidẽ in illa physica sola oblectatio ẽ: in hac etiã utilitas. & quoniã in disponẽdo uitę statu: formãdisq̃ moribus piculo maiori peccatur: maiorẽ diligẽtiam necesse est adhiberi. ut sciamus: quomõ nos oporteat uiuere. Illic enĩ põt uenia concedi: quia siue aliqd dicũt: nihil prosunt. siue delirant: nihil nocent. Hic uero nullus discidio: nullus errori est locus. Omnes unũ sentire oportet. ipsãq̃ philosophiã uno quasi ore pręcipere: quia si quid fuerit erratũ: uita omnis euertitũ. In illa priori parte: ut periculi minus. ita plus difficultatẽ: q̃ obscura rerũ ratio cogit diuersa & uaria sentire. Hic ut periculi plus: ita minus difficultatis. quod ipse usus rerũ & quotidiana experimenta possũt docere. quid sit uerius: & melius. Videamus ergo utrũ ne consentiãt: aut quid nobis afferant: quo rectius uita degatũ. Nõ necesse est omnia circumire. Vnũ eligamus ac potissimũ: quod est summũ ac principale: in quo tocius sapientię cardo uersatũ. Epicurus sũmũ bonũ ĩ uoluptate animi esse censet. Aristippus ĩ uoluptate corporis. Calliphon & Dynomachus cyrenaici: honestatẽ cũ uoluptate iunxerũt. Diodorus ĩ priuatõe doloris: sũmũ bonũ posuit. Hieronymus ĩ nõ dolẽdo. Peripatetici aũt ĩ bonis aĩmi & corporis & fortunę. Erilli sũmũ bonũ ẽ sciẽtia. Zenonis cũ natura cõgruẽter uiuere. quorundam Stoicorũ uirtutẽ sequi.

Aristoteles in honestate ac uirtute summum bonū collo-
cauit. Hę sunt fere omnium sententię. In tanta diuersitate:
quem sequimur? Cui credimus. Par est omnibus authori-
tas. Si eligere possumus quod ē melius: iā non est philoso
phia nobis necessaria: quia sapientes iā sumus: qui de sapiē
tū sentēciis iudicemus. Cū uero discendę sapiētię causa ue
niamus: quid possumus iudicare: qui nōdū sapere cęperi-
mus. maxime cū presto assit academicus: qui nos palio re
trabat: ac uetet cuiq̃ credere. nec tamē afferat ipse: quod se
quamur.

C. viii. Quod uera sapiētia docet sūmū bonū hominis non esse animi uel corporis uoluptatem. aut aliquid eorum quę a philosophis sunt proposita.

Quid ergo superest: nisi in omissis litigatoribus furi
osis ac pertinacibus: ueniamus ad iudicē illū: scilicet
datorē simplicis & quietę sapientię. qui nō tantū formare
nos ac inducere in uiā possit: uerū etiā de cōtrouersiis isto
rū ferre sentētiā. Hęc nos docet: quid sit hominis uerū ac
summū bonū: de quo priusq̃ dicere incipio: ille omnes sen
tentię sunt refellende. ut appareat: neminē illorū fuisse sapi
entē. Cum de officio hominis agat̃: oportet summū sūmi
animalis bonū in eo constitui: quod cōmune cū ceteris aī
malibus esse non possit. sed ut feris dētes: armentis cornua
uolucribus pennę propria sunt: sic homini aliquid suum
debet ascribi: sine quo rationē suę cōditionis amittat. Nam
quod uiuendi aut generandi causa datū est omnibus. ē qui
dem bonū naturale: summum tamē nō ē: nisi quod est uni
cuiq; generi propriū. Sapiens ergo nō fuit: qui summū bo
nū credidit aīmi uoluptatē: quoniā siue ulla securitas siue
gaudium est: communis est omnibus. Aristippo ne respō
dendū quidē duco: quē corporis semp uoluptatē tuentē:
nihilq; aliud q̃ uentri & ueneri seruientē nemini dubium
est hominem non fuisse. Sic enim uixit: ut nihil inter eum
pecudemq; distaret: nisi unum: quod loquebatur. q; si asi-
no aut cani: aut sui: facultas loquendi tribuatur: quęrasq;
ab iis quid sibi uelint: cū feminas tam rabide consectant̃.

ut uix diuelli queant.cibos etiam potumq; negligant. Cur aut alios mares uiolenter abigant:aut ne uicti quidem absistant sed a fortioribus sępe contriti:eo magis isectentur. Cur ne hymbres nec frigora pertimescant·laborē suscipiāt periculū nō recusent? Quid aliud respondebunt?nisi summū bonū esse corporis uoluptatē.eā se appetere:ut afficiātur suauissimis sensibus.eosq; esse tāti:ut assequēdo iū causa.nec laborē sibi ullū:nec uulnera:nec mortē ipsā recusandā putēt. Ab his ne igit̄ pręcęptā uiuēdi petemus:qui hoc idē sentiūt:quod aię rōnis expertes? Aiūt Cyrenaici uirtutē ipsā ex eo ipso esse laudādā:q; sit efficiēs uoluptatis. Nō erro ergo iqt obscęnus canis:aut sus ille lutulētus?nā ideo cū aduersario sūma uiriū cōtentione depugno: ut uirtus mea pariat mihi uoluptatē.cuius exps sim necesse ē: si uictus abscessero Ab his ergo saper discemus:quos a pecudibus ac bęluis nō sententia sed lingua discernit? Priuationē doloris sūmū bonū putar̄:nō plane Peripateticorū ac Stoicorū·sed Cynicorū Philosophorū ē. Quis enī nō itelligat ab ęgrotis:& i aliquo dolore positis:esse hoc disputatum Quid tā ridiculū:q̄ id habere p sūmo bono:quod medicus possit dare? Dolēdū ē ergo:ut fruamur bono:& qdem grauiter.ac sępe:ut sit postea nō dolere iocūdius. Miserrimus ē igit̄:q nunq̄ doluit:qa bono caret: quē nos fęlicissimū putabamus:qa malo caruit. Ab hac uanitate nō longe abfuit:q oīno nihil dolere sūmū bonū dixit. Nam pręterq̄ quod omne animal doloris ē fugiēs:qs pōt sibi hoc bonū prestare· quod nobis ut eueniat:nihil aliud possumus q̄ optare. Sūmū autē bonū nō pōt efficere quenq̄ beatū: nisi semp fuerit i ipsius potestate. Hoc autē nō uirtus hoīni:nō doctrina:nō labor:sed natura ipsa cūctis animātibus pręstat: Qui uoluptatē cū honestate iunxerūt: coīonē hāc effugere uoluerunt. sed effęcerunt repugnans bonum.quoniā qui uoluptati deditus est:honestate careat:necesse est. qui honestati studet: uoluptate. Peripateticorū bonum nimium multiplex exceptis animi bonis.quę ipsa quę sint:magna contentio est:commune cum beluis potest uideri. Nam corporis bona. id est incolumitas. indolentia. ualitudo .

nō minus sunt mutis: q̄ homini necessaria. ac nescio an etiam magis:quia homo & medelis:& ministeriis subleuari potest:muta nō possunt.Itē quę appellant fortunę bona:nā sicut homini opibus ad uitam tuendā:ita illis preda & pabulis ē opus.ita inducendo bonū:quod nō sit in hominis potestate:totū hominē alienę ditioni subiugauerunt. Audiamus etiā Zenonē.Nā is īterdū uirtutē somniat.Sūmū inquit ē bonū:cū natura consentanee uiuere.Beluarū igitur nobis more uiuendū ē.Nā quę abesse debēt ab homine:in his oībus deprehendunt̄.uoluptates appetūt:metuūt:fallunt:insidiant̄:occidunt.Et quod ad rē maxime attinet:deū nesciunt.Quid ergo me docet:ut uiuā secūdū naturā:quę ipsa in deterius ꝓna ē:& quibusdā blādimētis lenioribus in uitia ꝑcipitat.uel si aliā mutorū:aliā hominis dicit esse naturā:q͡d homo ad uirtutē sit genitus:nō nihil dicit.sed tamē nō erit diffinitio sūmi boni:q͡a nullū est animal:quod nō secūdū naturā suā uiuat.Qui sciētiā summū bonū fecit:aliq͡d hōi ꝓpum dedit.sed scientiā alterius rei gratia homines appetūt:non ꝓpter ipsā.Quis eni scire contentus ē.nō expetens aliquē fructū scientię?Artes ideo discunt̄:ut exerceant̄.Exercēt aūt:uel ad subsidia uitę:uel ad uoluptatē:uel ad gloriā.Nō ē igit̄ sūmū bonū:quod ñ ꝓpter se expetit̄.Quid ergo interest utrū sciētiā sūmū bonū putemus:an illa ipsa quę scientia ex se pit.i.uictū:gloriā.uoluptatē:quę nō sūt homini ꝓpria:& ideo ne sūma q̄dē bona.Nā uoluptatis & uictus appetētia nō homini solū sed etiā mutis īest.Quid cupiditatis glorię?Nōne ī eqs deprehēdit̄:cū uictores exultant:uicti dolent

Tantus amor laudū.tantę ē uictoria curę.

Nec imerito sūmus poeta experiendū esse ait.

Et qs cuiq͡ dolor uicto quę gloria palmę.Quod si ea quę parit scientia:cōmunia sūt cū aliis aīalibus:ñ ē ergo sūmū bonū sciētia.Preterea ñ mediocre huius disputatōis ē uitium:q͡ sciētia nuda ponit̄.īcipiēt.n.beatiores uideri:q artē aliq̄ scierit.imo uero q & res malas scierit:ut tā beatus sit q uenena didicerit q̄ pař:q̄ q mederi.Quero igit̄ ad quā rē sciētia referēda sit?si ad causas rerū naturaliū:quę btitudo

erit mihi ꝓposita:si sciero unde Nilus oriat̃.uel qcq̄d de
cęlo Physici delirāt. Quid quod earū rerū nō ē sciētia sed
opinatio:quę ꝓ īgeniis uaria ē?restat ut scientia bonorū ac
malorū sūmū bonū sit.Cur ergo sciētiā maluit:q̄ ipsā sapi
ētiā sūmū bonū dicere?cū sit utriusq; significatio:& uis ea
dē?Nemo tñ adhuc sūmū bonū dixit eē sapiētiā·quod me
lius dici potuit.Nā sciētia parū ē ad bonū suscipiēdū:ma
lūq; fugiēdū.nisi accedat & uirtus.Multi.n.philosophorū
cū de bonis malisq; differerēt:aliter tñ q̄ loquebant̃:natura
cogēte uixerūt:qa uirtute caruerūt.Virtus aūt cū scientia
cōiuncta ē sapiētia.Supē ut eos etiā refellamus:q uirtutē sū
mū bonū putauerūt.i q̄ opinione etiā .M.T. fuit i q̊ mul
tū icōsiderati fuerūt.Nō enī uirtus ipsa ē sūmū bonū: sed
effectrix & mater ē sūmi boni:qm̄ pueniri ad illud sine uir
tute nō pōt.Vtrūq; itellectu ē facile.Quęro enī utrū ne ad
pręclarū illud bonū facile puenire putēt:an cū difficulta
te ac labore?expediant acumē suū errorēq; defendāt.Si faci
le ad illud: ac sine ullo labore pueniri pōt:sūmū bonū ñ ē
Quid enī nos cruciemus?qd cōficiamus enitendo diebus
& noctibus? Quādoqdē tā i ꝓmptu id quod quęrimus ia-
cet:ut illud qlibet sine ulla contētione animi deprehēdat.
sed si cōmuni quoq; ac mediocre quodlibet bonū nō nisi
labore asseqmur:qm̄ bonorū natura in arduo posita ē:ma
lorū i pręcipiti:Sūmo igit̃ labore sūmū bonū asseq̄ necesse
ē.quod si uerissimū ē:ergo altera uirtute opus ē:ut pueni
amus ad eā uirtutē:quę dicit̃ summū bonū.quod ē incon
gruens & absurdū:ut uirtus p se ipsā:pueniat ad seipsā. Si
nō pōt ad ullū bonū nisi p laborē pueniri:apparet uirtutē
esse p quā pueniat̃:qm̄ in suscipiēdis pferēdisq; laboribus
uis officiū uirtutis ē.Ergo sūmū bonū ñ pōt esse id prop
ter quod necesse ē ad aliud pueniri.Sed illi cū ignorarent:
qd efficeret uirtus:aut quo tenderet:honestius autē nihil
reperirent: substiterunt in ipsius uirtutis nomine. quam
nullo proposito emolumento:appetēdam esse dixerunt:ne
bonū sibi cōstituerent:quod bono idigeret. Aristoteles ab
his nō lōge recessit:q uirtutem cū honestate sūmū bonū
putauit.quasi ulla uirtus possit esse inhonesta. ac nō si qd

habuerit turpitudinis: uirtus esse desinat. sed uidit fieri posse: ut de uirtute prauo iudicio sentiat̃ male. & ideo ęstimationi hominũ seruiẽdũ putauit. Quod qui facit: a recto bonoq; discedit: quia non est in nostra potestate: ut uirtus pro suis meritis honestet̃. Nã quid est honestas: nisi honor perpetuus: ad aliquẽ secundo populi rumore delatus. Quid ergo fiet: si errore ac prauitate hominũ: mala ęstimatio subsequat̃? Abiciemus ne uirtutẽ: q̃a flagitiosa & turpis ab incipientibus iudicet̃? Quę quoniã inuidia p̃mi ac uexari põt: ut sit ipsum propriũ ac perpetuũ: nullo extrinsecus adiumento indigere debet: quĩ suis per se uirtutibus nitat̃ & constet. Itaq; nec ullũ ei ab homine bonũ seperãdũ est. nec ullum malum recusãdũ.

Ca. ix. Quid sit uere sapientis sũmũ bonũ. Et q̃ uitiosa fuerit ratio Anaxagorę ad qd natus sit homo.

Venio nunc ad uerę sapientię summũ bonũ. cuius natura hoc modo determinanda ẽ. Primũ ut solius hominis sit: nec cadat in ullũ aliud animal. Deinde ut solius animi nec communicari possit cum corpore. Postremo ut non possit cuiq; sine scientia & uirtute contingere. Quę circumscriptio illas omnes sententias excludit: ac soluit. Eorum enim quę dixerunt: nihil tale est. Dicam nunc qd sit: ut doceam quod institui: Philosophos omnes cęcos atq; insipientes fuisse. q̃ quod ẽ homini sũmũ bonũ constitutũ: nec uidere: nec itelligere: nec suspicari: aliquãdo potuerũt. Anaxagoras cũ ab eo quęreret: cuius rei causã natus esset: respondit. solis ac cęli uidendi. Hãc uocẽ admirãt̃ oẽs ac philosopho dignã iudicant. At ego hunc puto nõ inuenientẽ qd responderet: effudisse hoc passim: ne taceret. Quod quidẽ secũ si sapiẽs fuisset: comẽtatũ & meditatũ habere debuit: quia si quis rationem sui nesciat: ne homo sit quidẽ. sed putemus non extempore dictũ illud effusũ. Videamus in tribus uerbis quot & quanta peccauerit. Primum q; omne hominis officium in solis oculis posuit. nihil ad mentem referẽs. sed ad corpus oĩa. Quid si cęcus fuisset: officiũ ne hõis amittetre: quod fieri sine occasu aĩę nõ põt? Quid cetere corporis partes: nũ carebunt suis quoq;

muneribus? Quid quod plus ē in auribus quā in oculis si
tū. quoniā doctrina & sapientia percipi auribus solis pōt:
oculis solis nō potest. Cęli ac solis uidendi causa natus es.
Quis te in hoc spectaculū induxit? aut quid cęlo rerūq; na
turę uisio tua confert? Nimirū ut hoc imensum & admira
bile opus laudes? Confitere ergo rerū omniū esse constitu
torē deū. qui te i hūc mūdū quasi testē laudatorēq; tanti
sui operis induxit. Magnū esse credis uidere cęlū ac solem
Cur ergo gratias non agis ei qui huius beneficii author est
Cur nō ipsius uirtutē: prudentiā: potestatē metiris animo:
cuius opera miraris? Etenim necesse est ut multo mirabili
or sit: qui mirabilia fęcit. Si te quispiā uocasset ad cęnā: in
eaq; optime acceptus esses: nū sanus uiderere: si pluris face
res ipsam uoluptatē: q̄ uoluptatis authorē? Adeo Philoso
phi ad corpus omnia referunt. nihil prorsus ad mentē: nec
uidēt amplius: q̄ quod sub oculos uenit. At qui remotis
oibus officiis corporis i sola mente ponenda ē hominis ra
tio. ñ ergo ideo nascimur: ut ea quę sunt facta uideamus:
sed ut ipsum factorē rerū omniū cōtēplemur. i. mēte cerna
mus. Quare si quis hominē q uere sapit: iterroget: cuius rei
gratia natus sit? respondebit intrepidus ac paratus: colēdi
se dei gratia natū: qui nos ideo generauit. ut ei seruiamus.
Seruire aūt deo nihil aliud ē: q̄ bonis operibus tueri & cō
seruarē iusticiā. Sed ille ut homo diuinarū rerū iperitus: rē
maximā redigit ad minimū. duo sola deligēdo quę sibi di
ceret ītuenda. Quod si natū se esse dixisset: ut mundū ītue
rēt: quāq̄ oia cōprehenderet: ac maiori uterēt sono: tñ nō i
plesset hoīs officiū: qa quāto pluris ē aīa q̄ corpus: tanto
pluris ē deus q̄ mūdus: qa mundū deus fęcit: & regit. Nō
ergo mundus oculis: qa utrūq; ē corpus: sed deus aīa cōtē
plādus ē: qa deus ut ē ipe imortalis: sic aīum uoluit esse sē
piternū. Dei autē cōtēplatio ē uenerari & colere cōmunē pa
rētem generis humani. Quod si a physicis absfuit: proiecti
que in terram fuerunt diuina ignorando: existimandus est
Anaxagoras ad ea quę uidenda natum esse se dixit: nec cę
lum uidisse nec solem Expedita est igitur hominis ratio:
si sapiat cuius ppa ē hūanitas. nā ipsa hūanitas qd est nisi

iusticia. Quid est iusticia: nisi pietas. Pietas aūt nihil aliud est: q̄ dei parentis agnitio.

C.x. Quod ea que uident̄ hominis esse propria: ceteris quoq; animalibus cōmunia sunt: hominis uero propriū ē deū noscere & colere.

Summum igitur bonum hominis in sola religione ē. Nā cetera etiā que putantur esse homini propria: i ceteris quoq; animalibus repperiuntur. Cum enim suas uoces propriis inter se notis discernunt: atq; dinoscunt: colloqui uidentur: ridendiq; ratio apparet in his aliqua: cū demulsis auribus: contractoq; rictu & oculis i lasciuiā resolutis aut homini alludunt: aut suis quisq; cōiugibus ac fetibus propriis: Nōne aliquid amori mutuo & indulgentie simile impertiūt: Iā illa que sibi prospiciūt in futurū: & cibos reponunt. habent utiq; prouidentiā. rationis quoq; signa i multis deprehendunt̄. Nā quando utilia sibi appetunt: mala cauent: pericula uitant: latibula sibi parant in plures exitus dispatentia: profecto aliquid itelligūt. Potest aliqs negare illis inesse rationem: cū hominē ipsum sepe deludant; Nā quibus generandi mellis officiū ē: cū assignatas icolūt sedes: castra muniunt: domicilia inenarrabili arte cōponūt. Regi suo seruiunt. Nescio an in his sit pfecta prudentia. In certū est igitur: utrum ne illa que homini tribuunt̄: communia sint cū aliis uiuentibus. Religionis certe sunt expertia. Equidem sic arbitror uniuersis animalibus esse datā rationē: sed mutis tantummodo ad uitā tuēdā. homini aūt ad propagandā. Et quia in homine ipsa ratio pfecta ē: sapientia nominat̄: que i hoc eximiū facit hominē: q; soli datū est homini intelligere diuina. Qua de re Ciceronis uera est sententia. Ex tot inquit generibus nullū est animal preter hominē quod habeat noticiā aliquā dei. Ipsisq; in hominibus nulla gens ē: neq; tā mansueta: neq; tā fera: que non etiā si ignoret: qualē deum haberi deceat: tamē habendū sciat. Ex quo efficitur ut is agnoscat deū: qui unde ortus sit recordetur. Quia ergo philosophi uolunt animos omni metu liberare. Tollunt etiā religionē & orbant hominem suo

proprio ac singulari bono. quod est a recte uiuendo atq; ab omni humanitate disiunctũ: quia ut deus cuncta uiuẽtia subiecit homini. sic ipsum hominẽ sibi. Nã quid ẽ cur iidem ipsi disputent: eo dirigendam esse mẽtẽ: quo uultus erectus ẽ. Si enim nobis in cęlum spectandũ est. ad nihil aliud utiq; q̃ ob religionẽ. si religio tollit̃: nulla nobis ratio cũ cęlo ẽ. Itaq; aut eo est spectandũ: aut in terrã procumbẽdum. In terram procumbere si uelimus: quidẽ possumus: quorũ status rectus ẽ. In cęlũ igit̃ spectandũ est: quo natura corporis prouocat. Quod si cõstat esse faciẽdũ: aut ideo ẽ faciendũ: ut religioni seruiamus: aut ideo: ut rationẽ rerum cęlestium cognoscamus. Sed rationẽ rerũ cęlestiũ cognoscere nullo modo possumus: quia nihil eiusmodi põt cogitando inueniri: sicut supra docui: Religioni ergo seruiendũ ẽ. quã qui non suscipit: ipse se prosternit in terram & uitã pecudũ secutus humanitate se abdicat. Sapiẽtiores ergo imperiti: qui etiã si errant in religione deligẽda: tamẽ naturę suę conditionisq; meminerũt.

Ca. xi. Quod deus fecit hominẽ cupidũ religionis & sapientię. quorũ alterũ constare sine altero nõ põt. Et q; nihil eorũ quę mortales appetũt: sũmũ bonũ sit.

Constat igitur totius humani generis consensu religionem suscipi oportere. sed quomodo i ea erret̃: explicandum ẽ. Naturã hominis hanc deus esse uoluit: ut duarũ rerum cupidus & appetens esset: religionis & sapientię sed homines ideo fallunt̃: q; aut religionẽ suscipiunt omissa sapientia: aut sapientię soli student omissa religione: cũ alterũ sine altero esse nõ possit uerum. Cadũt ergo ad multiplices religiones. sed ideo falsas: quia sapientiam reliquerunt: quę illos docere poterat: deos multos esse non posse. Aut student sapiẽtię: sed ideo false: quia religionẽ sũmi dei omiserunt: qui eos ad ueri sciẽtiã potuit erudire. Sic homines qui alterutrũ suscipiunt: uiã deuiam maximisq; erroribus plenã sequunt̃: qm̃ i his duobus iseparabiliter cõnexis & officiũ hominis & ueritas oĩs iclusa ẽ. Miror itaq;

nullum omnino philosophorum extitisse: qui sedē ac domiciliū summi boni reperiret. Potuerunt enim sic quęrerē: Quodcūq; est sūmū bonū necesse est omnibus esse ppositū. Voluptas ē: quę appetitur a cūctis: sed hęc & cōmunis est cū beluis: & honesti uim non habet. & facietatē affert. & nimia nocet. & processu minuitur ętatis. & multis nō contingit. nā qui opibus carent: quorū maior ē numerus: etiā uoluptate careant necesse ē. Nō ē igiť summū bonū: sed ne bonū quidē uoluptas! Quid diuitię! Multo magis. Nā & paucioribus & plerunq; casu: & inertibus sępe: & nō nunq̄ scelere contingunt. & optanť ab us: qui eas iā tenent. Quid regnū ipsum! ne id quidē. Non enim cūcti homines regnare possunt. & necesse est uniuersos sūmi boni capaces esse. Quęramus igitur aliquid: quod propositū sit omnibus. Num uirtus! negari nō pōt: quin & bonū sit: & omniū certe bonū. Sed si beata esse nō pōt: quia uis & natura eius in malorū pferentia posita ē: nō ē pfecto sūmū bonū. Quęramus aliud. at nihil uirtute pulchrius nihil sapientia dignius inueniri pōt. Si enī uitia ob turpitudinē fugienda sunt uirtus igitur appetenda est ob decorē. Quid ergo! Potest ne fieri ut quod bonū: quod honestū esse constat: mercede ac pręmio careat: sitq; tā sterile: ut nihil ex se cōmodi pariat. Labor ille magnus & difficultas & eluctatio aduersus mala quibus hęc uita plena ē: aliquid magni boni pariat necesse ē. Id uero quid esse dicemus! nū uoluptatē! at nihil turpe ex honesto nasci pōt. Nū diuitias! Nū potestates! at ea quidem fragilia sunt & caduca. Nū gloriā! Nū honorē! Nū memoriā nominis! At hęc oīa nō sunt in ipsa uirtute: sed in aliorum ęstimatione atq; arbitrio posita. Nam sępe uirtus & iuisa est: & malo afficitur. Debet autē id bonū quod ex eo nascit: ita cohęrere: ut diuelli eaq; abstrahi nequeat. nec aliter sūmū bonū uideri pōt: q̄ si & pprium sit uirtutis: & tale ut neq; adici quicq̄: neq; detrahi possit. Quid quod ī his oibus cōtemnendis uirtutis officia consistūt! nā uoluptates. opes. potētias. honores. atq; oīa quę p bonis habenť: nō cōcupiscere: nō appetere: nō amare: quod certe faciunt uicti cupiditate: id est pfecto uirtus. Aliud

ergo sublimius atq̃ preclarius efficit: nec frustra his presẽtibus bonis reluctaẽ: nisi quod maiora & uериora desiderat nõ desperemus iuenirí posse: Modo uelset se cogitatio in oĩa. Neq̃ eni leuia aut ludicra premia petunẽ.

Ca. xii. De duplici pugna corporis & animę & hostibus utriusq̃. Et q̃ uirtus non propter se appetenda ẽ: sed propter uitã ęternã quę sũmũ bonũ ẽ. Et uirtutẽ necessario sequiẽ & in presenti haberi non põt.

Sed queritur: quid sit: ꝑpter quod nascimur. qd efficiat uirtus: possumus sic iuestigare. Duo sunt ex quibus homo constat: animus & corpus. Multa sunt ꝑpria aimi. multa ꝑpria corporis. multa utriq̃ cõmunia: sicut ẽ ipsa uirtus: quę quotiens ad corpus referẽ: discernẽdi gratia fortitudo nominaẽ. Quoniã igiẽ utriq̃ subiacet fortitudo: utriq̃ ꝑposita dimicatio ẽ: & utriq̃ ex dimicatõne uictoria. Corpus qa solidũ ẽ. & cõprehẽsibile: cũ solidis & cõprehensibilibus cõfligat necesse ẽ. Animus autẽ qa tenuis & iuisibilis ẽ. cũ his cõgrediẽ hostibus: qui uideri tangiq̃ nõ possunt. Qui sunt autẽ hostes animi: nisi cupiditates. uitia. peccataq̃ue: si uicerit uirtus ac fugauerit: imaculatus erit animus ac purus. Vnde ergo colligi põt: quid efficiat aimi fortitudo: nimirũ ex cõiuncto & pari. hoc ẽ ex corporis fortitudine. Quod cũ in aliquã congressionẽ certamẽq̃ uenerit: quid aliud ex uictoria q̃ uitã petiẽ! Siue eni cũ homine: siue cũ bestia dimices: ꝑ salute certaẽ. Ergo ut corpus uincẽdo id assequiẽ: ut nõ itereat. sic etiã aĩmus ut ꝑmaneat: & sicut corpus ab hostibus suis uictum morte mulctaẽ: ita superatus a uicus aimus moriaẽ necesse ẽ. quid ergo itererit iter animi corporisq̃ dimicationẽ: nisi q̃ corpus tẽporalẽ uitã expetit: aĩmus sempiternã! Si ergo uirtus ꝑ seipsã beata nõ ẽ: quoniã in pferendis ut dixi malis: tota uis eius est: si oĩa quę ꝑ bonis concupiscunẽ negligit: si sũmus eius gradus ad mortẽ patet. quãdoquidẽ uitam quę optaẽ a ceteris sępe respuit. mortẽq̃ quã ceteri timent: fortiter suscipit. Si necesse est aliquid ex se magni boni pariatur

quia ſuſtentati & ſeperati uſq; ad mortem:labores ſine pre
mio eſſe ñ poſſunt. Si nullũ premiũ quod ea dignũ ſit ĩ ter
ra reperiet̃:quãdo quidẽ cuncta quę fragilia ſunt & cadu
ca ſpernit:Quid aliud reſtat:niſi ut cęleſte aliquid efficiat
quia terrena uniuerſa contẽnit:& ad altiora nitat̃:qa humi
lia deſpicit.Id uero nihil aliud põt eſſe:q̃ ĩmortalitas. Me
rito ergo philoſophorum nõ obſcurus Euclides:qui fuit
conditor Megaricorũ diſciplinę:diſſentiens a cęteris id eſ
ſe ſummũ bonũ dixit: quod ſimile ſit & idẽ ſẽp. Intellexit
profecto quę ſit natura ſummi boni: licet id non explica
uerit quid ſit.id eſt autẽ ĩmortalitas. Nec aliud oĩno qcq̃:
qa ſola nec ĩminui:nec augeri: nec ĩmutari põt. Seneca q̊q;
ĩprudens incidit ut fateret̃:nullũ eſſe aliud uirtutis pręmi
um:q̃ ĩmortalitatẽ.laudans enim uirtutẽ in eo libro quem
de matura morte conſcripſit:Vna inquit res eſt.quę nobiſ
ĩmortalitatẽ donare poſſit: & pares diis facer̃.Sed & Stoici
quos ſecutus ẽ.negant ſine uirtute effici quenq̃ beatũ poſ
ſe:ergo uirtutis pręmiũ beata uita eſt.ſi uirtus ut recte dic
tũ eſt:beatã uitã facit.Nõ eſt igitur ut aiunt propter ſeipſã
uirtus expetenda.ſed propter uitã beatã quę uirtutẽ neceſ
ſario ſequit̃.Quod argumentũ docere eos potuit: quod eſ
ſet ſũmũ bonũ.Hęc autẽ uita pręſens & corporalis beata eſ
ſe non põt:quia malis eſt ſubiecta per corpus. Epicurus
deũ beatũ & incorruptũ uocat: quia ſempiternus eſt. Bea
titudo enim perfecta eſſe debet: ut nihil ſit q̧ eã uexare ac
ĩminuere aut ĩmutare poſſit.Nec aliter quicq̃ exiſtimari be
atũ poteſt:niſi fuerit incorruptũ.Incorruptũ autẽ nihil ẽ
niſi quod ẽ ĩmortale. Sola ergo ĩmortalitas beata eſt: quia
corrumpi ac diſſolui non põt.Quod ſi cadit in hominem
uirtus:quod negare nullus poteſt.cadit & beatitudo. Nõ
põt enim fieri ut ſit miſer:qui uirtute ẽ pręditus. Si cadit
beatitudo:ergo & ĩmortalitas cadit in hominẽ quę beata ẽ
Sũmũ igit̃ bonũ:ſola ĩmortalitas ĩuenitur quia nec aliud
animal:nec corpus attingit.Nec põt cuiq̃ ſine ſcientię uir
tute id eſt ſine dei cognitione ac iuſticia peruenire. cuius
appeticio q̃ uera: q̃ recta ſit: ipſa uita huiuſce cupiditas
indicat quę licet ſit tẽporalis & labore pleniſſima: expetit̃

tamen ab omnibus & optatur. Hanc enim tam senes q̃ pu
eri:tã Reges q̃ infimi:tã deniq̧ sapientes q̃ stulti cupiũt. Tã
ti est ut Anaxagorę uisum est cõtẽplatio cęli ac lucis ipius
ut quascũq̧ miserias libeat sustinere. Cũ igit̃ laboriosa hęc
est breuis uita:non tantũ hominũ:sed etiã cęterorũ animã
tiũ consensu magnũ bonũ esse ducat̃: Manifestũ est eandẽ
summũ ac pfectũ fieri bonũ:si & fine careat & omni malo
Deniq̧ nemo unq̃ extitisset:qui hanc ipsã breuẽ cõtẽneret:
aut subiret mortẽ:nisi spe uitę longioris. Nã illi qui ꝓ sa-
lute ciuiũ uoluntarię se neci obtulerũt:sicut Thebis: Me
necheus: Athenis Codrus: Romę Curtius & Mures duo
Decii:nunq̃ mortẽ uitę cõmodis pretulissent:nisi se imorta
litatẽ opinione ciuiũ cõsequi putauissent. Qui tãetsi nescie
rũt imortalitatis uiã. res tamẽ eos nõ fefellit. Si enĩ uirtus
diuitias & opes ideo cõtẽnit:quia fragiles sunt:uoluptates
ideo quia breues:ergo & uitã fragilẽ breuẽq̧ ideo cõtẽnit
ut solidam & ppetuã consequat̃. Ipsa ergo cogitatio p or-
dinẽ gradiẽs & uniuersa cõsiderãs: pducit nos ad eximiũ
illud & sigulare cuius cã nascimur bonũ. Quod si fęcissẽt
philosophi:si ñ quod semel apprehẽderãt:tueri ptinaciter
maluissẽt ꝓfecto puenissẽt ad uerũ hoc ut ostendi modo.
Quod si ñ fuit eorũ q cęlestes animas una cũ corporibus
extinguũt:illi tamẽ qui de imortalitate disputãt aimi:itel-
ligere debuerũt:ideo ꝓpositã nobis esse uirtutẽ:ut pdomi
tis libidinibus rerũq̧ terrestriũ cupiditate superata:pure
ac uictrices animę:ad deũ id est ad originẽ suã reuertãtur.
Iccirco enĩ soli animãtiũ ad aspectũ cęli erecti sumus:ut sũ
mũ bonũ nostrũ in summo deo esse credamus. Ideo religi
onẽ soli capimus: ut ex hoc sciamus humanũ spiritũ nõ
esse mortalẽ:q̧ deũ qui est imortalis & desiderat & agnos
cit. Igit̃ ex omnibus Philosophis qui aut pro sũmo bono
scientiã aut uirtutẽ sunt amplexi:tenuerunt quidẽ uiã ueri
tatis:sed non puenerunt ad sũmũ. Nęc enĩ duo sunt:quę
simul efficiãt illud quod quęritur scientia id prestat:ut q̃-
modo & quo puenidend um sit:nouerimus. uirtus ut per
ueniamus. Alterũ sine altero nihil ualet. Ex scientia enim
uirtus:ex uirtute summũ bonum nascitur. Beata igit̃ uita

quam philosophi quesiuerunt semper: & querũt siue i cultu deorũ: siue in philosophia: nulla ẽ. & ideo ab his nõ potuit reperiri: quia summum bonũ non in summo quesiuerunt. Sed in imo. Sũmũ autẽ quid est nisi celũ & deus unde animus oritur? Imũ quid est nisi terra unde corpus est? Itaq; licet quidã philosophi sũmũ bonũ non corpori sed animo dederint: tamẽ quoniã ad illud hanc uitã retulerũt que cũ corpore terminat: ad corpus reuoluti sunt: cuius ẽ omne hoc tẽpus quod transigitur in terra. Quare nõ immerito summũ bonũ non cõprehenderũt: quia quicquid ad corpus spectat: & immortalitatis est expers: imũ sit necesse ẽ. nõ cadit ergo in hominẽ beatitudo illo modo quo philosophi putauerunt: sed ita cadit: nõ ut tunc beatus sit: cum uiuit i corpore: quod utiq; ut dissoluatur: necesse ẽ corrũpi: sed tunc cũ anima societate corporis liberata i solo spiritu uiuit. Hoc uno beati esse i hac uita possumus: si minime beati esse uideamur: si fugientes illecebras uoluptatum soliq; uirtuti seruientes: omnibus laboribus miseriisq; uiuamus. que sunt exercitia & corroboramẽta uirtutis: si denique asperam illã uiãq; difficilẽ teneamus: que nobis ad beatitudinem patefacta ẽ. Sũmũ igit̃ bonũ quod beatos facit non põt esse: nisi i ea religione atq; doctrina: cui spes immortalitatis adiuncta est.

Ca. xiii. Quod aĩa sit immortalis. & que diuina traditio Logicam non desiderat aut philosophiã: sed Ethicam solã. in qua docenda sũmi philosophi errauerũt. Et quare philosophia non sit dux uite & uirtutum parens: expultrix & ultrix uitiorum. quod tamẽ Cicero & alii astruere conati sunt.

Res exigere uidetur hoc loco: ut quoniã docuimus immortalitatẽ esse summũ bonũ: id ipsum immortalem esse animam cõprobemus. Qua de re ingens inter philosophos disceptatio est. nec quicq̃ tamen explicare aut pbare potuerunt hi: qui uerũ sentiebãt de anima expertes huius diuine eruditionis. nec argumenta uera quibus uincerent

attulerunt:nec testimonia quibus probarent.sed opportu
nius hanc questionē tractabimus in ultimo libro:cum de
uita beata nobis erit disserendum.Superest illa pars tertia
philosophię:quā uocant Logicā id est rationalem. in q̄ to
ta Dialectica & omnis loquendi ratio continetur.Hāc diui
na eruditio non desiderat:quia nō in lingua sed in corde sa
pientia ē.Nec interest quali utatur sermone.res enī nō uer
ba querunt̄.Et nos non de Gramatico aut Oratore quorū
scientia est quomō loqui deceat:sed de sapiēte disserimus
cuius doctrina ē:quomodo uiuere oporteat.q̄ si neq̄ phy
sica illa ratio necessaria est:neq̄ hęc Logica:quia beatos fa
cere nō possunt:restat ut ī sola Ethica totius philosophię
uis contineat̄:ad quā se abiectis omnibus Socrates contu
lisse dicit̄.In qua etiā parte quoniā philosophos errare do
cui:qui summū bonū cuius capiendi gratia generati sunt
non cōprehenderūt:apparet falsā & inanem esse omnē phi
losophiā:quia nec instruit ad iustitię munera:nec officiū
hominis rationēq̄ confirmat. Sciāt igit̄ errare se:qui philo
sophiā putant esse sapiētiā.non trahant̄ authoritate cuiusq̄
sed ueritati potius & faueant:& accedant.Nullus hic teme
ritati locus est in ęternū stultitię pena subeunda est. si aut
psona inanis aut opinio falsa decęperit.Homo autē qualis
cunq̄ est:si sibi credit:hoc est si homini credit:ut nō dicā
stultus qui suū nō uideat errorem.certe arrogās est: qui si
bi audeat uendicare:quod humana conditio non recipit.
Ille ipse Romanę linguę summus author quātū fallat̄:licet
ex illa scientia peruidere:qui cū in libris officiorū philoso
phiā nihil aliud esse dixisset:q̄ studiū sapientię:ipsam autē
sapientiā rerū diuinarū & humanarū sciētiā: tū adiecit:cu
ius studium qui uituperat:haud sane intelligo quid nā sit
quod laudādum putet. Nā si oblectatio quęrit̄ animi: req
esq̄ curarū:quę conferri cū eorū studiis possunt:qui sem
per aliquid inq̄runt:quod spectet & ualeat ad bene beateq̄
uiuendum.si uero ratio constantię uirtutisq̄ ducitur: aut
hęc ars est:aut nulla omnino per quā eas asseq̄mur. Nullā
dicere maximarū rerum artem esse:cum minimarum sine
arte nulla sit:hominnum est parum cōsiderate loquētiū:

atq; in maximis rebus errantium. Si autē est alia disciplina uirtutis: ubi ea quęretur: cū ab isto genere discendi discesseris? Equidem tametsi operā dederim: ut quātulācūq; dicendi assequerer facultatē propter studiū dicendi: tamē eloquens nunq̄ fui. quippe qui forum ne attigerim quidē. sed necesse ē ipa me faciat eē bonitas eloquētē: ad quā disertę copioseq; defendēdā: scientia diuinitatis & ipsa ueritas sufficit. Vellē igitur Ciceronē paulisper ab inferis surgere ut uir eloquentissimus ab homunculo non diserto doceretur. Primum quid nam sit quod laudādū putet: qui uituperat id studium: quod uocatur philosophia. Deniq; neq; illam esse artē qua uirtus & iustitia discatur. nec aliam ullam sicut putauit. Postremo quoniā est uirtutis disciplina ubi quęrenda sit: cum ab illo discendi genere discesseris: quod ille non audiēdi discēdiq; gratia quęrebat. a quo non posset audire: cum sciret id nemo. Sed ut in causis facere solebat: interrogatione uoluit urgere: ad cōfessionēq; deducere: tanq̄ consideret responderi prorsus nihil posse: quo minus philosophia esset magistra uirtutis. Quod quidē in Thusculanis disputationibus aperte professus est: ad eā ipsam conuersa oratione tanq̄ se declamatorio dicendi genere iactaret. O uitę philosophia dux inquit. o uirtutis indagatrix expultrixq; uitiorum quid non modo nos: sed omnino uita hominum sine te esse potuisset? Tu inuentrix legum. tu magistra morum ac disciplinę fuisti. Quasi uero aliquid per se ipsa sentiret: ac non potius ille laudandus esset qui eam tribuit. Potuit eodem modo gratias agere cibo & potui: quia sine his rebus uita constare non possit. in quibus ut sensus ita beneficiū nihil est. At qui ut illa corporis alimenta sunt sic animę sapientia.

Ca. xiiii. Quod Lucretius & alii errauerunt opinati sapientiā inuentā esse ab homine. & nec datā hominibus a creatorē. Et quō Cicero suis uerbis cōuicit̄ & q̄ phīa nec uerū docet: nec ad recte uiuēdū instruit.

Rectius itaq; Lucretius cum eum laudat q̄ sapientiā

primus inuenit. sed hoc inepte: q ab homine inuentam pu tauit. quasi uero illam alicubi iacentē homo ille quē lauda bat inuenerit: tanq̄ tibias ad fontem ut Poetę aiunt. q̄ si re pertorē sapientię ut deū laudauit. Ita eni dicit.

Nemo ut opinor erit mortali corpore cretus.

Nā sicut ipsa petit maiestas cognita rerum.

Dicendū ē deus ille fuit. Deus inclyte Memmi. Tamē nō erit sic laudandus deus q̄ sapientiā inuenerit: sed q̄ hoiem fecerit: qui posset capere sapientiā. Minuit enim laudem q̄ partē laudat ex toto. sed ille ut hominē laudauit: qui tamē ob id ipsum deberet p̄ deo haberi q̄ sapere inuenerit: nam sic ait. Nonne decebit. Hunc hominē diuū numero digna rier esse. Vnde apparet Pythagorā uoluisse laudare: qui se primus ut dixi Philosophū noiauit: aut Milesiū Thalē q̄ de rerū natura primus traditur disputasse. Sed dū hominē quęrit extollere: rem ipsam depressit. Non ē enim magna si ab homine potuit ineniri. Verū pōt ut poetę dari uenia. At ille idem pfectus orator summusq̄ philosophus ne Grę cos reprehendā quorū leuitatē semp accusat: & tamē seq̄t̄ ipsam sapientiā. quā alias donū: alias inuentū deorū uocat poeticę figuratā laudat in facie. Grauiter etiā queritur exti tisse aliquos: qui eā uituperarent. Quisq̄ ne īquit uitupera re uite parentē & hoc parricidio se inquinare audeat & tam impie ingratus esse? Nos ne ergo. M. Tuli. paricide sumus & insuendi te iudice in culleū: q̄ philosophiam negamus parentē esse uitę. An tu qui aduersus deū tam impie ingra tus es? Non hunc cuius effigiē ueneraris in Capitolio sedē tem: sed illū qui mundū fecit hominēq̄ figurauit: qui sapi entiā quoq̄ ipsam inter cętera cęlestia sua beneficia largi tus est. Magistrā tu uirtutis aut parētē uitę uocas: ad quā si quis accesserit: multo sit incertior necesse est: q̄ p̄us fue rit? Cuius enim uirtutis quę ipsa ubi sita sit: adhuc Philo sophi non expediunt. cuius uitę: cū ipsi doctores ante fue rint: senectute ac morte cōfecti: q̄ cōstituerint quō uiui de ceat: cuius ueritatis indagatricem profiteri potes: qui sępe testaris. cum tanta multitudo fuerit philosophorū: sapiētē tū extitisse adhuc neminē. Quid ergo te magistra illa uitę

docuit? An ut potentissimū Consulē maledictis incesseres eumq̄ hostē patrię uenenatis oratōibus faceres? Sed omittamus illa quę possunt excusari fortunę nomine. Studuisti nempe philosophię: & quidē sic ut nullus unq̄ diligentius. quippe q̄ omnes cognoueris disciplinas: sicut ipse gloriari soles. eamq̄ ipsam latinis litteris illustraueris: imitatoremq̄ te Platonis ostenderis. Cedo igitur quid didiceris a ut in qua secta ueritatem deprehenderis. In academia scilicet quā secutus es: quam probasti. at hęc nihil docet nisi ut scias te nihil scire. Tui ergo te libri arguunt: q̄ nihil a philosophia disci possit ad uitā. Hęc tua uerba sunt Mihi autem non modo ad sapientiā cęci uidemur: sed ad ea ipsa quę aliqua ex parte cerni uideāt hebetes & obtusi. Si ergo philosophia est magistra uitę: cur tibi cęcus & hebes & obtusus uidebare: quē oportuit illa docentē & sentire & sapere: & in clarissima luce uersari? At quā cōfessus fueris philosophię ueritatē: docent ad filium composita pręcepta q̄bus mones philosophię quidē pręcepta noscenda. uiuēdū autē esse ciuiliter. Quid tā repugnans dici potest? Si noscenda sunt pręcepta philosophię ideo utiq̄ noscenda sunt: ut recte sapienterq̄ uiuamus. Vel si ciuiliter uiuendum est: n̄ est igitur philosophia sapientia. siquidem melius est ciuiliter q̄ philosophicę uiuere. Nam si sapiētia est quę dicitur philosophia: stulte ꝑfecto uiuit: qui nō secundū philosophiā uiuit. Si autē non stulte uiuit qui ciuiliter uiuit: sequitur ut stulte uiuat qui philosophice uiuit. Tuo itaq̄ iudicio philosophia stultitię inanitatisq̄ damnata est. Idem in consolatione: id est in opere non ioculari: Hanc de philosophia sentētiā tulisti. Sed nescio quis nos teneat error: aut miserabilis ignoratio ueri. Vbi est ergo philosophię ministerium? aut quid te docuit illa uitę parens. si uerum miserabiliter ignoras? Quod si hęc erroris ignorationisq̄ cōfessio: pęne inuito tibi ab intimo pectore expressa est: cur nō tibi aliquando uerum fatearis: philosophiam quā tu nihil docentem in cęlum laudibus extulisti: magistram uirtutis esse non posse?

C.xv. Quod i eodē errore fuit Seneca & qd phia secundū ipsū. Et q sicut deus unus & ueritas una: ita una ē & simplex sapientia. Et quomō philosophorū oratio pugnēt cum uita.

Odē ductus errore Seneca: Quis enī uerā uiā teneret errante Cicerone? Philosophia iqt nihil aliud ē q̄ recta uiuendi ratio. uel honeste uiuendi scientia. uel ars rectę uitę agendę. Nō errabimus. si dixerimus philosophiā esse legē bn̄ honesteq̧ uiuendi. Et qui dixerit illā regulā uitę suū illi reddidit. Hic plane nō respexit ad cōmune philosophię nomē quę cū sit i pluris sectas, disciplinasq̧ diffusa: nihilq̧ habeat certi: nihil deniq̧ de quo uniuersi. una mente ac uoce consentiāt. Quid pōt esse tā falsū q̄ regulā uitę philosophiā uocari: i q̄ diuersitas pceptorū rectū iter īpediat & turbet: aut legē bn̄ uiuendi: cuius capita longe dissonāt aut scientiā uitę agendę: i q̄ nihil aliud efficit cōtraria sępe dicendo: q̄ ut nemo qcq̧ sciat. Quero. n. utrū ne Academiā philosophiā putet esse an nō? Negaturū nō arbitror. quod si est: nihil ergo illorū cadit in philosophiā. quę ut oīa reddat icerta: legē abrogat: artē nullā putat: rationē subuertit regulā deprauat: sciētiā funditus tollit. falsa igit̄ illa oīa: qa ī rē semp icertā: & adhuc nihil explicantē cadere nō possūt nulla itaq̧ ratō uel sciētia uel lex bn̄ uiuēdi: nisi ī hac unica & uera & cęlesti sapiētia cōstituta ē: quę philosophis fuerit ignota. Nā illa terrena qm̄ fallax ē: fit uaria & multiplex. sibiq̧ tota cōtraria ē. & sicut unus ē huius mūdi cōstitutor & rector deus una ueritas: ita unā eē ac siplicē sapiētiā necesse est. qa qcqd ē uerū ac bonū: id pfectū esse nō pōt: nisi fuerit sigulare. Quod si philosophia uitā posset īstruere: nulli alii nisi philosophi essent boni. Et q eā nō didicissent: essent omnes semper mali. cum innumerabiles existant & semper extiterint: qui sint aut fuerint sine ulla doctrina boni. Ex philosophis autem perraro fuerit: qui aliquid in uita fęcerit laude dignum. qs est tandē qui non uideat eos homines uirtutis: q̄ ipsi egēt non eē doctores? Nā si qs mores eorū diligēter īqrat: īueniet iracūdos cupidos: libidinosos: arrogātes: ꝓteruos: & sub obtentu sapientię sua uitia

colentes domi faciẽtes ea:quę in scolis arguissent. Fortasse
mentior accusandi gratia.nonne idipsum Tulius & fatetˀ
& queritur! Quotus inquit quisq philosophorũ inuenitˀ.
qui sit ita moratus:ita animo & uita constitutus: ut ratio
postulat.qui disciplinã uera nõ ostentationẽ scientię:sed le
gem uitę putet.qui obtemperet ipse sibi:& decretis pariat
suis. Videre autẽ licet alios tanta leuitate & iactatione: ut
his fuerit non didicisse melius:alios pecunię cupidos: ali
os glorię:multos libidinũ seruos.ut cum eorũ uita & uit
ciis mirabiliter pugnet oratio. Nepos q Cornelius ad eun
dem Ciceronem ita scribit. Tantũ abest ut ego magistram
esse putẽ uitę philosophiã. beatęq uitę pfectricẽ. ut nullis
magis existimem opus esse magistros uiuendi q plerisq q
in ea disputãda uersantur. Video enim magnã partem eo
rum:qui in schola de pudore & continentia pręcipiant ar
gutissime:eosdẽ in omnniũ libidinũ cupiditatibus uiuere.
Item Seneca in exhortationibus. Pleriq iquit philosopho
rũ tales sunt diserti in conuitiũ suum.quos si audias i aua
ritiam:in libidinẽ:in ambitionẽ perorantes:in iudiciũ suũ
putes professos. Adeo redundant ad ipos maledicta i pub
licum missa:quos nõ aliter intueri decet:q medicos: quo
rũ tituli remedia habent pyxides uenena. Quosdã uero nec
pudor uitiorũ tenet:sed patrocinia turpitudini suę fingũt
ut etiã honeste peccare uideantˀ. Faciet inquit sapiens idem
Seneca etiã quę non probabit.ut etiã ad maiora transitum
inueniat.nec relinquet bonos mores. sed tempori aptabit
ut quibus alii utuntur in gloriã aut uoluptatẽ:utatˀ agẽdę
rei causa. Deinde paulopost. Omnia quę luxuriosi faciunt
quęq imperiti:faciet & sapiẽs.sed nõ eodem modo eodẽq
pposito. At qui nihil iterest quo animo facias:quod fecis
se uitiosum est.quia facta cernuntˀ:animus non uidetˀ. Aris
tippo Cyrenaicorũ magistro cum Laide nobili scorto fu
it consuetudo: quod flagitiũ grauis ille philosophię doc
tor sic defendebat:ut diceret.multũ inter se & cęteros La
dis amatores interesse.q ipse haberet Laidem. Alii uero a
Laide haberentˀ. O preclara & imitanda bonis sapiẽtia. Hu
ic uero liberos in disciplinam dares: ut discerent habere

meretricem. Aliquid inter se ac perditos interesse dicebat. scilicet q illi bona sua perderent: ipse gratis luxuriaretur. In quo tamē sapientior meretrix fuit: quę sic philosophū habuit pro lenone: ut ad se omnis iuuentus doctoris exemplo & authoritate concurreret corrupta sine ullo pudore Quid ergo interfuit: quo animo philosophus ad meretricē famosissimam cōmearet: cum eū populus & riuales sui uiderēt omnibus perditis nequiorem? Nec satis fuit ita uiuere: sed docere etiā libidines cępit. ac mores suos de lupanari ad scholā transtulit. differēs uoluptatē corporis esse summū bonū. Quę doctrina execrabilis & pudenda: nō in corde philosophi: sed i sinu meretricis est nata. Nam quid ergo de Cynicis loquar? quibus in propatulo coire cū cōiugibus mos fuit. Quid mirū si a canibus quorū uitā imitantur: etiā uocabulū nomēq traxerunt? Nullum igitur ī hac disciplina magistrū uirtutis est. cū etiā illi qui honestiora pręcipiunt: aut non faciunt ipsi quę suadent: aut si faciunt: quod raro accidit: non disciplina eos ad rectū: sed natura pducat. quę sępius etiā indoctos īpellit ad laudē.

Ca. xvi. Quod recte docentes & male uiuentes teste Cicerone nō utilitatē ex philosophia: sed inanem pcipiunt delectationē. Et q sapientia seipsam semp exercet in bonis actibus. Et quare nō philosophię sed sapientię ipsi iugiter insistendū sit.

Uerum enim cū se perpetuę desidię tradant: nullamq uirtutē capessant. & omnē suā uitā nihil aliud q̄ i elo quētia pagant: qd aliud q̄ inertes putari debent? Sapientia autē nisi in aliquo actu fuerit: quo uim suā exerceat: inanis & falsa est. Recteq Tulius ciuiles uiros q Rempublicā gubernent: qui urbes aut nouas constituāt. aut cōstitutas ęquitate tueant̄ q salutē libertatēq ciuiū uel bonis legibus: uel salubribus cōsiliis: uel iudiciis grauibus cōseruent: philosophię doctoribus pręfert. bonos enim facere oportet. potius q̄ iclusos i angulis faciēda pcipere: quę ne ipsi qdē faciunt. q loquunt̄. & quoniā se a ueris actibus remouerunt apparet eos exercendę linguę causa: uel aduocandi gratia

vt nõ

artem ipsam philosophię reppe risse. Qui autẽ docent tãtũ nec faciunt: ipsi pręceptis suis detrahunt põdus. Quis. n. obtemperet cũ ipsi pręceptores doceant non obtẽperare? Bonũ est aũt recta & honesta pręcipere: sed nisi & facias mẽdatium ẽ. & est incongruens atq ineptum non in pectore sed in labiis habere bonitatẽ. Nõ ergo utilitatẽ ex philosophia sed oblectationẽ petunt. Quod quidẽ Cicero testatus ẽ. Profecto inquit omnis istorũ disputatio quãq uberrimos fontes uirtutis & scientię contineat: tamẽ collata cũ horũ actis perfectisq rebus: uereor ne non tantũ uideat̃ attulisse negociis hominũ quandã oblectationẽ otii. Vereri quidem non debuit: cum uerum diceret. sed quasi timeret ne proditi mysterii reus a philosophis citaret̃. Nõ ẽ ausus cõfidenter pronuntiare quod fuit uerum: illos non ideo disputare ut doceant: sed ut oblectent in ocio. qui quoniam authores sunt rerum gerendarũ: nec ipsi quicq̃ gerũt. pro loquacibus sunt habẽdi. sed pfecto nihil qa boni ad uitã afferebãt: nec ipsi decretis suis obtemperauerunt: nec qsq̃ p tot sęcula inuentus est: qui eorum legibus uiueret. Abiicienda est igitur omnis philosophia: quia nõ studendũ sapientię: quod fine ac modo caret: sed sapiendũ est & quidem mature. Non enĩ nobis altera uita conceditur: ut cũ quęramus in hac sapientiã: in illa sapere possimus. in hac utrũq fieri necesse est. cito inueniri debet: ut cito suscipi possit: ne quid pereat ex uita: cuius finis ĩcertus ẽ. Ciceronis Hortensius contra philosophiã disserens: circumuenit̃ arguta conclusione. qui cũ diceret philosophandũ nõ esse: nihilominus philosophari uidebat̃. quoniã philosophi est quid ĩ uita faciendũ uel non faciendũ sit disputare. Nos ab hac calumnia immunes ac liberi sumus. qui philosophiã tollimus. quia humane cogitationis inuentio est. Sophiam defẽdimus: quia diuina traditio est. Eamq ab omnibus suscipi oportere testamur. Ille cũ philosophiã tolleret: nec melius aliqd afferret: sapiẽtiã tollere putabat̃. eoq facilius de sapiẽtia pulsus ẽ: qa cõstat hominẽ nõ ad stultitiã: sed ad sapiẽtiã nasci. preterea illud quoq argumẽtũ cõtra philosophiam ualet plurimũ. quo idẽ est usus Hortensius: ex eo posse

Xhi

intelligi philosophiam non esse sapientiã: q principium & origo eius appareat. Quando inquit philosophi esse ceperunt. Thales ut opinor primus: recens hec quidẽ ętas. Ubi ergo apud antiquiores latuit amor iste inuestigendę ueritatis! Idem Lucretius ait.

Deniq natura hec rerũ: ratioq reperta ẽ
Nuper. & hac primũ cũ primis ipse repertus.

Nunc ego sum in patrias qui possũ uertere uoces. Et Seneca. Nõdũ sunt inquit mille anni: ex quo initia sapiẽtię mota sunt. Multis ergo seculis humanum genus sine ratione uixit. Quod irridens Persius. Postq̃ inquit sapere urbi cũ pipere & palmis uenit. Tanq̃ sapiẽtia cũ saporis mercibus fuerit inuecta. quę si secundũ hominis naturã est: cũ homine esse cęperit: necesse est. Si uero non est: nec capere quidẽ illã posset humana natura. sed quia recipit igit a principio fuisse necesse est. Ergo philosophia quia nõ a principio fuit: nõ est eadẽ uera sapientia. sed uidelicet Gręci qui ad sacras ueritatis litteras non attigerant: queadmodũ deprauata esset sapientia nesciuerunt. Et ideo cum uacare sapiẽtia humanã uitã putarent: philosophiã cõmenti sunt. id ẽ latẽtem atq ignotã sibi ueritatẽ differendo eruere uoluerunt. quod studiũ p ignoratiã ueri sapientiã putauerũt.

¶ Ca. xvii. Quę fuit ipsa doctrina Epicuri quę moribus omniũ appositissima loquebat. Et q̃mõ Leucippũ & Democritũ habuerit authores erroris & fabros athomorũ & assertores uoluptatis.

Dixi de philosophia ipsa q̃breuiter potui. nũc ad philosophos ueniamus. nõ ut cũ eis dẽ certemus qui stare non possunt: sed ut eos fugientes atq deiectos nostro cãpo insequamur. Epicuri disciplina multo celebrior semp fuit q̃ ceterorum. non quia ueri aliquid affert: Sed quia multos ad populare nomen uoluptatis inuitat. Nemo eni non in uitia pnus est. Preterea ut ad se multitudinẽ cõtrahat: apposita singulis q̃busq moribus loq̃. Desidiosum uetat lr̃as discere. auarũ populari largitõe liberat. ignauũ

probibet accedere ad Rempublicam.pigrum exerceri. ti-
midũ militare.Irreligiosus audit deos nibil curare.ibuma
nus & suis cómodis seruiẽs:iubeť nibil cuiq̃ tribuere.Oia
enim sua causa facere sapientem. fugienti turbã solitudo
laudatur.Qui nimiũ parcus ẽ:discit aqua & polenta uitã
posse tollerari. Qui odit uxorem: buic enumeranť cęlibas
tus bona.Habenti malos liberos:orbitas pręedicať. Aduer
sus impios parentes nullũ esse uinculũ naturę.Impacienti
ac delicato dolorẽ esse omniũ malorũ maximũ diciť.for
ti etiã in tormentis beatũ esse sapientẽ. Qui claritati ac po
tẽtię studet:buic pręcipiť Reges colere.Qui molestiã ferre
nõ pôt:buic Regiã fugere. Ita bomo astutus ex uariis di
uersisq; modis circulũ cogit.& dum studet placere omni
bus:maiore discordia secũ ipe pugnauit:q̃ iter se uniuersi
Vnde autẽ disciplina eius tora descendat:quam originem
babeat:explicandũ ẽ.Videbat Epicurus bonis aduersa se
per accidere:pauptatẽ:labores:exilia:carorum amissiones.
malos contra beatos esse:augeri potẽtia:bonoribus affici.
uidebat innocẽtiã minus tutã:scelera ĩpune cõmitti. Vide
debat sine delectu morũ:sine ordine ac discrimine annorũ
sęuire mortẽ.sed alios ad senectutẽ puenire: alios ĩfantes ra
pi:alios iã robustos interire.alios in prĩo adolescentię floř
ĩmaturis funeribus extingui.in bellis potius meliores &
uinci & perire.Maxime autẽ cõmouebat bomines in pmis
religiosos grauioribus malis affici. His autẽ qui aut deos
oĩno negligerent: aut nõ pie colerent: uel minora ĩcõmoda
euenire: uel nulla. ipsa etiã sępe tẽpla fluminibus cõflagra
re.Quod Lucretius queriť cũ dicit de deo.
Cũ fulmina mittat & ędes
Ipse suas distribuet:& in deserta recedens.
Sęuiat exercens telũ.quod sępe nocentes
Pręterit:examinatq; indignos inq; merẽtes.Quod si uel exi
guã ueritatis aurã colligeř potuisset:nũq̃ diceret ędes illũ
suas disturbař:cũ ideo disturbet:q̃a nõ sunt suę.Capitoliũ
quod ẽ romanę urbis & religiõis caput sũmũ:ñ semel sed
sępius fulmĩe ictũ cõflagrauit.boĩnes autẽ ĩgeniosi q̃d de
boc existimauerĩt:ex dicto cicerõis apparet.q̃ ait diuĩtus

extitisse illam flammam:non·quę terrestre illud domicilium Iouis deleret.sed quę sublimius magnificentiusq; deposceret.Qua de re etiā i libris Consulatus sui eadem dixit quę Lucretius.

Nā pater altitonans stellanti nixus olympo.
Ipse suas arces atq; iclita tēpla petiuit.
Et capitolinis īecit sedibus ignes. Pertinaci ergo stultitia nō modo uim maiestatēq; ueri dei nō intellexerūt:sed etiam īpietatē sui erroris auxerūt. qui tēplū cęlesti iudicio sępe damnatū restituere cōtra fas omne cōtenderint. Cum hęc igit̄ cogitaret Epicurus.cū s̄.earū rerū uel iniquitate inductus.Sic enī causā rationēq; ignoranti uidebat̄ existimauit nullā esse ꝓuidentiā. Quod cū sibi psuasisset:suscepit etiā defendendū.sic in errores inextricabiles se ipse iclusit. Si enī ꝓuidētia nulla ē:quō tam ordinate tā disposite mundus effectus ē? Nulla inquit dispositio est: multa enī facta sunt aliter:q̄ fieri debuerūt.Et inuenit homo diuinus quę reprehenderet.Quę singula si uacaret refellere:facile ostenderē nec sapientē hunc fuisse nec sanū.Itē si nulla ꝓuidentia ē.quomō animaliū corpora tā ꝓuidenter ordinata sunt ut singula quęq; mēbra mirabili ratione disposita:sua officia conseruent? Nihil inquit in ꝑcreandis animalibus prouidentię ratio molita ē.Nā neq; oculi facti sunt ad uidēdū neq; aures ad audiendū:neq; lingua ad loquēdū: neq; pes ad ambulandū:quoniā prius hęc nata sunt q̄ esset loq: audire:uidere:ambulare.Itaq; nō hęc ad usum nata sunt: sed usus ex illis natus ē.Si nulla ꝓuidentia ē:cur hymbres cadunt:fruges oriunt̄:arbusta frondescūt? Nō inquit semp animātiū causa ista fiunt:quoniā ꝓuidentię nihil prosunt sed oīa sua sponte fieri necesse ē.Vnde ergo nascuntur:aut quomō fiunt oīa:quę gerunt̄? Nō ē inquit ꝓuidentię opus sunt enim semina p inane uolitantia:quibus inter se temere conglobatis uniuersa gignunt̄:atq; concrescūt.Cur igitur illa non sentimus:aut non cernimus? Quia nec colorē habent inquit nec calorem ullum:nec odorē: saporis quoq; & humoris expertia sunt.& tam minuta ut secari ac diuidi nequeant. Sic eum quia in principio falsum susceperat:

consequentiū rerum necessitas ad deliramenta perduxit. Vbi eni sunt. aut unde ista corpuscula. Cur illa nemo pter unū Leucippū somniauit? A quo Democritus eruditus hereditatē stultitię reliquit Epicuro. Quę si sint corpuscula & quidē solida ut dicunt: sub oculos certe uenire possunt. Si eadem ē natura omniū: quomō res uarias efficiūt? Vario inquit ordine ac positione conueniūt. sicut littere quę cū sint paucę: uarię tamē collocatę innumerabilia uerba conficiūt. At litterę uarias formas habent. Ita inquit & hęc ipsa primordia. Nā sunt aspera: sunt hamata: sunt leuia. Secari ergo & diuidi possūt: si aliquid inest illis quod emineat. Si autē leuia sunt & humoris indigent coherere non possūt. Hamata igiī esse oportet: ut possint inuicē cōcathenari. Cū uero tā minuta esse dicanī: ut nulla ferri acie disiici ualeant: quō hamos aut angulos habent: Quos qa extāt necesse ē posse diuelli. Deinde quo fędere inter se: qua mente cōueniūt. ut ex his aliquid cōstituaī: si sensu careāt: nec coire tā dispositę possunt? Quia nō pōt quicq̄ rationale pficere nisi ratio. Quā multis coargui hęc uanitas pōt. sed ꝑperat oratio. Hic est ille.

Qui genus humanū īgenio superauit. & oēs
Extixit stellas: exortus ut ethereus sol. Quos eqdē uersus nunq̄ sine risu legere possū. Nō eni de Socrate aut Platone saltē dicebat: q uelut Reges habeī philosophorū. sed de homine quo sano & uigēte nullus ęger ieptius delirauit. Itaq̄ poeta ianissimus leonis laudibus murē nō ornauit: sed obruit & cbtriuit. At idē nos metu liberat mortis: de q̄ hęc ipsius uerba sūt expressa. Quando nos sumus: mors nō ē: quādo nos nō sumus mors ē. Mors ergo nihil ad nos. quā argute nos fefellit. qsi uero transacta mors timeaī: q iā sensus ereptus ē. ac nō ipsū mori quo sensus eripiī. Est igiī tēpus aliquod q̄ & nos iā nō sumus. & mors tñ nōdū ē. idq̄ ipsū uideī miserū eē. ꝙ & mors esse icipit: & nos esse desinimus. Nec frustra dictum est: mors misera non est. Aditus ad mortem est miser. hoc est morbo tabescere: ictum perpeti: ferrum corpore excipere: ardere igni: dentibus beluarum laniari. Hęc sunt quę timentur. non quia mortem

afferunt:sed quia dolorē magnū.Quin pocius effice ne do
lor malū sit.Omniū inquit malorū maximū ē.Quid ergo
non possum nō timere:si id quod mortē antecedit:aut ef=
ficit:malum est?Quid quod totū illud argumentū falsum
est quia non intereunt animę?Vere inquit:nā quod cū cor
pore nascitur:cū corpore itereat necesse ē.Iā superius dixi
differre hūc locū melius:& operi ultimo reseruare.ut hāc
Epicuri psuasionē:siue illa Democriti:siue Dicearchi fu=
it:argumentis & diuinis testimoniis redarguā.Verum ille
fortasse ipunitatē uitiis suis spopondit fuit enī turpissime
uoluptatis assertor:cuius capiendę causa nasci hominē pu
tauit.Quis cū hoc affirmar:audiat:uitiis & sceleribus ab
stineat?Nā si periturę sunt animę: appetamus diuitias: ut
oēs suauitates capere possimus.Quę si nobis desūt:ab his
qui habent:auferamus:clam:dolo:ui. Eo magis si huma=
nas res nullus deus curat.quādocūq; spes ipunitatis arri
serit:rapimus:necemus.sapientis ē enī malefacere. si & uti
le sit & tutū.quoniā si quis ī cęlo deus ē: non irascit̄. cuiq̄
Aeque stulti est benefacere:quia sicut ira non cōmouetur:
ita nec gratia tangit̄.Voluptatibus igitur quoquomodo
possumus seruiamus.Breui enī tēpore nulli erimus omni
no.Ergo nullū diē:nullū denicq; tēporis pūctū fluere no
bis sine uoluptate patiamur.ne quia ipsi quandoq; peritu
ri sumus idipsum quod uiximus:pereat.Hęc ille tametsi
nō dicit uerbo:re tamē ipsa docet.Nā cū disputat oīa sapi
entē sua causa facere:ad utilitatē suā refert omnia:quę agit
Itaq; qui audit hęc flagitia:nec boni quicq̄ faciendū puta
bit.quoniā benefacere ad utilitatē spectat alienā. nec a sce
lere abstinēdū: qa maleficio pręda cōiuncta ē.Archipirata
quisq; uel latronū ductor: si suos ad grassandū cohortet̄
quo alio sermone uti potest:q̄ ut eadē dicat:quę dicit Epi
curus:deos nihil curare?Non ira non gratia tangi. infero
rum pęnas nō esse metuēdas:q; aīę post mortē occidāt nec
ulli omnino sint inferi:uoluptatem esse maximum bonū.
nullam esse humanā societatem:sibi quęq; consulere.nemi
nem esse qui altrum diligat nisi sua causa.Mortem non es
se metuendam forti uiro:nec ullum dolorem quin etiam

si torqueatur: si uratur: nihil se curare dicat. Est plane cur quisq; putet hanc uocẽ uiri esse sapientis: quę potest latronibus aptissime cõmodari.

¶ Ca. xviii Quomodo pythagorici & Stoici contrario epecureis errore desipiãt sic animarũ imortalitatẽ statuentes: ut eas in uaria corpora transire mentiant̃. Et uoluntariã mortẽ psuaserũt iamiter philosophãtibus.

Alii autem contraria dixerunt: superesse animas post mortẽ. & hi sunt maxime Pythagorici ac Stoici. qui bus & si ignoscendum est quia uerũ sentiunt: nõ possum tamẽ nõ reprehendere eos. qui non scientia sed casu inciderunt in ueritatẽ. Itaq; in eo ipso quod recte sentiebant: aliquid errarunt. Nã cũ timerent: argumentũ illud quo colligitur necesse: ut occidant animę cũ corporibus: quia cum corporibus nascunt̃: dixerunt non nasci animas: sed insinuari potius in corpora: & de aliis in alia migrare corpora. Nõ putauerunt aliter posse fieri: ut supersint animę post corpora. nisi uideant̃ fuisse ante corpora. Par igitur ac prope similis error est partis utriusq;. sed hęc in preterito falsa est: illa in futuro. Nemo enim uidit: quod est uerissimũ & nasci animas & nõ occidere. quia cur id fieret: aut quę ratio esset: homines nesciret. Multi ergo ex iis qui ęternas esse animas suspicabant̃ tanq; in cęlum migraturi essent: sibi ipsi manus intulerũt. ut Cleantes & Chrysippus. ut Zeno & Empedocles. qui se in ardentis Aetnę specum intempesta nocte deiecit. ut cum repente non apparuisset: abiisse ad deos crederetur. Ex Romanis Cato: qui fuit ĩ omni sua uita Socraticę uanitatis imitator. Nã Democritus ĩ alia fuit persuasione. sed tamen sponte sua letho caput obuius obtulit ipse: quo nihil sceleratius fieri potest. Nã si homicida nefarius est: qui hominis extinctor est: eidẽ sceleri obstrictus est: qui se necat. quia hominẽ necat. Immo uero maius esse id facinus existimandũ ẽ: cuius ultio deo soli subiacet Nã sicut in hanc uitam non nostra spõte uenimus: ita rursus ex hoc domicilio corporis quod tuẽdũ nobis assignatũ

est:eiusdem iussu nobis recedendum est.q nos in hoc cor pus induxit.tā diu habitaturos:donec iubeat emitti. & si uis aliqua inferatur:equa mente patiendum est:cū extincta innocentis anima multa esse non possit. habeamusq iudicē magnū cui soli uindicta integra semp est. Homicide igitur illi omnes philosophi.& ipse romane sapientię princeps Cato. qui anteq̄ se occideret: plegisse Platonis librū dicitur:qui est scriptus de ęternitate animarum. Et ad sūmū nephas philosophi authoritate cōpulsus est. Et hic tamen aliquam moriendi causam uidetur habuisse odiū seruitutis. Quid ambraciotes ille qui cum eundē librū perlegisset:precipitem se dedit.nullā aliā ob causam:nisi q̄ Platoni credidit! Execrabilis prorsus ac fugienda doctrina:si abigit homines a uita. Quod si sciisset. Plato atq; docuisset a quo & quomodo & quibus.& quę ob facta:& quo tēpor̄ īmortalitas tribuat̄:nec Themobrotū impegisset in mortē uoluntariā. nec Catonē.sed eos ad uitā & ad iustitiā potius erudisset. Nā Cato uidetur mihi causā quęsisse moriēdi. nō tam ut Cęsarē fugeret:q̄ ut Stoicorū decretis obtēperaret:quos sectabat̄. nomēq; suū grandi aliquo facinore clarificaret.cui quid mali accidere potuerit:si uiueret: nō inuenio. C.enim Cęsar ut clemens erat:nihil aliud efficere uolebat:etiam in ipso belli ciuilis ardore q̄ ut bene mereri de Republica uideretur.duobus optimis ciuibus Cicerone & Catone seruatis.sed redeamus ad eos:qui mortē pro bono laudant. De uita quereris:quasi uixeris.aut unq̄ tibi ratio constiterit:cur omnino sis natus. Nōne igit̄ tibi uerus ille & cōmunis oium pater terētianū illud iur̄ icrepa uerit Prius disce quid sit uiuere: si displicebit uita:tū istoc utitor.indignaris te malis esse subiectū.quasi quicq̄ merearis boni qui patrem:qui domum:qui Regē tuū nescis:q̄ quis clarissimā lucem intuearis oculis:mente tamē cęcus es.& ī profundis ignorantię tenebris iaces. Quę ignorantia effecit:ut quosdā dicere non puderet:iccirco nos esse natos: ut scelerū pęnas lueremus. quo quid delirius dici possit: non inuenio. Vbi enim uel quę scelera potuimus admitter̄ qui omnino non fuimus! Nisi forte credemus inepto illi

ſeni qui ſe in priori uita Euphorbium fuiſſe mentitus eſt. Hic credo q erat ignobili genere natus: familiã ſibi ex Homeri carminibus adoptauit. O miram & ſigularem Pythagore memoriam. O miſeram obliuionem noſtrũ omnium. qui neſciamus: quid ante fuerimus. Sed fortaſſe uel errore aliquo uel gratia ſit effectũ: ut ille ſolus lethęum gurgitem non attigerit: nec obliuionis aquã guſtauerit. uidelicet ſenex uanus ſicut occiſę aniculę ſolent: fabulas tanq̃ infanti bus credulis finxit. Quod ſi bene ſenſiſſet de iis: qbus hęc locutus eſt: ſi homines eos exiſtimaſſet: nũq̃ ſibi tam petulanter mentiendi licentiã uendicaſſet. ſed deridenda homi nis leuiſſimi uanitas. Quid Ciceroni faciemus: qui eum in principio conſolationis ſuę dixiſſet luendorũ ſcelerũ cauſa naſci homines: Iterauit id ipſum poſtea: quaſi obiurgãs eum: qui uitã non eſſe malis plenam putet. Recte ergo pro fatus ẽ errore ac miſerabili ueritatis ignorãtia ſe teneri.

Ca. xix. Quod Cicero & alii ſapientiſſimi immortalitatẽ animarũ ſed ĩfideliter docẽt. Et q mala uel bona mors ſit ponderanda ex anteacta uita & gratia dei.

AT illi qui de mortis bono diſputant: quia nihil ueri ſciunt: ſic argumentantur: Si nihil eſt poſt mortẽ non eſt malum mors. aufert enim ſenſum mali. Si autẽ ſuperſunt animę: etiam eſt bonum: quia ĩmortalitas ſequit. Quam ſentẽtiam Cicero de legibus ſic explicauit. Gratulemurq; nobis: quoniã mors aut leuiorẽ q̃ qui eſt ĩ uita aut certe non deteriorẽ eſt allatura ſtatũ. Nam ſine corpore aĩmo uigente diuina eſt uita. ſenſu carenti nihil profecto eſt mali. Argute ut ſibi uidetur quaſi nihil aliud eſſe poſſit. At qui utrunq; hoc falſum eſt. Docent enim diuinę litterę non extigui animas: ſed aut pro iuſtitia pręmio affici: aut pęna pro ſceleribus ſempiterna. Nec enim fas eſt: aut eũ q ſceleratus in uita fęliciter fuerit: effugere quod meret: aut eum qui ob iuſtitiam miſerrimus fuerit ſua mercede fraudari. Quod adeo uerum eſt: ut idem Tulius in conſultatione non eaſdem ſędes ĩcolere iuſtos atq; ĩpios prędicauerit

Nec enim omnibus inquit idem illi sapientes arbitrati sũt
eundem cursum i cęlo patere. Nam uitiis & sceleribus cõ
raminatos deprimi in tenebras:atq; i cęno iacere docuerũt
castos autẽ animos:puros:integros:incorruptos:bonis eti
am studiis atq; artibus expolitos:leui quodam & facili lap
su ad deos.id est ad naturam sui similem peruolare. Quę
sententia superiori illi argumento repugnat.illud enim sic
assumptum est:tanq̃ necesse sit omnem hominem natum
immortalitate donari· Quod igitur erit discrimen uirtu-
tis ac sceleris.si nihil interest.utrũ ne Aristides sit aliquis
an phalaris? Vtrum Cato an Catilina? Sed hanc repugnan-
tiã rerum sententiãq; non sentit:nisi qui tenet ueritatẽ.Siqs
igitur nos roget:utrũ ne mors sit bonũ an malũ: responde
bimus qualitatẽ eius ex uite ratione pendere. Nã sicut uita
ipsa bonũ est si cũ uirtute uiuatur: malũ si cum scelere:
ita & mors ex preteritis uitę actibus ponderanda est. Ita
fit ut si uita in dei religione transacta sit:mors malum nõ
est.quia trãslatio sit ad ĩmortalitatẽ.si aliter malũ sit neces
se est:quoniã ut dixi ad ęterna supplicia transmittit.Quid
ergo dicemus:nisi errare illos:qui aut mortẽ appetũt:tanq̃
bonũ:aut uitã fugiunt tanq̃ malũ? Nisi q; sunt iniquissimi
qui potiora mala cõpensant bonis pluribus. Nã cũ omnẽ
uitam per exquisitas & uarias traducant uoluptates:mori
cupiunt. siquid forte his amaritudinis superuenit. & sic
habent tanq̃ illis nunq̃ fuerit bene:si aliquando fuerit ma-
le.Damnant igitur uitã omnẽ plenamq; nihil aliud q̃ ma-
lis opinant. Hinc nata est inepta illa sententia: hãc esse mor
tẽ:quã nos uitã putamus.illã uitã quã nos pro morte time
amus·Ita primũ bonũ esse non nasci:secundũ cicius mori
Quę ut maioris sit authoritatis Sileno attribuitur. Cicero
in consolatione.Non nasci inquit longe optimũ.nec i hos
scopulos incidere uitę.Proximũ autẽ si natus sis: q̃ primũ
mori tanq̃ ex incendio effugere uiolentiã fortunę:Credidis
se se illi uanissimo dicto:exinde apparet q; adiecit aliquid
de suo ut ornaret.Quęro igitur cui esse optimũ putet nõ
nasci:cũ sit nullus oĩno qui sentiat? Nã ut bonũ sit aliquid
aut malũ sensus efficit.Deinde cur omniũ uitã nihil aliud

esse q̄ scopulos & incendium putauerit: quasi aut ī nostra fuerit potestate ne nasceremur: aut uitam nobis fortuna tribuat non deus. aut uiuendi ratio quicq̄ simile incendio habere uideatur. Non dissimile Platonis illud est: quod aie bat se gratias agere naturę: Primum q͞ homo natus esset potius quā mutum animal. deinde q͞ mas potius q̄ fœmina q͞ Grecus q̄ Barbarus. postremo q͞ Atheniensis non Thebanus. & q͞ temporibus Socratis. Dici non potest quantā mētibus cęcitatem: quantosq͞ pariat errores ignoratio ueritatis. Ego plane contenderim: nunq̄ quicq̄ dictum esse in rebus humanis delirius. quasi uero si aut barbarus: aut mulier: aut asinus deniq͞ natus esset: idem ipse Plato non esset. ac non illud ipsum quod natus fuisset. Sed Pythagorę uidelicet credidit: qui ut uetaret homines animalibus uesci dixit animas de corporibus in aliorum animalium corpora commeare: quod & uanum & impossibile est. Vanū q͞a necesse non fuit ueteres animas in noua corpora inducere cum idem artifex qui primas aliquando fęcerat: potuerit semper nouas facere. Impossibile quia recte rationis anima tam immutare naturā status sui non potest: q̄ ignis aut deorsum niti: aut in transuersum fluminis modo flammam suam fundere. Existimauit ergo homo sapiens fieri potuisse ut anima quę tunc erat in Platone: in aliquod mutū animal includeretur. essetq͞ humano sensu prędita: ut intelligeret: ac doleret incongruenti se corpore oneratā. Quāto sanius faceret: si gratias se agere diceret: q͞ ingeniosus: q͞ docilis natus esset: q͞ i his opibus ut liberaliter erudiretur. Nā q͞ Athenis natus est: quid in eo beneficii fuit? An nō plurimi extiterunt ī aliis ciuitatibus excellenti ingenio atq͞ doctrina uiri: qui non meliores singuli q̄ omnes Athenienses fuerūt? Quāta hominū milia fuisse credamus. qui & Athenis nati: & temporibus Socratis: indocti tamen ac stulti fuerunt: Non enim aut parietes aut locus in quo quisq͞ ē effusus ex utero consiliat homini sapientiam. Quid uero attinuit Socratis se temporibus natum gloriari? Num Socrates ingenia discentibus potuit dare? Nō uenit ī mētem Platoni Alcibiadem quoq͞ & Critiā eiusdē Socratis assiduos

auditores fuisse.quorum alter hostis patrię acerrimus fuit:alter crudelissimus omniũ Tyrannorũ.

C.xx.Quod Socrates in eo fuit cordatior cęteris: q̃a a scrutinio cęlestiũ & naturaliũ causis disputatione suspẽdit in quibus temere consumitur ingenium & tempus.sed & in multis desipuit.quorũ subiiciuntur exempla.

Videamus nunc quid ĩ Socrate ipso tam magnum fuerit:ut homo sapiens merito gratias ageret illis temporibus esse se natum.non inficior fuisse illum paulo cordatiorem:q̃ cęteros qui naturam rerum putauerũt igenio posse comprehendi.In quo illos non tantũ excordes fuisse arbitror: sed etiã impios: q̃ in secreta illius cęlestis ꝓuidentię curiosos oculos voluerunt immittere.Romę etiam in plerisq; urbibus scimus esse quędam sacra quę aspici a uiris nefas habetur.Abstinẽt igitur aspectu quibus illa cõtaminari non licet.& si forte uel errore uel casu quopiam uir aspexerit:primo pęna eius:deinde instauratione sacrificii scelus expiatur.Quid his facias:qui inconcessa scrutari uolunt?Nimirum multo sceleratiores qui arcana mundi & hoc cęleste templum prophanari ĩpiis disputationibus quęrunt: q̃ qui ędem Vestę:aut bonę deę:aut Cereris intrauerit.quę penetralia q̃uis adire uiris non liceat.tamen a uiris fabricata sunt.Hi uero non tantum impietatis crimen effugiunt:sed quod est multo indignius:eloquentię famã: aut ingenii gloriam consequuntur. Quid si aliquid inuestigare possent?Sunt enim tam stulti in asseuerando:q̃ ipro bi in quęrendo.cũ necq; inuenire quicq̃ possint: nec defedere:etiam si inuenerint.Nam si uerum uel fortuito uiderint quod sępius contingit:committunt:ut ab aliis id ꝑ falso refellatur.Non enim descendit aliquis de cęlo:qui sententiam de singulorũ opinionibus ferat.qua propter nemo dubitauerit eos qui ista conquirant:stultos ineptos insanos esse.Aliquid ergo Socrates habuit cordis humani.qui cũ intelligeret hęc non posse iueniri.ab eiusmodi quęstiõibus

se remouit. Vereorq ne in eo solo multa enim sunt eius nõ modo laude indigna: sed etiam reprehensione dignissima i quibus fuit suorum simillimus. Ex his unum eligã quod ab omnibus sit probatum celebre hoc prouerbium Socrates habuit: Quod supra nos nihil ad nos. Procumbamus igitur in terram. & manus nobis ad preclara opera datas conuertamus in pedes. Nihil ad nos celum: ad cuius contemplationem sumus excitati. nihil denique lux ipsa pertineat. Certe uictus nostri causa de celo est. Quod si hoc se sit: non esse de rebus celestibus disputandum: ne illorum quidem rationem poterat comprehẽdere: que sub pedibus habebat. Quid ergo? Num errauit in uerbis? Verisimile nõ est: sed nimirum id sensit: quod locutus est: religioni minime seruiendum. quod si aperte diceret nemo paterẽt. Quis enim non sentiat hunc mundũ tam mirabili ratione perfectum: aliqua prouidentia gubernari? Quando quidẽ nihil est quod possit sine ullo moderatore cõsistere. Sic domus ab habitatore deserta dilabitũ. Nauis sine gubernatore abit pessum. Et corpus relictũ ab anima defluit: ne dum putemus tantam illam molẽ: aut constitui sine artifice: aut stare sine rectore tam diu potuisse. Quod si publicas illas religiones uoluit euertere: non improbo. quin etiam laudabo: si ipse quod est melius: inuenerit. uerum idem per canẽ et anserem deierabat. O hominẽ scurram ut ait Zeno Epicureus. ieptum: perditum: desperatum. si cauillari uoluit religionem. dementem. si hoc serio fecit. ut animal turpissimũ pro deo haberet. Quis iam superstitiones Aegyptiorum audeat reprehendere: quas Socrates Athenis authoritate confirmauit sua: Illud uero nonne summe uanitatis: q ante mortem familiares suos rogauit: ut Aesculapio gallum quem uouerat: pro se sacrarent? Timuit uidelicet ne apud Rhadamanthum receptorẽ uoti reus fieret ab Aesculapio. Dementissimũ hominem putarem: si morbo affectus perisset. cum uero hoc sanus fecerit: est ipse insanus: q eum putet esse sapientem. En cuius temporibus natũ esse se homo sapiens gratuletur.

C.xxi. Quod plato didicerit a Socrate ea quę si obtineret: humani generis pireret societas.

VIdeamus tamen quid illum Socrates docuerit: q cũ totam physicam repudiasset: eo se cõtulit: ut de uirtute atq; officio quęreret. Itaq; nõ dubito: quin auditores suos iustitię pręceptis erudierit. Docẽte igitur Socrate nõ fugit Platonem: iustitię uim in ęquitate consistere. Siquidem omnes pari conditione nascuntur. ergo inquit nihil priuati ac proprii habeant: sed ut pares esse possint. quod iustitię ratio desiderat: omnia in cõmune possideant. Ferri hoc potest: q̃diu de pecunia dici uidetur. quod ipsũ q̃ impossibile sit: & q̃ iniustum poteram multis rebus ostendere Concedamus tamẽ ut possit fieri. Omnes enĩ sapientes erũt & pecuniam contemnent. Quo ergo illum cõmunitas ista perduxit? Matrimonia quoq; inquit communia esse debebunt. scilicet ut ad eandem mulierem multi uiri tãq̃ canes confluant. & is utiq; obtineat: qui uiribus uicerit. Aut si sapientes sunt ut philosophi: expectent: ut uicibus tanq̃ lupanar habeant. O miram Platonis ęquitatem. Vbi est igitur uirtus castitatis? Vbi fides cõiugalis? Quę si tollas: omnis iustitia sublata est. At idem dixit beatas ciuitates futuras fuisse. si aut philosophi regnarẽt: aut reges philosopharent. Huic uero tam iusto tam ęquo uiro regnũ dares. qui aliis sustulisset sua. aliis condonasset aliena: prostituisset pudicitia mulierum: quę nullus unq̃ non modo Rex: sed ne Tyrannus quidem fęcit. Quã uero ĩtulit rationem pessimi huius consilii: sic inquit. Ciuitas cõcors erit: & mutui amoris constricta uinculis: si omnes omnium fuerint: & mariti & patres & uxores & liberi. Quę ista confusio generis humani est: Quomodo seruari potest caritas: ubi nihil est certũ quod amet? Quis aut uir mulierẽ: aut mulier uirũ diliget: nisi habitauerint semper una: nisi deuota mens & seruata ĩuicẽ fides indiuiduã fęcerit caritatẽ? Quę uirtus in illa ꝓmiscua uoluntate locũ non habet? Itẽ si oẽs omniũ liberi fuerint: quis amare liberos tanq̃ suos poterit: cũ suos esse aut ignoret aut dubitet? Quis honorem tãq̃ patri deferet:

cum unde natus sit:nesciat! Ex quo fit. Non ut etiam alienum pro patre habeat:sed etiam patrem pro alieno. Quid q̃ uxor potest esse cõmunis: filius uero non potest? quem concipi non nisi ex uno necesse est. Perit ergo illi uni communitas: ipsa reclamante natura. Superest ut tãtummodo concordię causa uxores uelint esse cõmunes. At nulla uehemẽtior discordiarum ẽ causa: q̃ unius fęminę a multis maribus appetitio. In quo Plato si ratione non poterat: exemplis certe potuit admoneri. & mutorum animaliũ quę ob hoc uel acerrime pugnant: & hominum qui semper ob eam rem grauissima inter se bella gesserunt.

Ca. xxii. Quod dogma Platonis non erat nisi criminis fons & fomes & uirtutum omnium exterminiũ.

Restat ut communio ista nihil aliud habeat preter adulteria & libidines propter quas funditus euertẽdas est uirtus uel maxime necessaria. Itaq; non inuenit concordiam: quam quęrebat: quia non uidebat unde oriatur. Nã iustitia in extrapositis nihil momenti habet. nec in corpore quidem: sed tota in hominis mente uersatur. Qui ergo uult homines adęquare: non matrimonia: non opes subtrahere debet: sed arrogantiam: superbiam: tumorem: ut illi potentes & elati pares esse se etiã mendicissimis sciant. Detracta enim diuitibus insolentia & iniquitate: nihil interest utrum ne alii diuites alii pauperes sint: cum aĩmi pares sint quod efficere nulla alia res pręter religionem dei potest. Putauit igitur se inuenisse iustitiam: cum eam prorsus euerteret. quia non rerum fragilium: sed mentium debet esse cõmunitas. Nam si iustitia uirtutum omnium est mater: cũ illę singulę tolluntur: ipsa subuertitur. Tulit autem Plato ante omnia frugalitatem. quę utiq; nulla est: ubi proprii nihil habetur. Tulit abstinentiam: si quidem nihil fuerit: quo abstineatur alienum. Tulit temperantiam: tulit castitatem quę uirtutes in utroq; sexu maximę sunt. Tulit uerecundiam: pudorem: & modestiam: si honesta & legitima

esse incipiunt: quę solent flagitiosa & turpia iudicari. Sic uirtutem cum uult omnibus dat: omnibus ademit. Nam rerum proprietas & uitiorum & uirtutum materiam continet. cōmunitas autem nihil aliud q̄ uitiorum licentiam Nam uiri qui multas mulieres habēt: nihil aliud dici possunt: q̄ luxuriosi ac nepotes. Item mulieres quę a multis habentur non utiq; adulterę quia certum matrimoniū nullum est: sed prostitutę ac meretrices sint: necesse est. Redegit ergo humanam uitam ad similitudinē nō dico mutorum: sed pecudum: ac beluarum Nam uolucres pene omnes faciunt matrimonia. & paria iunguntur. & nidos suos tanq̄ genitales thoros concordi mente defendunt. & fętus suos quia certi sunt: amant. & si alienos adieceris abigunt At homo sapiens contra morem hominum contraq; naturam: stultiora sibi quę sequeretur: elegit. Et quoniam uidebat in cęteris animalibus officia marium fęminarūq; non esse diuisa: existimauit oportere etiam mulieres militare: & consiliis publicis īteresse. & magistratus gerere: & imperia suscipere. Itaq; his arma & equos assignauit. consequens ē ut lanam & telam uiris infantium gestationes. nec uidit ī possibilia esse quę diceret ex eo: q̄ adhuc in orbe terrę neq; tā stulta neq; tā uana ulla gēs extiterit: quę hoc mō uiueret.

¶ C xxiii. De minoribus philosophis. & quatenus inuicē rēne ex rerū cōtēptu ꝑficiant & erroris assertores sint.

Cum igitur in tanta uanitate ipsi philosophorū principes deprehendant̄: quid illos minores putabimus qui nunq̄ sibi tā sapientes uideri solent: q̄ cū pecunię cōtēptu gloriantur. Fortis animus. Sed expecto quid faciant. & quo ille contēptus euadat. Tradita sibi a parentibus patrimonia: tanq̄ malū fugiunt: ac deserunt. Et ne in tēpestate naufragiū faciāt: in trāquillo se ultro pręcipitāt. nō uirtute: sed peruerso metu fortes. sicut illi qui cū timent ne ab hoste iugulentur: ipsi se iugulāt: ut mortē morte deuitent. Sic isti unde possent gloriā liberalitatis acquirere: sine honore sine gratia perdunt. Laudatur Democritus q̄ agros

suos dereliquerit. eosq pascua publica fieri passus sit. probarem: si donasset. Nihil autē sapiēter fit: quod si ab omnibus fiat. inutile est: ac malum. sed hęc negligentia tollerabilis. Quid ille qui patrimonium in nummos redactum effudit in mare? Ego dubito utrum ne sanus an demens fuerit. Abite inquit in profundum male cupiditates ego uos mergam: ne ipse mergar a uobis. Si tantus pecunię contēptus est: fac illam beneficium: fac humanitatem: largire pauperibus. potest hoc quod perditurus es: multis succurrerē ne fame aut siti aut nuditate moriantur. Imitare insaniam saltem furoremq Tuditani. sparge populo diripienda. Potes & pecuniam effugere: & tamen bene collocare: quia saluum est: quicquid pluribus profuit. Zenonis autē paria peccata quis probat? Sed omittamus id quod est ab omnibus semper irrisum. Illud satis est ad coercendum furiosi hominis errorem: quia inter uitia & morbos misericordiā posuit. Adimit nobis affectum: quo ratio humanę uitę pene omnis continetur. Cum enim natura hominis imbecillior sit: q̄ cęterorum animalium: quę uel ad perferendam uī temporū: uel ad incursiones a suis corporibus arcendas: naturalibus munimentis prouidentia cęlestis armauit. Homini autem quia nihil istorum datum est: accępit pro istis omnibus miserationis affectum. qui plane uocatur humanitas. qua nos met inuicem tuemur. Nam si homo ad cōspectum alterius hominis auferretur: quod facerē uidemus animantes: quarū natura soliuaga est: nulla esset hominum societas: nulla urbium condēdarum uel cura uel ratio. sic neq uita quidem satis tuta: cum cęteris animalibus exposita esset imbecillitas hominum: & ipsi inter semetipsos beluarum more sęuirent. Non miror in aliis dementia. Quid enim dici potest de illo qui nigram dixit esse niuem? q̄ cōsequens erat: ut etiam picem albam esse diceret. Hic est ille q se iccirco natum esse diceret: ut cęlum ac solem uideret: qui in terra nihil uidebat sole lucente. Xenophanes dicentibus Mathematicis orbem lunę duo de uiginti partibus maiorem esse q̄ terram: stultissime credidit. & q̄ huic leuitati fuit consentaneum. dixit intra concauum lunę sinum

esse aliam terram. & ibi aliud genus hominum simili modo uiuere: quo nos in hac terra uiuimus. Habent igitur illi lunatici homines alterā lunā: quę illis nocturnum lumen exhibeat: sicut hęc exibet nobis. Et fortasse hic noster orbis alterius inferioris terrę luna sit. Fuisse Seneca iter Stoicos ait: qui deliberaret: utrum ne soli quoq; suos populos daret inepte scilicet qui dubitauerit. Quid enim perderet si dedisset Sed credo calor deterrebat: ne tantam multitudinem periculo committeret. ne si ęstu nimio periissent: ipsius culpa euenisse tanta calamitas diceretur.

¶ Ca. xxiiii. De antipodibus quos ideo esse finxerunt: q̄a opinati sunt mundū eē rotundum.

Quid illi qui esse contrarios uestigiis nostris antipodas putant? Nūquid aliquid loquuntur? Aut est q̄sq̄ tam ieptus. qui credat esse homines: quorum uestigia sint superiora q̄ capita? Aut ibi quę apud nos iacent uniuersa pendere fruges & arbores deorsum uersus crescere: pluuias & niues & grandines sursum uersus cadere in terram. Et miratur aliquis hortos pensiles inter septē mira narrari cum philosophi & agros & maria & urbes & montes pensiles faciant? Huius quoq; erroris aperienda nobis origo ē Nam semper eodem modo falluntur. Cum enī falsum aliquid in principio sumpserint: uerisimilitudine inducti: necesse est eos in ea quę consequuntur currere. sic incidunt ī multa ridicula. quia necesse est falsa esse: quę rebus falsis congruunt. Cum autē primis habuerint fidem: qualia sūt ea quę sequuntur: non circumspiciunt. sed defendunt omni modo. cum debeant prima illa utrum ne uera sint an falsa: ex consequentibus iudicare. Quę igitur illos ad antipodas ratio perduxit? Videbant siderum cursus in occasum meantium. Solem atq; lunam in eandem partem semper occidere: atq; oriri semper ab eadem. Cum autem non perspicerent quę machinatio cursus eorum temperaret: nec quomodo ab occasu ad orientem remeat. Cęlum autem ipsum in omnes partes dutarent esse deuexum. Quod sic uideri

propter immẽsam latitudinem necesse est. Existimauerũt rotundum esse mundum sicut pilam. Et ex motu siderũ opinati sunt cęlum uolui. sic astra solemq́ occiderint uos lubilitate ipsi mundi ad ortum referri. Itaq́ ęthereos orbes fabricati sunt: quasi ad figuram mundi: eosq́ cęlarunt portentosis quibusdam simulacris: quę astra esse dicerẽt. Hanc igitur cęli rotunditatem illud sequebatur: ut terraĩ medio sinu eius esset inclusa. q̃ si ita esset terram ipsam globo similem. neq; enim fieri posset. ut non esset rotundum: quod rotundo inclusum teneretur. Si autẽ rotunda etiam terra esset: necesse est ut in omnes cęli partes eandem faciẽ gerat. id est montes erigat: campos tendat: maria cõsternat Quod si esset sequebatur illud extremũ: ut nulla sit pars terrę quę non ab hominibus: cęterisq́ animalibus incolaẽ. Sic pendulos istos antipodas cęli rotunditas adinuenit. Quod si queras ab his qui hęc portenta defendũt: quomõ non cadunt omnia in inferiorem illam cęli partem? Hanc respondent rerũ esse naturam: ut pondera in medium ferãtur. & ad mediũ conuexa sint omnia: sicut radios uidemus ĩ rota. Quę autẽ leuia sunt ut nebula: fumus: ignis: a medio deferantur: ut cęlum petant. Quid dicam de his nescio: q cum semel aberrauerint: constanter in stultitia perseuerãt. & uanis uana defendunt: nisi q̃ eos interdum puto ioci cã philosophari. aut prudentes & scios mendatia defendẽda suscipere. quasi ut ingenia sua in malis rebus exerceant: uel ostendant. At ego multis argumentis probare possem: nullo modo fieri posse: ut cęlum terra sit inferius: nisi & liber iam concludẽdus esset. & adhuc aliq̃ restarent: quę magis sint pręsenti operi necessaria. Et quoniam singulorũ errores percurrere nõ est unius libri opus: satis sit pauca enarrasse: ex quibus possint qualia sint cętera intelligi.

¶ C.xxv. Quot & q̃nta pdiscenda sunt. & alias necessaria q̃ntuliter philosophãtibus. ut phiam nullus assequaẽ aut rarus.

Nunc pauca nobis de philosophia in cõmuni dicẽda sũt: ut confirmata cã poremus. Sumus ille noster

Platonis imitator existimauit philosophiam non esse uulgarem: q eam non nisi docti homines assequi possent. Est ĩquit philosophia paucis contenta iudicibus: multitudinẽ consulto ipsa fugiens. Non est ergo sapientia si ab hominũ cętu abborret. quoniam igitur sapientia: si homini data est: sine ullo discrimine omnibus data est: ut nemo sit ꝓrsus qui eam capere nõ possit. At illi uirtutem humano generi datam sic amplexantur: ut soli omniũ publico bono frui uelle uideantur. tam iuidi q̃ si uelint deligare oculos aut effodere cęteris ne solem uideant. Nam quid est aliud hominibus negare sapientiam: quã mentibus eorum uerũ ac diuinum lumen auferre? Quod si natura hominis sapiẽtię capax ẽ: oportuit opifices & rusticos & mulieres: & omnes denicq qui humanam formam gerunt: doceri ut sapiãt populumq ex omni lingua & conditione & sexu & ętate conflari. Maximum itaq argumentum est: philosophiam neq ad sapientiam tendere: neq ipsam esse sapiẽtiam: quod mysterium eius barba tantum celebratur & pallio. Senserunt hoc adeo Stoici: qui & seruis & mulieribus philosophandum esse dixerunt. Epicurus quoq qui rudes omnium litterarum ad philosophiam inuitat. Itẽ Plato qui ciuitatem de sapientibus uoluit componere. Conati quidem sunt illi facere quod ueritas exigebat. sed non potuit ultra uerba procedi. Primum quia multis artibus opus est: ut ad philosophiam possit accedi. discendę litterę istę cõmunes propter usum legendi quia in tanta rerum uarietate: nec disci audiendo possunt omnia: nec memoria contineri Gramaticis quoq non parum operę uel dandum ẽ: ut rectam loquendi rationem scias. Id multos annos auferat: necesse est. Nec oratoria quidem ignoranda est. ut ea quę dixeris: ꝓferri atq eloqui possis. Geometria quoq ac musica & astrologia necessaria est. q hę artes cum philosophia habẽt aliq̃ societatẽ. quę uniuersa ꝑdiscere neq feminę possunt: qbus intra puberes annos officia mox usibus domesticis ꝓfutura discẽda sũt. Neq serui qbus ꝑ eos annos uel maxie seruiẽdũ ẽ: qbus possũt discere. neq pauperes: aut opifices: aut rustici: quibus ĩ diẽ uictus labor ẽ quęrẽdus.

Ob eam causam Tulius ait abborrere a multitudine philosophiã. At enim rudes Epicurus accipiet. Quomõ ergo illa quę de principiis rerum dicuntur intelligent: quę perplexa & inuoluta uix etiam politi homines assequuntur: In rebus igitur obscuritate implicitis: & ingeniorum uarietate confusis: & eloquentium uirorum exquisito sermone phucatis: quis imperito ac rudi locus est: Denicq nunq̃ ullas mulieres philosophari docuerunt: pręter unam ex omni memoria Themisten. Necq seruos pręter unum Pythagoram: quem male seruientẽ redemisse ac docuisse tradũt. Enumerant etiam Platonem ac Diogenem. qui tamen serui non fuerunt. sed iis seruitus euenerat. sunt enim capti: Platonem quidem redemisse Aniceris quidam traditur sestertii s octo. Itacq insectatus est conuitiis hunc ipsum redemptorem Seneca. q Platonem paruo ęstimauerit. furiosus ut mihi quidem uidetur: qui homini fuerit iratus: q non multam pecuniam perdidit. scilicet aurum appendere debuit tanq̃ pro mortuo Hectore: aut tantum ingerere nũmorum: quantum uenditor nõ poposcit: Ex barbaris uero nullum pręter unum Anacharsin Scytham: qui philosophiam ne somniasset quidem: nisi & linguam & litteras ante didicisset.

C.xxvi. Quod doctrina cęlestis sapientiam sola largit᷑. quã natura cõmunis appetit: & quęrẽs philosophia ñ inuenit. Et q̃ efficax sit lex dei: & Ecclesię sacramẽta.

Quod ergo illi poscente natura faciendũ esse senserũt. sed tamen necq ipsi facere potuerunt: necq a philosophis fieri posse uiderunt: sola hoc efficit doctrina cęlestis quę sola sapientia est. Illi scilicet persuadere cuiq̃ potuerũt qui nihil persuadent etiam sibi: Aut cuius q̃ cupiditates opprimentur: iram temperabunt: libidinem coercebunt: cũ ipsi & cedant uitiis: & fateantur plus ualere naturam: Dei autem pręcepta quia & simplicia & uera sunt: quãtum ualeant in animis hominum: quotidiana experimẽta demõstrãt. Da mihi uirum: q sit iracũdus: maledicus effrenatus paucissimis dei uerbis tam placidum q̃ ouem reddam. Da

cupidum:auarum:tenacem.iam tibi eum liberalem dabo & pecuniã suam propriis manibus largientem.Da timidũ doloris ac mortis.iam cruces & ignes:& pericula & taurũ contemnet.Da libidinosum:adulterum:ganeonem.iam so brium castum:continentem uidebis. Da crudelem & sang uinis appetentem.iam in ueram clementiam furor ille mu tabitur.Da iniustum:insipientem:peccatorem; continuo & equus & prudẽs & innocens erit.Vno enim lauacro ma litia omnis abolebitur.tanta diuinę sapientię uis est: ut in hominis pectus ĩfusa:matrem delictorum stultitiam uno simul impetu expellat.Ad quod efficiendum: non merce de:non libris:non lucubrationibus opus est.Gratis ista fi unt:facile:cito:modo pateant aures. & pectus sapientiam sitiat.Nemo uereatur.nos aquam non uendimus .nec solẽ mercede pręstamus.Dei fons uberrimus atq; plenissimus patet cunctis.& hoc celeste lumẽ uniuersis oritur:quicũq; oculos habent. Num quis hęc philosophorum aut unq̃ pręstitit:aut pręstare si uelit potest?Qui cum ętates suas in studio philosophię conterant:neq; alium quenq̃ neq; se ipsos si natura paululum obstitit:possunt facere meliores Itaq; sapientia eorum ut plurimum efficiat:non excidit ui tia:sed abscondit.Pauca uero dei pręcepta:si totum homi nem immutant:& exposito uetere nouum reddunt: ut nõ cognoscas eundem esse.

C.xxvii.Quod philosophi sępe recte pręcipiunt:& ĩ terdum uident uerũ.Et quare non sit eis credendũ: in quo solo nitatur conditio naturę.

QVid ergo?Nihil ne illi simile pręcipiunt? Immo per multa.& ad uerum frequẽter accedunt. sed nihil põ deris habent illa pręcepta.quia sunt humana. & authoritate maiori id est diuina illa carent.nemo igitur credit:quia tam se hominem putat esse qui audit: q̃ est ille: qui pręci pit.Pręterea nihil apud eos certi est: nihil quod a scientia ueniat. Sed cum omnia coniecturis agantur: multa etiam diuersa & uaria proferant:stultissimi ẽ hominis pręceptis eorum uelle parere:quę utrum uera sint:an falsa: dubitatũ.

& ideo nemo paret:quia nemo uult ad incertum laborare. Virtutem esse Stoici aiunt.quę sola efficiat uitam beatam. Nihil potest uerius dici.Sed quid si cruciabitur:aut dolore afficietur? Poterit ne quisq̃ inter carnifices beatus esse? Imo uero illatus corpori dolor materia uirtutis est. itaq̃ ne in tormētis quidem miser est.Epicurus multo fortius sapiens inquit semper beatus est.& uel inclusus in Phalaridis tauro hanc uocem emittet.suaue est.& nihil curo.quis eum non irriserit? Maxime q̃ homo uoluptarius personā sibi uiri fortis imposuit. & quidem supra modum. Non enim fieri potest:ut quisq̃ cruciatus corporis pro uoluptatibus ducat:cum satis sit ad officium uirtutis implēdū perferre ac sustinere.Quid dicitis Stoici? Quid tu Epicure?Beatus est sapiens:etiā cum torquetur.Si propter gloriam:sapientia non fruetur.In tormentis enim fortasse morietur.Si propter memoriam: aut non sentiet si occidūt animę:aut si sentiet:nihil ex ea consequetur. Quis ergo alius fructus est in uirtute?Quę beatitudo uitę:ut ęquo animo moriatur? Bonū mihi affertis unius horę aut fortasse momenti.propter quod non expediat in tota uita miseriis & laboribus confici.Quantum autem temporis mors occupat:quę cum uenit:utrum ęquo animo an iniquo eā subieris:iam nihil refert.Ita f.t:ut nihil aliud ex uirtute captē nisi gloria.Sed hęc aut superuacua & breuis est:aut prauis hominum iudiciis non sequetur.Nullus igitur ex uirtute fructus est.ubi uirtus mortalis est & caduca.Itaq̃ qui hęc locuti sunt:umbram quandam uirtutis uiderunt. ipsam uirtutem non uidebant. Deflexi enim fuerunt in terram. nec uultus suos in altum erigebant:ut eam possent intueri quę sese cęli regionibus ostēdebat. Hęc causa est cur pręceptis eorum nullus obtemperet.quoniam aut ad uitia erudiunt:si uoluptatem defēdunt.aut si uirtutē afferunt:neq̃ peccato penam minātur:nisi solius turpitudinis.neq̃ uirtuti ullum pręmium pollicentur:nisi solius honestatis & laudis.cum dicant non propter aliud:sed propter seipsam expetendā esse uirtutē.Beatus est igitur sapiens i tormētis. sed cum torquetꝰ ꝓ fide:pro iustitia: pro deo illa patiētia

doloris beatissimum faciet. est enim deus qui solus potest honorare uirtutem. cuius merces immortalitas sola ē. quā qui non appetunt: nec religionem tenent. cui ęterna subiacet uita. Profecto neq; uirtutis uim sciunt: cuius prēmiū ignorant neq; in cęlum spectant: quod ipsi se facere putant cum res non inuestigabiles quęrunt. quia ratio ī cęlū spectandi nulla alia est: nisi aut religionē suscipere: aut animam suam īmortalē eē credeē. Quisquis enim aut deum colēdū esse itelligit. aut immortalitatis spē sibi propositam habet mens eius in cęlo est. Et licet id non aspiciat oculis: animę tamen lumine aspicit. Qui autē religionē non suscipiūt: terreni sunt. quia religio de cęlo est. Et qui animā putant cū corpore interire: ęque ī terram spectant. quia ultra corpus quod est terra nihil amplius uidēt: quod sit īmortale. Nihil igitur prodest hominē esse fictū: ut recto corpore spectet in cęlum: nisi erecta mente deū cernat. & cogitatio eius in spe uitę perpetuę tota uersēt.

C. xxviii. Quod fortuna nihil ē. quā Philosophi non modo deā: sed deū mentiunt̄. Et quō hūc errorē demones imiserint eis qui deum nesciebāt: aut contēnebant.

Q Vapropter nihil aliud est in uita quo ratio: quo cōditio nostra nitatur: nisi dei qui nos genuit agnitio. & religiosus ac pius cultus. Vnde quoniā philosophi aberrauerunt: sapientes utiq; non fuerunt. Quęsierunt illi quidē sapientiam: sed quia non rite quęrebant: prolapsi sunt longius: & in maximos errores inciderunt: ut etiā communē sapientiā non tenerent. Non enim tātū religionē asserere uoluerunt: uerum etiā sustulerunt. dū specie uirtutis falsę inducti: conat̄ aīmos oī metu liberare. quę religionis eursio naturę nomē iuenit. Illi enī cū aut ignorarēt a q̄ esset effectus mūdus: aut psuadere uellēt nihil esse diuina mēte pfectū: naturā eē dixerūt rerū oium matrē. quasi dicerent omnia sua spōte esse nata. quo uerbo plane imprudentiā suam confitentur. Natura enim remota prouidentia & potestate

diuina prorsus nihil est. Quod si deū naturā uocant:quę peruersitas est:naturam potius q̄ deū nominare! Si autem natura ratio est:uel necessitas uel conditio nascendi:nō est per seipsam sensibilis.quia necesse est mentem esse diuinam quę sua prouidentia nascendi prīcipiū rebus omnibus p̄beat. Aut si natura est cęlū atq̄ terra:& omne quod natum est:non est dei natura sed dei opus. Nō dissimili errore credunt esse fortunā:quasi deam quandā res humanas uariis casibus illudentē.quia nesciūt unde sibi bona & mala eueniant. Cum hac se cōpositos ad prędiandū putant.nec ullā tamē rationem reddunt a quo & quā ob causam. sed tantū cū fortuna se digladiari momentis omnibus gloriant̄. Iam quicunq̄ alios consolati sunt ob interitū amissionemq̄ carorū:fortunę nomē acerrimis accusationibus proscidérūt nec omnino ulla eorū disputatio de uirtute est in qua nō fortuna uexet̄. M. Tulius in sua consolatione pugnasse se semper contra fortunam loquit̄. eamq̄ a se esse separatam. cum fortiter inimicorum impetus retudisset. nec tū qdē se ab ea fractum:cū domo pulsus patria caruit. Tū autem cū amiserit carissimā filiam:uictū se a fortuna turpiter cōfitetur. Credo inquit & manū tollo. Quid hoc homine miserius:qui sic iaceat! Insipienter inquit:siquis profitetur se esse sapiētē. Quid ergo sibi uult assumptio nominis! Quid cōteptus ille rerū: qui magnificis uerbis pretendit! Quid dispar ceteris habitus! Aut cur omnino pręcepta sapientię dantur:si nemo qui sapiat adhuc inuētus est! Et quiḡ nobis inuidiā facit:quia philosophos negamus esse sapientes cū ipsi nec scire se quicq̄ ne sapere fateantur! Nā si quādo ita defecerint.ut ne effingere qdē qcq̄ possint:quod faciūt in rebus cęteris! Tū uero ignorantię admouent̄. & q̄si furibūdi exsiliūt & exclamāt se cęcos esse & excordes. Anaxagoras pronuntiat circūfusa esse tenebris omnia. Empedocles angustas esse sensuum semitas querit̄: tanq̄ illi ad cogitandū rheda & quadrigis opus esset. Democritus quasi in puteo quodam sic alto ut fundus sit nullus: ueritatē iacere dimersām: nimirū stultę ut cętera. Non enim tanquam in puteo demersa est ueritas:quo uel descēdere uel etiā cadere

illi licebat. sed tanquã in summo mõtis excelsi uertice: uel potius in cęlo quod est uerissimũ. Quid enim est cur eam potius in imum depressam diceret: quã in summum leuatam: nisi forte mentẽ quoq; in pedibus aut ĩ imis calcibus constituere malebat: potius q̃ in pectore aut ĩ capite: adeo remotissimi fuerunt ab ea ueritate: ut eos ne status quidẽ sui corporis admoneret: ueritatem in summo illis esse quęrendã. Ex hac desperatiõe confessio illa Socratis nata ẽ: q̃ se nihil scire dixit: nisi hoc unũ q; nihil sciat. Hinc Academię disciplinę manauit. si tñ disciplina dici põt. in qua ignoratio & discitur: & docet̃. Sed ne illi quidẽ qui sciẽtiã sibi assumpserunt: id ipsum quod se scire putabant: costãter defendere potuerũt. Qui quoniã ratio illis nõ quadrabat: p ignorantiã rerũ diuinarũ tã uarii tã incerti fuerunt. sibiq; sępe contraria differentes: ut quid sentirent: quid uellet: satis statuere ac diiudicare non possis. Quid igit̃ pugnes aduersus homines eos: qui suo sibi gladio peunt: Quid labores: ut eos destruas: quos sua ipsos destruit atq; afficit oratio: Aristoteles inquit Cicero ueteres philosophos accusãs eos ait aut gloriosos aut stultissimos fuisse: q exiſtimaſſẽt philosophiã suis ingeniis esse perfectã. sed se uidere q; paucis annis magna accessio facta esset: breui tempore philosophiã plane absolutã fore. Quod igit̃ fuit illud tẽpus: Quo in orẽ: Quando ẽ: aut a qbus absoluta: Nam quod ait stultissimos fuisse qui putassent ingeniis suis perfectam esse sapientiam: uerũ est. sed ne ipsi quidẽ satis prudẽter: qui aut a ueteribus cęptã. aut a nouis auctã: aut mox a posterioribus perfectũ iri putauit. Nunquã enim potest inuestigari quod non per uiã suam queritur.

¶ Ca. xxix. Item repetitio de fortuna & natura & definitione eius.

Sed repetamus id quod omisimus. Fortuna ergo p se nihil ẽ. nec sic habẽdũ ẽ: tanq̃ sit ĩ aliq̃ sẽsu. Si qdẽ fortuna ẽ accidẽtiũ rerũ subitus atq; iopinatus euẽtus. uerũ philosophi ne aliq̃n non errent: in re stulta uolunt esse sapientes:





qui fortune sexum mutant.eamq́ non deam sicut uulgus: sed deũ esse dicunt. Et unde tamen interdũ naturã: interdũ fortunã uocant. Quid multa inquit idẽ Cicero. efficiat iopinata nobis propter obscuritatẽ ignorationẽq́ causarum Cũ igitur causas ignorẽt: propter quas fiat aliquid. & ipsũ qui faciat ignorent: necesse est. Idem in opere ualde serio: quo precepta uitę deprompta ex philosophia filio dabat: Magnam inquit esse fortunę uim in utrãq́ partẽ quis nesciat? Nã & cum prospero flatu eius utimur: ad exitus peruenimus optatos. Et cum reflauerit affligimur. Primũ q negat sciri posse qcq̃: sic hoc dixit: tanq̃ & ipse & oẽs sciant Deinde qui etiã quę clara sũt: dubia conaẽ efficere: hoc putauit esse clarũ: quod illi esse debuit uel maxime dubium nã sapienti omnino falsum est. Quis inquit nescit? Ego uero nescio. Doceat me: si põt: quę sit illa uis? qui flatus iste? & qui reflatus? Turpe igitur est hominẽ ingeniosũ id dicere quod si neges probare nõ possit. Postremo q̃ is qui dicit assensus esse retinendos: q̃ stulti sit hominis rebus incognitis temere assentire. is inquã plane uulgi & iperitorũ opinionibus credidit. qui fortunã putãt esse: quę hominibus tribuit bona & mala. Nam simulacrũ eius cũ copia & gubernaculo fingunt. tanq̃ hęc & opes tribuat: & humanarũ rerum regimen obtineat. Cui opinioni & Virgilius assensit qui fortunã omnipotentẽ uocat. Et historicus qui ait: sed profecto fortuna in omni re dominaẽ. Quid ergo cęteris diis loci superest: Cur nõ aut ipsa regnare dicit: si plus potest: aut sola colitur: si omnia uel si tantum mala imittit? Aliquid causę proferant. cur si dea sit: hominibus inuideat. eosq́ perditos cupiat: cũ ab iis religiose colatur. Cur ęq or sit malis: iniquior autẽ bonis. cur insidietur: affligat: decipiat: & exterminet. Quis illã generis hominum uexatricẽ constituit perpetuã? Cur deniq́ tam malã sortita sit potestatem: ut res cunctas ex libidine magis q̃ ex uero celebret: obscuretq́. Hęc inquã philosophos inquirere oportuit: potius q̃ temere innocentem accusare fortunã. quę etiam si sit aliq̃ nihil tamẽ afferri ab iis potest: cũ hoĩbus tã iimica sit: q̃ putatur. Itaq́ ille omnes orationes qbus iniquitatem

fortunę lacerant:suasq; uirtutes contra fortunam superbis
sime iactant: nihil sunt aliud:q̄ deliramenta inconsiderate
leuitatis. Quare non inuideant nobis:quibus aperuit ueri
tatem deus.qui sicut scimus nihil esse fortunam:ita scimus
esse prauum ac subdolum spiritū.qui sit inimicus bonis:
hostisq; iustitię.qui contraria faciat q̄ deus.cuius inuidię
causam in secundo libro explicamus. Hic ergo insidiatur
uniuersis.sed eos qui nesciunt deum:errore impedit.stul
titia obruit.tenebris circumfudit. ne quis possit ad diui
ni nominis peruenire notitiam:in quo uno & sapientia cō
tinetur.& uita perpetua. Eos autē qui deū sciunt:dolis &
astutia aggreditur.ut cupiditate ac libidine irretiat: aut
peccatis blandientibus deprauatos impellat ad mortē.uel
si dolo nihil profecerit:uiolentia deiicere conatur. Icccirco
enim in primordiis transgressionis non statim ad pęnā de
trusus a deo est:ut hominē malitia sua exerceat ad uirtutē
quę nisi agitetur:nisi assidua uexatione roboretur:nō pōt
esse pfecta. Siquidē uirtus ē pferendorū malorū fortis ac ī
uicta patientia. Ex quo fit:ut uirtus nulla sit:si aduersari
us desit. Huius itaq; peruersę potestatis cū ui sentirent uir
tuti repugnantē:nomen ignorarent:fortunę uocabulū sibi
inane finxerunt. Quod q̄longe a sapientia sit remotū:decla
rat Iuuenalis his uersibus.

Nullū numen abest si sit prudentia.sed nos.
Te facimus fortuna deā.cęloq; locamus:

Stultitia igit̄ & error & cęcitas:& ut Cicero ait ignoratio
rerū atq; causarū:naturę ac fortunę nomina īduxit. Sed ut
aduersariū suū nesciunt:sic nec uirtutē quidē sciūt:cuius
scientia ab aduersarii notione descendit.quę sic coniūcta ē
cū sapientia:uel ut ipsi aiunt eadē ipsa sapientia est: igno
rēt necesse est in quibus rebus sita sit. Nemo enim potest
ueris armis instrui:si hostē contra quē fuerit armandus:
ignorat.nec aduersariū uincere qui in dimicando non hos
tē uerū sed umbrā petit.prosternetur enī qui alio intētus
uenientē uitalibus suis ictum nec p̄uiderit an̄ nec cauerit.

¶ Ca.xxx. Epilogus quo docet quō trāseundū sit

a uanitate philosophorũ recedẽtibus:& ad uerã sapientiã aspirantibus scilicet ad uerbũ dei in q̃ solo ueritas inuenitur.& uirtus & beatitudo.& ab eis quę dicta sunt:ad dicenda trãsitũ facit.

DOcui quantũ mea mediocritas tulit:lõge deuiũ philosophos iter a ueritate tenuisse.sentio tñ q̃multa pręterierim.quia non erat mihi propria contra philosophos disputatio:sed huc necessario diuertendũ fuit:ut ostenderem tot & tanta ingenia in rebus falsis esse consumpta.nequis forte a prauis religionibus exclusus:ad eos se conferre uellet.tanq̃ certi aliquid reperturus.Vna igitur spes homini:una salus in hac doctrina q̃ defendimus:posita est. Omnis sapientia hominis ĩ hoc uno est:ut deũ cognoscat & colat.Hoc nostrũ dogma:hęc sententia est.Quanta itaq; uoce possum testificor:proclamo:denuntio.Hoc est illud quod philosophi oẽs in tota sua uita quęsierunt. nec unq̃ tamen inuestigare:comprębendere:tenere ualuerunt. quia aut prauam religionem tenuerunt:aut totam penitus sustulerunt.Facessant igitur illi omnes.qui humanã uitã nõĩstruunt.sed turbãt. Quid enim docent?Quẽ instruunt:q seipsos non instruxerunt?Quẽ sanare ęgroti?Quẽ regere cęci possunt?Huc ergo nos omnes quibus est cura sapientię conferamus.An expectabimus donec Socrates aliquid sciat?Aut Anaxagoras lumen in tenebris ĩueniat? Aut Democritus ueritatem de puteo extrahat?Aut Empedocles dilatet animi sui semitas?Aut Arcesilas & Carneades uideant:sentiant:percipiant?Ecce uox de cęlo ueritatem docens.& nobis sole ipso clarius lumen ostendens.Quid nobis iniq sumus:& sapientiam suscipere contamur.q̃ docti homines contritis in quęrendo ętatibus suis:nunq̃ reperire potuerũnt:Qui uult sapiẽs ac beatus esse:audiat dei uocẽ:discat iustitiam:sacramentum natiuitatis suę norit: humana contemnat:diuina suscipiat: ut sũmũ illud bonũ ad quod natus est:possit adipisci.Dissolutis religionibus uniuersis:& omnibus quęcunq; ĩ earũ defensionem dici uel solebãt uel poterãt refutatis:deinde cõuictis philosophię disciplinis:

ad ueram religionem sapientiamq ueniendum est. quoniã est ut docebo utrunq coniunctũ: ut eam uel argumentis: uel exemplis: uel idoneis testibus asseramus. Et stultitiam quã nobis isti deorũ cultores obiectare non desinunt: ut nullam penes nos. sic totam penes ipsos esse doceamus. Et quãq prioribus libris cum falsas arguerẽ religiones. & hic cũ falsam sapientiam tollerem: ubi ueritas sit ostenderim: planius tamẽ quę religio & quę sapiẽtia uera sit: liber pxi mus indicabit.

Lactantii Firmiani de institutionibus diuinis libri quarti prefatio. Quomõ unius sęculi error i omnẽ sit transfusus ętatem. & orbem occupauerit. Et Gręcia post gloriam sep tem sapientum studio perquirendę ueritatis exarserit. & studiosi eius se maluerint philosophos q̃ sapientes appella ri: Capitulum primum.

lib' q̃rtus

Ogitanti mihi & cũ aĩo meo sępe reputan ti priorẽ illũ generis humani statũ: & mi rũ pariter & indignũ uideri solet: quod unius sęculi stultitia religiones uarias sus cipientis: deosq multos esse credentis: in tantã subito ignorationẽ sui uentũ ẽ: ut ablata ex oculis ueritate: neq religio ueri dei: neq humani tatis ratio teneret̃. hominibus non in cęlo summum bonũ quęrentibus: sed i terra. quã ob causam profecto sęculorũ ueterũ mutata felicitas est. Cęperunt enim relicto parente & cõstitutore omniũ deo isensibilia digitorũ suorum fig menta uenerari: quę prauitas quid fęcerit: quid malorum attulerit: res ipsa declarat. Auersa nãq a sũmo bono quod ideo beatum & sempiternum est: quia uideri tangi cõpre hendi non potest: & a uirtutibus ei bono congruentibus quę sunt ęque immortales: ad hos corruptos & fragiles de os lapsi: & studentes his rebus quibus solũ corpus ornat̃: alitur: mortẽ sibi ppetuã cũ diis & cũ bonis corporalibus quęsierunt: quia morti corpus omne subiectum est. Insecu ta ẽ igitur huiusmodi religionis iustitia & ipietatas sicuti

fuerat necesse. Desierunt enim uultus suos in cęlum tollerẽ sed deorsum mentes hominũ depressę terrenis ut religionibus: sic etiam bonis inherebant: secutũ est dissidium generis humani: & fraus & nefas omne: quia spretis sempiternis atq; incorruptis bonis: quę sola debent ab homine cõcupisci: temporalia & breuia maluerunt. maiorq; ad malũ hominibus fides fuit: qui prauum recto quia pręsentius fuerat: prętulerunt. Sic humanam uitam prioribus sęculis in clarissima luce uersatam caligo & tenebrę cõprehenderunt. Et q huic prauitati congruẽs erat: postq̃ sapiẽtia sublata est: tum demũ sibi homines sapientum nomen uendicare cęperunt. tum autẽ nemo sapiens uocabatur: cũ omnes erant. utinamq; nomen illud publicum aliquãdo q̃uis ad paucos redactum: tum uim suam retineret. Possent enĩ fortasse pauci illi uel ingenio uel authoritate: uel assiduis hortamẽtis liberare populum uitiis & erroribus. sed adeo in totum sapientia occiderat: ut ex ipsa nominis arrogantia nullum eorum qui uocarentur: apparuit fuisse sapiẽtẽ. Et tñ prius q̃ hęc philosophia quę dicitur: esset ĩuenta septem fuisse traduntur primi omnium: qui quia de rebus naturalibus quęrere ac disputare sunt ausi: sapientes haberi appellariq; meruerunt. O miserum calamitosumq; sęculũ quo per orbem totum septem soli fuerunt: qui hominum uocabulo censerentur. Nemo enim potest iure dici homo: nisi qui sapiens est. Sed si cęteri omnes pręter ipsos stulti fuerunt ne illi quidem sapientes: quia nemo sapiẽs esse uere iudicio stultorum potest. adeo ab his affuit sapientia: ut postea quidem increscente doctrina & multis magnisq; ingeniis in idipsum semper intentis non potuerit perfici ueritas & comprehendi. Nam post illorum septem sapientum gloriam: incredibile est quanto studio inquirende ueritatis Grecia omnis exarserit. Ac primum nomen ipsum sapientię arrogans putauerunt. sed quia non sapientes sed studiosos sapientię uocauerunt. quo facto & illos qui temere sapientum sibi nomen asciuerant: erroris stultitięq; damnauerunt. & se quoq; ipsos ignorantię. quã quidem non diffitebantur. nam ubicunq; rerum natura ingeniis eorũ quasi

manus oppofuerat: ne rationem poffent aliquam reddere: teftificari folebant: nihil fcire fe: nihil cernere. Vnde multo fapientiores inueniuntur: qui fe aliqua ex parte uiderunt: q̃ illi qui fapere crediderant.

Ca. ii Quod ibi eft quęrenda fapientia: ubi gentibus eft ftultitię titulus. & quare Pythagoras & Plato lit terarum pſecutores nõ acceſſerint ad iudęos.

Quare fi neq; illi fuere fapientes: qui fũt appellati: neq; potentiores: qui non dubitauerunt infipientiam cõ fiteri: quid fupereft: nifi ut alibi fit quęrenda fapientia: qa non eft: ubi quęrebatur: inuenta: Quid autem putemus fu iffe cauſę: cur tot igeniis totq; temporibus fummo ftudio & labore quęfita non reperiretur: nifi q; eam philofophi ex tra fines fuos quęfierũt: Qui quoniam peragratis & explo ratis omnibus nuſq̃ ullam fapientiam comprehenderunt: & alicubi effe illam neceffe eft: apparet illic potiffimum ef fe quęrendam: ubi ftultitię titulus apparet: cuius uelamen to deus ne arcanum fui diuini operis ĩ propatulo effet: the faurum fapientię & ueritatis abſcondit. Vnde equidẽ foleo mirari: q; cum Pythagoras & poftea Plato: amore indagã dę ueritatis accẽſi: ad Aegyptios & Magos & Perfas uſq; penetraffent: ut earum gentium ritus & facra cognofcerẽt: ſuſpicabantur enim fapientiam in religione uerfari: ad Iu dęos tantum non acceſſerint: penes quos tunc folos erat. & quo facilius ire potuiffet. Sed auerfos effe arbitror diui na prouidentia: nefcire poffent ueritatem: quia nondũ fas erat alienigenis ingeniis religionem dei ueri iuftitiãq; cog nofcerẽ. Statuerat enim deus appropinquãte ultimo tẽpore ducem magnũ cęlitus mittere: qui eam perfido ingratoq; populo ablatam exteris gẽtibus reuelaret. Qua de re ĩ hoc libro aggrediar difputare: fi prius oftendero fapientiã cũ religiõe fic cohęrere: ut diuelli utrũq; nõ poffit.

Ca. iii. Quod fapientia & religio ĩfeparabiliter cohęrent. & q; neceffe eft eofdem nõ diuerfos

esse secretrarios sapientię & numinis sacerdotes. Et quare contra naturā sit colere plures deos. Et quare sicut necessitate naturę oportet dnm esse unū unicuiq; sic & patrē unū.

Deorum igitur cultus in priore libro docui non habere sapientiam: nō modo quia diuinum animal terrenis fragilibusq; substernit: sed qa nihil ibi differit quod proficiat ad mores excolendos uitamq; formādam. nec habet inquisitionem aliquam ueritatis: sed tantummodo ritum colendi qui non officio mentis sed ministerio corporis cōstat. Et ideo non est illa uera religio iudicanda: quia nullis iustitię uirt utisq; pceptis erudit effecitq; meliores. Ita philosophia quia religionem id est summam pietatem non habet: non est uera sapientia. Nam si diuinitas quę gubernat hunc mundum: incredibili beneficia genus hominum sustentat: & quasi paterna indulgentia fouet: uult pfecto gratiam sibi referri & honorem dari. Nec constat homini ratio pietatis potest: si cęlestibus beneficiis extiterit ĩgratus: quod non est utiq; sapientis. Quoniam igitur ut dixi: philosophia & religio deorum disiuncta sunt: & longe discreta: siquidem alii sunt professores sapientię p quos utiq; ad deos non aditur. Alii religionis antistites: p quos sapere non discitur: apparet nec illam esse ueram sapientiā: nec hanc religionem. ideirco nec philosophia potuit ueritatem comprehendere. nec religio deorum rationem sui q̃ caret: reddere. Vbi autē sapientia cum religione inseparabili nexu cohęret: utrūq; uerum esse necesse est: quia & in colendo saper debemus: id est scire quid nobis & quo mō sit colendum: & in sapiendo colere: id est re & actu quod scierimus implere. Vbi ergo sapientia cum religione coniungitur: ibi scilicet: ubi deus colitur unus. ubi uita & actus omnis ad unum caput & ad unam summam refertur. Deniq; iidem sunt doctores sapientię: qui & dei sacerdotes. Nec tamen moueat quenq̃: quia sępe factum est: & fieri pōt ut philosophus aliquis deorū suscipiat sacerdotiū: quod cum fit non tamen coniungitur philosophia cū religione

sed philosophia inter sacra cessabit: & religio quando phi losophia tractabitur. Illa. n. religio muta ē: nō tm̄. qa muto rū ē: sed qa ritus eius in manu & digitis ē nō in corde aut lingua: sicut nostra quę uera est. Iccirco & in sapientia reli gio: & in religione sapientia ē. ergo non pōt segregari. quia sapere nihil aliud est: nisi deū uerū iustis ac piis cultibus honorare. Multorū autē deorū cultus non esse secūdū na turā: etiā hoc argumēto colligi pōt: & cōprehendi. omnem deū qui ab homine colit: necesse ē iter solēnes ritus & pcati ones patrē: nuncupari. nō tm̄ honoris gratia sed & ratio nis: q & antiquior ē homine: & q uitā: salutē: uictū: pręstat ut pater. Itaq & Iuppiter a precantibus pater uocat. & Sa turnus. & Ianus. & Liber. & cęteri deinceps. quod Lucili ius in deorum consilio irridet.

Sape. quid ē

Vt nemo nostrū: qn aut pater optimus diuū:
Aut Neptunus pater: Liber: Saturnus pater: Mars:
Ianus: Quirinus pater sic & hoc dicat ad unū.

Quod si natura non patit: ut sint unius hoīs plures ptes Ex uno eni pcreat. ergo deos etiā multos colere cōtra na turā ē contraq pietatē. unus ergo colēdus ē: qui pōt uerus pater nominari. Idē etiā dominus sit necesse ē: q̄re sicut po test indulgere: ita etiā coercere. Pater ideo appellādus ē qa nobis multa & magna largitur. Dominus ideo. qa castigā di & puniendi habet maximā potestatē. Dominum uero eū dē esse q sit pater: etiā iuris ciuilis ratio demōstrat. quis. n. poterit filios educare: nisi habeat in eos potestatē. nec īme rito paterfamilias dicit: licet tantū filios habeat. uidelicet nomē patris: cōplectitur etiā seruos: qa familia sequit. & no mē familię cōplectit etiā filios qa pater antecedit. Vnde ap paret eundē ipsum & patrē seruorū & dominū filiorū. De niq & filius manumittit tanq̄ seruus. & seruus liberatus: patroni nomē accipit tanq̄ filius. Quod si propterea pater familias noīat: ut appareat eū duplici potestate pręditū qa & indulgere debet: qa pater ē: & coercere qa dominus: ergo idē seruus ē: qui & filius: & idē dominus qui & pater Sicut igitur naturę necessitate non potest esse nisi unus pa ter: ita nec dominus nisi unus. Quid enim faciet seruus si

multi domini diuersa imperauerint! ergo contra ratione͂ contraq͂ natura͂ sunt religiones multoru͂ deoru͂. Siquidem nec patres multi possunt esse: nec domini. deos aute͂ & patres & dominos nuncupari necesse est. Teneri ergo ueritas non po͂t: ubi homo idem multis patribus dominisq͂ subiectus est. Ubi animus i͂ multa dispersus huc atq͂ illuc diuagatur. Nec habere ullam firmitatem religio potest: qua͂do certo & stabili domicilio caret. Cultus ergo deoru͂ ueri esse non possunt. Eodem modo quo matrimoniu͂ dici n͂ po͂t: ubi mulier uiros multos habet. sed hęc aut meretrix aut adultera nominabitur. A qua enim pudor: castitas: fides abest: uirtute careat necesse est. sic & religio deoru͂ impudica est: & incęsta: quia fide caret. quia honos ille instabilis & incertus caput & originem non habet.

C. iiii. Quo sapientia spectat ad filios. religio ad seruos. & utriusq͂ fo͂s deus unus solus & uerus: q͂ ingratu͂ abdicat filiu͂: & fugitiuu͂ punit seruu͂

Quibus rebus apparet q͂ inter se coniuncta sint. sapientia & religio: sapie͂tia spectat ad filios quę exigit timorem. nam sicut illi patre͂ dilige͂ debent & honorare: sic hi dominum cole͂ & uereri. Deus aute͂ qui unus e͂ q͂m utta͂q͂ personam sustinet: & patris & dei. & amare eu͂ debemus: q͂a filii sumus: & timere quia serui. no͂ po͂t igi͂ nec religio a sapientia separari. nec sapientia a religione secerni: quia idem deus est. qui & diligi et intelligi debet: quod est sapientię et honorari quod est religionis. Sed sapientia pręcedit religio sequitur. quia prius est deu͂ scire: consequens colere. Itaq͂ in duobus nominibus una uis est: q͂uis diuersa esse uideantur. Altru͂ eni͂ positu͂ est in sensu. alteru͂ in actu. Sed tame͂ similia sunt duobus riuis uno fonte mana͂tibus. Fo͂s aute͂ sapientię deus est: a quo hi duo riui si aberrauerint: arescant necesse est: que͂ qui nesciu͂t: nec sapie͂tes esse possu͂t nec religiosi. Sic fit ut Philosophi et qui deos colunt: similes sint: aut filiis abdicatis: aut seruis fugitiuis: quia neq͂ illi patrem quęrunt neq͂ hi dominu͂. et abdicati hereditate͂ non assequun͂. et fugitiui impunitate͂. Ita neq͂ Philosophi

immortalitatem accipiunt quę est regni cęlestis hęreditas: id est summũ bonũ quod illi maxime quęrunt: neq; cultores deorũ pęnã sempiternę mortis effugient. quę est aĩmaduersio ueri domini aduersus fugitiuos suę maiestatis ac nominis. Deũ uero esse patrẽ: eundemq; dominũ utriq; ignorauerunt tam cultores deorũ q̃ ipsi professores sapiẽtię quia aut nihil colendũ omnino putauerũt: aut religiones falsas approbauerũt: aut etiã si ui potestatẽq; summi dei ĩtellexerunt: ut Plato qui ait unũ esse fabricatorẽ mũdi deum. Et. M. Tulius qui fatetur hominem pręclara quadã conditione a summo deo esse generatũ: tamẽ & debitũ tãq̃ sũmo patri non reddiderunt: quod erat consequẽs atq; necessarium. Deos autẽ neq; patres neq; dominos esse posse: nõ tantũ multitudo ut supra ostendi: sed etiã ratio declarat: q̃ neq; fictum esse ab his hominẽ traditur: neq; deos ipsos ãtecedere originẽ hominis inuenitur. Siquidem fuisse in terra homines anteq̃ Vulcanus & Liber & Apollo: & ipe Iuppiter nascerentur: apparet. Sed neq; Saturno fictio hominis: neq; cęlo patri eius assignari solet: quod si nullus eorũ q̃ coluntur: formasse a principio atq; instituisse hominẽ traditur. Nullus igitur ex his pater hominis nuncupari põt ita ne deus quidem. Ergo fas non est uenerari eos a q̃bus non sit homo generatus. quia neq; a multis potest generari Vnus igitur ac solus coli debet: qui Iouem: qui Saturnũ: qui cęlum ipsum terramq; antecessit. Is enim neccesse est hominem figurauerit: qui ante hominem cęlum terramq; perfecit. Solus pater uocandus est: qui creauit: solus dominus nuncupandus qui regit. qui habet uite ac necis ueram ac perpetuam potestatem. quem qui non adorat: & in ipiens seruus est: qui dominum suum aufugiat: & impius filius qui suũ uerũ patrẽ uel oderit uel ignoret.

¶ Capi. v. Quod oracula prophętarum sollicite inspiciẽda sunt. quos diuinitus esse locutus rerũ multo antepredictarũ conuincit euẽtus Et quo tẽpore prophętauerit Moyses. Quot annis Iosue rexerit populum. Quot pfuerit

Iudices. q̃ diu regnauerint Reges.
Quo tempore dominatus sit Cyrus.
Quod in philosophis est sapientię
fundamentū.

Nunc quoniam docui sapientiam & religionem non posse deduci: superest ut de ipsa religione ac sapiētia disseramus. Sentio quidem q̃ sit difficilis de rebus cęlestibus disputatio: sed tamen audendum est: ut illustrata ueritas pateat. Multiq; ab errore atq; interitu liberentur. qui eam sub uelamento stultitię latentem aspernātur ac respuunt. Sed prius q̃ incipiam de deo & operibus eius dicere: pauca mihi de prophętis ante dicenda sunt. quorum testimoniis nunc uti necesse est: quod in prioribus libris ne facerem: temperaui. Ante omnia qui ueritatem studet comprehendere: non modo intelligendis prophętarum uocibus animum debet intendere: sed etiam tempora per quę quisq; illorū fuerit diligentissime inquirere: ut sciat & quę futura prędixerint: & post quot annos prędicta completa sint. nec difficultas in his colligendis inest nulla. Testati enim sunt sub quo quisq; Rege diuini spiritus fuerit passus istinctum. multiq; scriptos libros de temporibus ediderunt: inicium facientes a Prophęta Moyse qui Troianum bellum septingentis fere annis antecessit. Is autem cū per annos quadraginta populum rexisset: successorem habuit Iesum: qui septem & uiginti annis tenuit Principatum. Exinde sub iudicibus fuerunt per annos trecētos septuaginta. Tum mutato statu Reges habere cęperunt: quibus imperium tenentibus per annos quadringentos sexaginta usq; ad Sedechię regnum obpugnati a Rege Babilonico: captiq; iudęi diuturnum seruitium protulerunt: donec septuagesimo post anno Cyrus maior captiuos iudeos terris ac sedibus suis redderet qui per id tempus in Persas suscępit imperiū: quo Romę Tarquinius Supbus. Quare cū omnis temporum series ex Iudaicis et ex Gręcis Romanisq; historiis colligatur: etiam singulorum Prophętarū

an troianū bellū
annis

tempora colligi possunt: quorum tamen ultimus Zacharias fuit: quē constat sub Dario Rege secundo anno Regni eius octauo mense cecinisse. Adeo antiquiores esse Grecis scriptoribus prophetę reperiuntur. Quę omnia eo profero ut errorem suum sentiant: qui scripturam sacram coarguere nituntur: tanq̄ nouam & recens fictam: ignorantes ex quo fonte sanctę religionis origo manauerit. Quod si quis collectis per spectisq̄ temporibus: fundamētum doctrinę salubriter iecerit: & ueritatem penitus comprehendet & errorē cognita ueritate deponet.

¶ Capitulum vi. Quod deus creator omnium coomnipotentem genuit filium & per eum creauit uniuersa. testes sūt Sibylla & Trimegistus. oracula consona prophetis & sapiētissimo Salomoni.

Deus igitur machinator constitutorq̄ rerum sicuti in secundo libro diximus: anteq̄ preclarum hoc opus adoriretur: sanctū & incorruptibilē & inreprehēsibilē spiritum genuit quē filiū nuncuparunt. Et q̄uis alios postea ĩnumerabiles per ipsum creauisset quos angelos dicimus: hunc tamē solum primogenitū diuini nominis appellatione dignatus est patria scilicet uirtute ac maiestate pollētē esse aūt sūmi dei filiū q̄ sit potestate maxima p̄ditus: ñ tm̄ cōgruētes in unū ꝓphetarū uoces: sed etiā Trimegisti p̄dicatio: & Sibyllarū uaticinia demōstrāt. Hermes ĩ eo libro q λοΓοσ τελειοσ ĩscribitur: his usus est uerbis. ὁ κυριοσ και τωρπαρ τωρ ποιητησ ορθεορ καλειρ μερονικαμερ επει τορδευτερομ εποιησε θεορ ορατορ και αισθητορ αισθητορ δε φημι ονδια το αισθεσθαι αυτορ περι Γαρ τουτου ουκ εστι ποτερορ αυτοσ αισθοι τοαλλο τι εισ αισθησιρ υποπεμπει και εισ ρουρ οτι ουρ τουτορ εποιησε πρωτορ και μορορ και ερα καλοσ δε αυτω εφαρη και πληρεστατοσ παρ τωρ τωραΓαθωρ ηΓασθητε και παρυ εφιλησερ ωσ ιδιορ τοκορ

Id est dominus & omnium creator: quem deum uocare

cēſemus: qa ſecundū deū fęcit uiſibilē & ſenſibilē. ſenſibilē autē aio non ideo quia ipſe ſentit. hoc enim non eſt utrum ipſe ſentiat. ſed quia ipſe in ſenſum mittit & mentē. Quoniā hunc fęcit primū & unū & ſolum: bonus autē ei uiſus eſt: & pleniſſimus omnium bonorum: oblectatus eſt & ualde amauit q̄ſi ꝓpriū filiū. Sibylla erythrea in carminis ſui principio quod a ſummo deo exorſa eſt: filiū dei ducē & iperatorem omniū his uerſibus prędicat. παντοτροφον κτιστηρ οςισ γλυκυ πνευμα απασι καταθηκατο κι ηγητορα γεθεων παντων εποιησε. Id eſt omniū nutritorē: creatorēq̄ q dulcē ſpiritū omnibus apposuit: ac principem omniū deorū fęcit. Et rurſus in fine eiuſdem carminis αυτον εδωκε θεος πιστοις ανδρασι γεραιρειν. Id eſt dedit deus fidelibus uiris honorem. Et alia Sibylla precipit hunc oportere cognoſci. αυτον σον γινωσκε θεον θεου υιον εοντα. i. ipſum tuum cognoſce deū qui dei filius ē. Videlicet & ipē eſt dei filius qui per Salomonē ſapientiſſimū Regem diuino ſpiritu plenum locutus eſt: ea quę ſubiecimus. Deus poſſedit me in initio ſuarum uiarum in opera ſua ante ſęcula. fundauit me in principio anteq̄ terrā faceret: anteq̄ abyſſos coſtitueret: prius q̄ proderēt fontes aquarū: ante omnes colles genuit me: dominus fęcit regiones & terras inhabitabiles ſub cęlo. Cū pararet cęlos aderā illi: & cū ſecernere ſuam ſedē: cū ſuper uentos faceret ualidas nubes: & cū confirmatos poneret montes ſub cęlo: quando fortia faciebat fundamenta terrę erā penes illum diſponēs. ego erā cui adgaudebat quottidie autē iucūdabar ante faciem eius: cū lętaretur orbe perfecto. Icciroo autē Trimegiſtus δημιουργον του θεου. i. opificē dei dixit. Et Sibylla συμβουλον. i. conſiliariū appellat: qui tāta ſapientia ſit inſtructus a deo patre: ut cō ſilio & manibus uterēt in fabricatōe mundi.

¶ C. vii. Quod nomē filii & angeli ut hominibus ſit ignotum. licet nomē aliud & aliud habeat: quod ab utriſq̄ adoratū. & un̄ dicatū Ieſus & unde Criſtus.

FOrtaſſe quęrat aliqs hoc loco: qs ſit iſte tā potens: tam

deo carus: & quod nomen habet. cuius pma natiuitas non modo antecessit mundum: uerum etiam prudentia dispo suerit: uirtute construxerit. Primum nos scire cõuenit nomen eius ne angelis quidem notũ esse qui morant in cęlo: sed ipsi soli ac deo patri. nec ante id publicabit: ut ē sanctis litteris traditũ: q̃ dispensatio dei fuerit impleta. Deinde nec enũtiari posse hominis ore sicut docet Hermes hęc dicens. αιτιορ δε τον τον τον αιτιον ητονθειον καιαγεριτον αγαθον βονλησισ ηθεορ προηρεγκερον το ονομα ονδυραται ανθρωπιρωσ τοματι λαληθηναι. Id est causa aũt huius causę diuini & increati boni uoluntas quę deũ protulit. cuius nomẽ non põt humano ore dici. Et paulopost ad filiũ εστι γαρτνσ ωτεκρορ απορριτοσ λογοσ σοφιασ οσιοσ περι τονκυριον παντωρ. και προορουμενον θεον. ουει περι ρυτερανθρωπον εστιρ. Id ē Est enim fili secretus quidã sermo sapientię sanctus de solo domino omniũ. Et dei q̃ ante mente capitur. quem dicere supra hominem est. Sed quis nomen eius quod ei a principio pater summus imposuit: nullus alius pręter ipsum sciat: habet tamen & inter angelos aliud uocabulũ; & inter homines aliud. Iesus quippe inter homines nominatur. Nã Christus nõ propriũ nomẽ ē sed nuncupatio potestatis & regni. Sed exponẽda huius nominis ratio est: propter ignorantiũ errorẽ: qui eũ mutata littera Chrestum solent dicere. Erat Iudęis ante precepatũ ut sacrũ conficerẽt unguentũ: quo perungi possent: ii qui uocabant ad sacerdotium uel ad regnũ. Et sicut nũc Romanis indumentum purpurę insigne est regię dignitatis assũptę: sic illis unctio sacri ungẽti nomẽ ac poteatẽ regiã cõferebat. Verũ quoniã Gręci ueteres χριεσθαι dicebãt ungi quod nũc αλειφεσθαι sicut ĩdicat Homericus uersus ille q̃ ꝓpitiabãt unxerunt oleo. τορ δε δμωαι λουσαρ και χρισαρ ελαιω. i. hunc autẽ famulę lauerũt & unxerũt oleo: ob hãc rationem nos eum Christum nuncupamus. i. unctum qui hebraice Messias dicitur. Vnde in quibusdam Gręcis scripturis quę male de hebraicis interpretate sunt ηλειμμενοσ. id est ungendo creatus scriptum inuenitur ηλειμμενοσ απο του αλειφεσθαι. id ab ungẽdo curari.

Chrestus salu... [handwritten margin note: "Chrestũ salu... ~~ alys dictũ"]

ελειμμενοσ [handwritten margin note]

Sed tñ utrolibet nomine Rex significatur. Nó q̃ ille regnũ hoc terrenũ fuerit adeptus: cuius capiendi nondũ tẽpus aduenit: sed q̃ cæleste ac sempiternum ẽ de quo differemus i ultimo libro: nũc uero de pma eius natiuitate dicamus.

¶ Ca. viii. Quod filius bis natus est. ęternaliter de patre: tẽporaliter de uirgine matre. sed natiuitate inexcogitabili & ineffabili. Et quare dicat uerbũ. & i quo ab aliis angelis differat. Et quare illi non dicantur uerbum dei uel uerba. Et quare hominis spiritus dissolubilis. Et qd Dauid & Salomon prophętauerint de hoc uerbo. Et q̃ Salomon pręcesserit Troianum bellũ. & quid. Ioannes euangelista de eodem uerbo.

In primis enim testificabimur illũ bis esse natũ. pmũ in spiritu: postea i carne. Vñ apud Hieremiã ita dicit: Prius q̃ te formarẽ in utero noui te. Et itẽ apud ipm. beatus q erat: anteq̃ nascereť. quod nulli alii contigit pręter Christo: q cũ esset a pncipio filius dei regeneratus est denuo secundũ carnẽ: quę duplex natiuitas eius magnum intulit humanis pectoribus errorem: circũfuditq̃ tenebras etiam iis q uerę religionis sacramenta retinebant. Sed nos id plane dilucideq̃ mõstrabimus ut amatores sapiẽtię facilius ac diligentius instituanť: q audit dei filium dici: nõ debet tm̃ nefas mente cócipere: ut existimet ex cónubio ac pmixtóe fęminę alicuius deũ pcreasse: quod nõ facit nisi aial corporale mortiq̃ subiectũ. deus autẽ cũ solus adhuc esset: cui pmiscere se potuit: aut cũ esset tãtę potestatis: ut qcqd uellet: efficeret: utiq̃ ad creandũ societate alterius ñ indigeret nisi forte existimabimus deũ sicut Orpheus putauit: & marẽ esse & fęminã q aliter generare nõ quierit: nisi haberet uĩ sexus utriusq̃. q̃si aut ipse secũ coiret: aut sine coitu nõ potuerit pcreare. Sed Hermes i eadẽ fuit opiniõe: cũ dicit αυτοπα τορα και αυτομητορα .i. ipm sui patrẽ & ipm matrẽ sui. Quod si ita esset: ut a prophętis pater dicitur: sic etiam mater diceretur. Quomodo igitur pcreauit: Primum nec sciri a quoq̃ possunt nec narrari opera diuina. sed tñ sacrę litterę docẽt: in qbus cautũ est: illũ dei filiũ dei esse sermonẽ. Itemq̃ cęteros angelos dei spiritus esse. Nam sermo est

ſpiritus cum uoce aliquid ſignificante prolatus. Sed tamē
quoniam ſpiritus & ſermo diuerſis partibus proferunt:
ſiquidem ſpiritus naribus: ore ſermo procedit: magna in-
ter hunc dei filium cęteroſq; angelos differentia eſt. Illi. n.
ex deo taciti ſpiritus exierunt: qui non ad doctrinam dei
tradendam ſed ad miniſterium creabantur. Ille uero cum
& ipſe ſpiritus: tamen cum uocē ac ſono ex dei ore proceſ
ſit: ſicut uerbum ea ſcilicet ratione qua uoce eiuſ ad popu
lum fuerat uſus: id eſt q̄ ille magiſter futurus eſſet doctri
nę dei: & celeſtis arcani ad hominem perferendi. q̄ ipſum
primo locutus eſt: ut per eum ipſe ad nos loqueretur. Et
ille uocē dei ac uoluntatem nobis reuelaret. Merito ergo
ſermo & uerbum dei dicitur: qui procedentem de ore ſuo
uocalem ſpiritum quem non utero ſed mente conceperat:
inexcogitabili quadam maieſtatis ſuę uirtute. ad effigem
quę proprio ſenſu ac ſapientia uigeat: comprehendit. & ali
os item ſpiritus in angelos figurauit. Noſtri ſpiritus diſſo
lubiles ſunt quia mortales ſumus. dei autem ſpiritus & ui
uunt. & manent: & ſentiunt. quia ipſe immortalis eſt: & ſen
ſus & uitę dato. Noſtrę uoces licet aure miſceātur: atq; eua
neſcāt: tamē plerunq; manent litteris comprehenſę: q̄nto
magis dei uocem credendum eſt: & manere in ęternum &
ſenſu ac uirtute comitari: q̄ de deo patre tanq̄ riuus de fō
te traduxit. Quod ſi quis miratur ex deo deum prolatio-
ne uocis ac ſpiritus potuiſſe generari: ſi ſacras uoces Pro
phętarum cognouerit: deſinet profecto mirari. Salomo
nem patrēq; eius Dauid potentiſſimos reges fuiſſe & eoſ
dem Prophętas etiam iis fortaſſe ſit notum qui diuinaſ lit
teras non attigerunt: quorum alter qui poſterius regnauit
Troianę urbis excidium centum & quadraginta annis an
teceſſit. Huius pater diuinorū ſcriptor hymnorum i pſal
mo trigeſimoſecundo ſic ait. Verbo dei cęli ſolidati ſunt:
& ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Item rurſus in
pſalmo quadrageſimoquarto. Eructauit cor meum uer
bum bonum: dico ego opera mea regi. Conſtat uidelicet
nulli alii opera dei eſſe nota: niſi filio ſoli qui eſt uerbum
dei. & quē regnare in perpetuum neceſſe eſt. Item Salomon

ipsum uerbum dei esse demonstrat: cuius manibus opera ista mundi fabricata sunt. Ego inquit ex ore altissimi prodiui ante omnem creaturam: ego in cęlis feci ut orietur lumen indeficiens: & nebula texi omnem terram. Ego in altis habitaui: & thronus meus in columna nubis. Ioannes quoq; ita tradidit. In principio erat uerbum & uerbū erat apud deum. omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factū est nihil.

C.ix. Quod melius a Gręcis logos q̄ a latinis uerbū & qd de deo senserit gētiles philosophi Zeno & Trimegistus.

Sed melius Greci λογον dicunt q̄ nos uerbū siue sermonem. λογος enim & sermonem significat & rationem: quia ille est uox & sapientia dei. Hunc sermonem diuinum: ne philosophi quidem ignorauerunt: sed quidem Zenon rerum naturę dispositorem atq; opificem uniuersitatis λογον prędicat: quē & fatum & necessitatem rerū & deum & animum Iouis nuncupat ea scilicet consuetudine qua solent Iouem pro deo accipere. sed nihil obstant uerba: cum sententia congruat ueritati. Est enim spiritus dei quem ille animum Iouis noīauit. Nam Trimegistus qui ueritatem pene uniuersam nescio quomodo inuestigauit: uirtutem maiestatemq; uerbi sępe descripsit: sicut declarat supius illud exēplū: quo fatetur esse ieffabilem quendam sanctumq; sermonem cuius enarratio modū hominis excedat. Dixi de natiuitate prima breuiter ut potui. Nūc de secunda: quoniam controuersia est in ea maxima: latius disserendum est: ut ueritatem scire cupientibus lumen intelligentię proferamus.

C.x. De secunda natiuitate filii quā prophetę multo ante prędixerūt. Et quō eductus sit Israel ab Aegypto. & qbus īgratus bn̄ficiis caput bouis ī memoriam Apis dei Aegyptiorū figurauerit Et qs ordo publicarum fuerit potestatum usq; ad

domini passionem.

IN primis igitur scirī hominesoportet sic a principio precessisse dispositionem summi dei:ut esset necesse appropinquante sęculi termino dei filium descendere in terram:ut costitueret deo templum doceretq iustitiā.Veruntamen non in uirtute angeli aut potestate cęlesti:sed in figura hoīs & conditione mortali.ut cū magisterio fūctus fuisset: traderetur in manus impiorum mortemq susciperet:ut ea quoq per uirtutem domita resurgeret:& homini quē induerat:quē regebat: & spem uincendę mortis afferret:& ad premia immortalitatis admitteret. Hāc ergo dispositionē ne quis ignoret:docebimus prędicta esse omnia quę in Christo uidemus esse completa. Nemo asseuerationi nostrę fidem commodet:nisi ostendero prophetas āñ multam temporū seriem prędicasse:fore ut aliquando filius dei nasceretur sicut homo:& mirabilia faceret:& cultū dei per totam terram seminaret.& postremo patibulo figeretur:& tertio die resurgeret.Que omnia cum probauero eorum temporum litteris qui deū suum mortali corpore utentem uiolauerunt: Quid aliud obstabit quo minus ueram sapientiam clarum sit in hac religione uersari:Nūc a principio totius sacramenti origo narrāda est. Maiores nostri qui erant principes Hebręorum cum sterilitate atq inopia laborarent:transierunt in Aegiptū rei frumentarię gratia:ibiq diutius commorātes cū intollerabili seruitutis iugo premerentur:tū misertus eorum deus eduxit eos ac liberauit de manu regis Aegyptiorū:post annos trecentos triginta duce Moyse per quē postea illis lex a deo data est.in qua eductione ostēdit uirtutem suę maiestatis de us.Traiecit enim populū medio mari rubro precedente angelo atq scindente aquam:ut populus per siccū gradi posset:quē uerus ut ait poeta:

Curuata in montis faciem circūstetit unda.

Qua re audita Tyrānus Aegyptiorū cū magna suorū manu isecutus ē.& maī adhuc patēs temeī igressus coeūtibus aqs cū exercitu deletus est.Hebręi uero egressi i solitudine multa mirabilia uiderūt.nā cū sitim paterenī: ictu uirge

rupe percussa: prosiliit fons aque: populumque recreauit. quo rursus esuriente celestis alimenti pluuia descēdit. qui etiam coturnices in castra eorum uentus induxit: ut non modo pane celesti sed etiam instructioribus epulis satura rentur. Pro his tam diuinis beneficiis honorem deo non reddiderunt: sed depulsa iam seruitute: iam siti fameque deposita: in luxuriam prolapsi ad prophanos Aegiptiorum ritus animos transtulerunt. Cum enim Moyses dux eorū ascendisset in montem. atque ibi quadraginta diebus mora retur: aureum caput bouis quem uocant ipsi Apin quod eos precederet figurarunt. Quo peccato ac scelere offensus deus impium & ingratum populum pro merito penis grā dibus affecit. & legi quā per Moysen dederat: subiugauit. Postea uero cum in deserta quadam parte Syrie cōsedissent: amiserunt uetus nomen Hebrei. Et quoniam princeps eorum examinis Iudas erat: Iudei sunt appellati. & terra quā incoluere Iudea. Et primo quidē non domino Regū subiecti fuerunt: sed populo ac legi ciuiles Iudices presidebant non tamen in annum costituti sicut Romani Consules: sed perpetua iurisdictione subnixi: Tū sublato iudicū nomine poetstas regalis inducta est. Verū regimē eorum Iudicibus tenentibus prauas religiones sepe susceperant. atque offēsus ab his deus totiens alienigenis subiugabat: donec rursus penitentia populi mitigatus liberaret eos seruitute. Item sub Regibus finitimorū bellis ob delicta uexati: Postremo capti abductique Babylonem penas impietatis sue graui seruitio pependerunt. donec Cyrus ueniret in regnum qui statim Iudeos restituit edicto. Exinde Tetrarchas habuerūt usque ad Herodem qui fuit sub Imperio Tyberii Cesaris: cuius anno quintodecimo id est duobus Geminis Cōsulibus ante diē decimū calendarum aprilium Iudei Cristum cruci affixerunt: hic rerū exitus: hic ordo in arcanis sanctarum litterarū continetur. Sed prius ostendā qua de causa in terram uenerat Christus: ut fundamentum diuine religionis & ratio clarescat.

¶ C.xi. Que fuerit causa incarnationis Christi.

CVm sępe Iudęi pręceptis salutaribus repugnarent: atq; a diuina lege. desciscerent aberrantes ad impios cultus deorum: cũ deus iustos & electos sancto spiritu īplebat. Phrophetas in media plebe constituens per quos peccata ingrati populi uerbis minacibus increparet: & nihilominus ad pęnitentiã sceleris agendã hortarent̃: quã nisi egissent: atq; abiectis uanitatibus ad deũ suũ redissent: fore ut testamentum suũ mutaret: id est hęreditatem uitę immortalis ad externas conuerteret nationes: Aliumq; sibi populum fideliorẽ ex alienigenis congregaret: Illi autem a prophętis increpiti: non modo uerba eorũ respuerũt: sed quod sibi peccata exprobarentur offensi: eos ipsos exquisitis cruciatibus necauerunt. quę omnia diuinę litterę signata cõseruant. Dicit enim prophęta Hieremias Misi ad uos seruos meos Prophętas. ante lucẽ mittebã: & non audiebatis me: neq; intendebatis auribus uestris cũ dicerẽ uobis: conuertatur unusquisq; a uia sua mala: & a nequissimis affectationibus uestris: & habitabitis in terra ista quã dedi. uobis: & patribus uestris a sęculo usq; in sęculum. Nolite ambulare post deos alienos: ut seruiatis eis. & ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos Hesdras autem prophęta qui fuit eiusdem Cyri tẽporibus a quo Iudei sunt restituti sic loquitur: Desciuerunt a te & abiecerũt lęgem tuam post cor suũ: & prophętas tuos īterfęcerunt: qui obtestabantur eos ut reuerterentur ad te. Itẽ Helias in libro Basileon tertio: emulãdo emulatus sum domino deo omnipotenti: quia dereliquerunt te filii Israel: & altaria tua demolierunt: & prophętas tuos interfęcerũt gladio: & remansi ego solitarius. & quęrunt animã meã auferre a me: propter has illorũ impietates abdicauit eos i perpetuum: itaq; desiit prophętas mittere ad eos. sed illũ filiũ suũ pmogenitũ illũ opificẽ rerũ & cõsolatorẽ suũ labi iussit e cęlo: ut religionẽ sãctã dei trãsferret ad gẽtes. i. ad eos q deũ ignorabãt: doceretq; iustitã q̃ pfidus populus abięcerat. quod iam pridem anuntiauerat se esse facturum. Sic Malachias indicat dicẽs: nõ ẽ mihi uoluntas circa uos dicit dominus. & sacrifitium acceptum nõ habeo ex manibus

uestris:quoniam a solis ortu usq; ad occasum clarificabit nomen meum apud gentes. Item Dauid in psalmo sextodecimo: Constitues me in caput gentium: populus quem nõ cognoui: seruiet mihi. Esaias quoq; sic loquitur: uenio colligere omnes gentes & linguas & uenient: & uidebunt claritatem meam: & dimittam super eos signum. Et mittam ex his conseruatos in gentes quę longe sunt: quę non audierant gloriam meam: & nuntiabunt claritatem meam ĩ gẽtes. Volens igitur deus metatorem templi sui mittere ĩ terram: noluit eum in potestate & claritate cęlesti mittere: ut ingratus in deum populus in errorem maximum induceretur: ac penas pro facinoribus suis lueret: qui dominum ac deum suum no recępisset. quod olĩ prophetę cecinerãt sic esse facturum Esaias enim quẽ ipsi iudęi serta consectũ crudelissime necauerunt: ita dicit. Audi cęlũ & percipe auribus terra: quoniam dominus locutus est: filios genui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Agnouit bos possessorem suum: & asinus pręsepium domini sui: Israbel autem me non cognouit: & populus meus me non intellexit. Hieremias quoq; similiter ait: Cognouit tempus suum turtur & hirundo: & ruris & passeres custodierunt tempora ĩtroitus sui: populus autem meus non cognouit iudicium domini. Quomodo dicitis sapientes sumus. & lex domini nobiscum est. Incassum facta est metatura falsa. Scribę cõfusi sunt. sapientes trepidauerunt: & capti sunt: quoniã uerbũ domini reprobauerunt. Ergo ut cęperam dicere: cum statuisset deus doctorem uirtutis mittere ad homines: renasci eum denuo in carne pręcepit: & ipsi homini similem fieri: cui dux & comes & magister esset futurus. sed tñ quoniam clemens est & pius erga suos deus: ad eos ipos eũ misit: quos oderat: ne illis in perpetuum salutis uiam clauderet: sed his liberam facultatem sequendi deum: ut pręmiũ uitę adipiscerentur si secuti fuissent. quod plurimi eorũ faciũt atq; fęcerunt: ut culpa sua in pęnam mortis incurrerent: si Regem suum repudiassent. Apud illos igitur & ex eorum semine regenerari eũ iussit: ne si fuisset alienigena: iustã possent excusatiõem de lege pretendere: q; eum nõ suscepissent

simul ut nulla ommnino gens esset in terra: cui spes imor talitatis negaretur.

¶ Ca. xii. De conceptu & partu uirginis predicto a prophetis. De passione. resurrectione. & ascensione. & iudicio.

DEscendens itaq; de cęlo spiritus ille spiritus dei sanctam uirginem cuius utero se insinuaret: elegit. At illa diuino spiritu hausto repleta cócępit. & sine ullo attractu uiri repente uirginalis uterus intumuit. Quod si animalia quędam uento & aura concipere solere omnibus notū est: cur quisq̄ mirum putet: cū spiritu dei cui est facile: qcquid: uelit grauatam esse uirginem dicimus? Quod sane incredibile posset uideri: nisi hoc futurū multa ante sęcula Prophęte cecinissent. Salomon sic ait. Infirmatus ē uterus uirginis & accępit fętum: & grauata est: & facta est in multa miseratione mater uirgo. Itē prophęta Esaias cuius uerba sunt hęc: Propter hoc dabit deus ipse uobis signum. Ecce uirgo concipiet in utero. & pariet filiū. & uocabit̄ nomen eius Hēmanuel. Quid hoc manifestius dici potest? Legebant ista Iudęi: qui eum negauerunt. Si quis nos hęc fingere arbitratur: ab iis requirat. ab iis potissimū sumat. satis firmum testimoniū est ad probandam ueritatēquod ab ipsis perhibetur inimicis. Hēmanuel nunq̄ uocatus est. sed Iesus qui latine dicitur salutaris siue saluator: qa cunctis gentibus salutifer uenit. Sed Prophęta declarauit hoc nomen quod deus ad homines in carne uenturus esset. Hēmanuel autem significat nobiscum deus: scilicet qa illo p uirginem nato confiteri homines oportebat: deum secū esse id est in terra & in carne mortali. Vnde Dauid in psalmo octogesimoquarto: Veritas inquit de terra orta est: qa deus in quo ueritas est: terrenum corpus accępit: ut terrenis uiam salutis aperiret. Item Esaias ipse. Ipsi autē nō crediderunt. & exacerbauerunt spiritum sanctū. Et cōuersus est eis ad inimiciciā. Et ipse expugnauit: & recordatus est dierum sęculi qui suscitauit de terra pastorē ouium. Quis

autem futurus esset: ille pastor declarauit alio loco dicēs. Exultent cęli desuper & nubes induant iustitiam: aperiat terra & pullulet saluatorem. Ego enim dominus deus creaui eum. Saluator uero est ut supra diximus Iesus. Sed alio loco idem propheta sic predicauit. Ecce natus est nobis puer: & datus est nobis filius: cuius imperiū super humeros eius: & uocatum est nomen eius magni consilii nuntius. Iccirco enim missus est a deo patre: ut uniuersis gentibus quę sub cęlo sunt: singularis & ueri dei sanctum mysterium reuelaret ablatum perfido populo: q aduersus deum sępe deliquit. Daniel quoq; similia predocutus est. Videbam inquit in uisu noctis: & ecce in nubibus cęli ut filius hominis ueniēs: & usq; ad uetustū dierū peruenit. Et qui assistebant obtulerūt eum: & datū est ei regnum & honor & imperium: & omnis populus tribus linguę seruient ei: & potestas eius ęterna quę nunq̄ transibit: & regnum eius quod non corrumpetur. Quomodo igitur iudei & confitentur & sperant Christū dei qui hunc iccirco reprobauerunt: quia ex homine natus est. Nā cum ita sit a deo cōstitutum: ut idem Christus bis ueniat in terrā: semel ut unū deum gentibus nuntiet: deinde rursus ut regnet: quomōi secundum eius aduentū credunt: qui in primum non crediderūt? Atqui propheta utrosq; aduētus eius paucis uerbis comprehendit. Ecce inquit in nubibus cęli ut filius hominis ueniens: nō dixit ut filius dei sed filius hominis ut ostenderet: quod carne indui haberet in terra: ut suscępta hominis figura & conditione mortali doceret hominē iustitiam. Et cū mandatis dei functus ueritatem gētibus reuelasset: mulctaretur etiā morte: ut inferos etiā uinceret: ac resignaret. Atq; ita demum resurgens ad patrē proficisceretur in nube sublatus. Adiecit enim propheta & ait: & usq; ad antiquū dierū peruenit. & oblatus est ei. Antiquū dierū appellauit summū deū: cuius ętas & origo non pōt comprehendi: quia solus a sęculis fuit. & erit semper in sęcula: Christū autē post passionem & resurrexionē ascensurum esse ad deū patrem. Dauid in psalmo cētesimonono contestatus est his uerbis. Dixit dominus domino meo:

sede a dextris meis: quoadusq; ponam inimicos tuos sup pedaneū pedū tuorū. qui Propheta cū rex esset. quē appel lare dominū suū posset: q sederet ad dextrā dei: nisi Christum filium dei qui est Rex regū & dominus dominorum Quod Esaias apertius ostendit dicens: Sic dicit dominus deus Christo domino meo: cuius tenui dextrā obaudire. ante eū gentes & fortitudinē Regum disrumpā. Aperiam ante illū portas. & ciuitates non claudent. Ego ante te ibo & montes deplanabo. & fores ęreas conterā: & seras ferreas confringam. Et dabo tibi thesauros abscōditos. & inuisibiles: ut scias quia ego sum dominus deus qui uoco nomē tuū Israel. Denique ob uirtutē & fidē q̄ deo exhibuit i terra datū est ei regnū & honor & imperiū: & omnes populi tribus linguę seruiēt ei: & potestas eius ęterna quę nunq̄ trāsibit: & regnū eius nō corrumpetur. Quod quidē duobus modis intelligitur. quia & nunc habet perpetuā potestatē: cū oēs gentes & oēs linguę nomē eius uenerant: maiestatē confitent: doctrinā sequunt: uirtutē imitantur. habet iperium: habet honorē: cū oēs tribus terrę pręceptis eius obtēperant. Et idem postea cū rursus aduenerit: i potestate ac claritate ut omnē animā iudicet: & iustos ad uitā restituat: tūc uere totius terrę regimē obtinebit. Tūc sublato de rebus humanis omni malo aureū seculū ut Poetę uocant id est iustū ac pacificū tempus orietur. sed hęc uberius in ultimo libro differemus: cum de secundo aduentu loquemur: nunc de primo ut cępimus explicemus.

¶ Ca. xiii. Quod filius a patre est secundū deitatē. & q̄ gemine substātię esse conuincit. tū ex opibus pprus: tū ex oraculis pphetarū: & etiā Apollinis Milesii testimonio. Et q̄re nec ad Salomonē nec ad aliū q̄ ad Christū referri possunt uaticinia pphetarū.

Summus igit̄ deus ac parens omniū. cum religionē suam trāsferre uoluisset: doctorē iustitię misit e cęlo ut nouis cultoribus nouā legem in eo uel per eū daret. nō sicut ante fecerat per hominem: sed tamen nasci eū uoluit

tanq̃ hominem: ut per omnia summo patri similis existeret. Ipse enim deus pater & origo & principiũ rerũ quoniã & parẽtibus caret. ἀπάτωρ atq̃ ἀμήτωρ. id est sine patre atq̃ sine matre. a Trimegisto uerissime nominatur: q̃ ex nullo sit procreatus. Iccirco etiã filiũ bis nasci oportuit: ut ipse fieret apator atq̃ ametor. In prima enim natiuitate spũali ametor fuit. quia sine officio matris a solo deo patre ꝓgeneratus est. In secũda uero carnali apator fuit: quoniam sine patris offitio uirginali utero ꝓcreatus: ut mediã inter deũ & hoĩe3 substãtiã gerẽs nrãm hãc fragilẽ ibecillẽq̃ naturã q̃si manu ad imortalitatẽ posset educere: factus ẽ dei filius ꝑ spiritũ & hoĩs per carnẽ. i. & deus & homo. dei uirtus in eo ex operibus quę fecit: apparuit. fragilitas hominis ex passione quã pertulit. quã cur susceperit: paulo post docebo. Interim & deum fuisse & hominem ex utroq̃ genere ꝑmixtũ Prophętis uaticinantibus discimus. Esaias deũ fuisse testatur his uerbis: Fatigata ẽ Aegyptus & negotiatio Aethiopum & saba. uiri alti ad te trãsgredienť: & tui erũt serui. & post te ambulabunt uincti compedibus: & adorabunt te. & te precabuntur: quoniã in te deus ẽ. Et nõ ẽ alius deus pręter te: tu enim deus es & nesciebamus. deus Israel saluator. Confundentur & reuerebuntur omnes: qui aduersantur tibi: & cadent in confusionẽ. Item Prophęta Hieremias sic ait. Hic deus noster. & non deputabiť alius absq̃ illo: qui inuenit omnem uiam prudentię & dedit eã Iacob puero suo: & Israhel dilecto sibi. post hęc in terris uisus ẽ: & cum hominibus uersatus est. Item Dauid in psalmo q̃dragesimoquarto. Thronus tuus deus in sęcula sęculorũ: uirga ęquitatis: uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odio habuisti iniustitiã: propterea unxit te deus: deus tuus oleo exultationis. Quo uerbo & nomẽ ostendit: siquidẽ ut supra docui: ab unctione appellatus est Christus. Deinde hominẽ fuisse eundem Hieremias docet dicens. Et homo est & quis cognouit eum: Item Esaias Et mittet eis deus hominem: & saluabit eos: iudicans sanabit eos. Sed & Moyses in Numeris ita loquitur. Orieť stella ex Iacob. & exurget homo ex Israel. propterea Milesius Apollo cõsultus: utrũ

ne deus an homo fuerit hoc modo respondit grece.
βρυτοσ εηνκατα σαρκα σοφοσ τερατωδεσ ιν εργοισ
αλλ υπο χαλδαιωνκρι τωνοπλοισ αλωθεισ
γομφοισ και σκολοπεσσι πικρην αμεπλησε τελευτην
Id est mortali erat corpore. sapiens: monstrosis operibus. sed sub iudicibus Chaldeis armis comprehensus clauis & fustibus amarum finem compleuit. Primo quidẽ uersu uerum dixit: sed argute consultorem fefellit: sacramentũ ueritatis penitus nescientem. Videtur enim negasse illũ deum: sed cum fatetur secundum carnem fuisse mortalem: quod nos etiã predicamus: consequens est ut secundũ spiritum deus fuerit. quod nos affirmamus. Quid enim fuerat necesse carnis facere mentionem: cum satis esset dicere fuisse mortalẽ: sed ueritate pressus negare non potuit quẽ admodum res se haberet: sicut illud quod ait fuisse sapientem. Quid ad hoc Apollo respondes? si sapiens est: ergo doctrina eius sapientia est. nec ulla alia. & sapientes qui sequuntur nec ulli alii. Cur ergo uulgo pro stultis & uanis & ineptis habemur: qui sectamur magistrũ etiã ipsorũ deorum confessione sapientem? Nam q̃ ait portentifica illũ opera fecisse: quo maxime diuinitatis fidem meruit: assentiri nobis iam uidetur: cum dicit eandem: quibus nos gloriamur. sed colligit se tamen: & ad demonicas fraudes redit. Cum enim uerũ necessitate dixisset. iam deorum ac sui proditor uidebatur: nisi q̃ ab eo ueritas expresserat: mẽdatio fallente celasset. Ait ergo illum fecisse opera miranda. uerum nõ diuina uirtute sed magica. Quid mirum si hoc Apollo ueritatem ignorantibus persuasit? cũ Iudei quoq; cultores ut uidebantur summi dei idem putauerint. cum ante oculos eorum quottidie fierent illa miracula: nec tamen tantarum uirtutum comtemplatione impelli potuerunt: ut deum crederent quem uidebant propterea Dauid quem inter ceteros Prophetas uel maxime leguntur psalmo uigesimo sic eos damnat. Redde illis retributionẽ eorum: quoniã non intellexerunt in operibus domini. Ex huius ipsius domo Christũ generatum iri secundũ carnem: & ipse Dauid & alii anuntiauerũt. Apud Esaiã ita scriptũ

est. Et erit in die illa radix Iesse. & qui exurget principari i
nationes: in eum gentes sperabunt: & erit requies eorũ in
bonore. Et alio loco Exiet uirga de radice Iessę: & flos de
radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus dei:
spiritus sapienetię & intellectus: spiritus consilii & fortitu
dinis: spiritus pietatis: & implebit illum spiritus timoris
dei. Iesse autem fuit pater Dauid: ex cuius radice ascẽsurũ
esse florem prelocutus est eum scilicet de quo Sibylla di
cit. αρβυσει δαρβοσ καθαρορ. Id est florescet autem flos pu
rus. Item in Basileon libro secundo. Propheta Nathan mis
sus est ad Dauid uolentem deo templum fabricare: & fuit
uerbum domini ad Nathan dicẽs. Vade & dic seruo meo
Dauid. hęc dicit dominus omnipotens. Non tu edificabis
mihi domum ad inhabitandum: sed cum impleti fuerint
dies tui & dormieris cũ patribus tuis: suscitabo semẽ tu
ũm post te: & parabo semen eius. hic edificabit mihi domũ
ĩ nomine meo: & erigam thronũ usq; eius in sęculũ. Et ego
ero ei in patrem: & ipse erit mihi in filium: & fidem conse
quetur domus eius usque in sęculum. Sed hęc ut Iudęi
non intelligerent illa fuit causa: q; Salomon filius Dauid
deo templum ędificauit: & ciuitatem quã de suo nomine
Hierosolimam nũcupauit. Itaq; ad ipsum quę a propheta
dicta sunt: retulerunt. Salomon autem ab ipso patre suo
Imperii regimen accępit. Prophete uero de eo loquebãtur:
qui tum nascerętur: postq̃ Dauid cum patribus suis rege
uisset. Pręterea Salomonis imperium perpetuum non fuit
Annis enim quadraginta regnauit deinde q; nunq̃ filius
dei dictus sit: sed filius Dauid. & domus q̃ ędificauit: non
est fidem consecuta: sicut Ecclesia: quę est uerum templũ
dei. quod non in parietibus est: sed in corde hominum ac
fide: qui credunt in eum ac uocantur fideles. Illud uero
Salomonium templũ quia manu factũ est: manu cecidit.
Deniq; Pater eius ĩ psalmo centesimo uigesimoseptimo. de
operibus filii sui prophetauit hoc modo. Si dominus nõ
edificauerit domum: sine causa laborant qui ędificant eã.
Si dominus non custodierit ciuitatem: sine causa uigilant
qui custodiunt eam.

¶ Ca.xiiii. De ęterno Christi sacerdotio: quod prophętę sicut & cętera pdixerūt: sic exprimētes Iesū Christū: ut oracula nec ad filiū Nauę: nec ad filiū Iosedech ualeant retorqueri. Et de uiis q̄s docuit Christus. q nūq̄ suū honorē quęsiuit: sed patris.

QVibus ex rebus apparet Prophętas omnes denuntiasse de Christo: fore aliquādo ut ex genere Dauid corporaliter natus constitueret ęternum templum deo: quod appellatur Ecclesia. & uniuersas gentes ad religionem ueram dei conuocaret. Hęc domus fidelis hoc immortale tēplū in quo siquis non sacrificauerit: immortalitatis p̄mium non habebit. Cuius templi & magni & ęterni quoniam Christus fabricator fuit: idem necesse est habeat in eo sacerdotium sempiternum. nec potest nisi per eum qui cōstituit templum ad aditum templi: & ad conspectum dei perueniri. Dauid in psalmo centesimonono idipsum docet dicens. Ante luciferū genui te. Iurauit dominus & non pęnitebit eum: tu es sacerdos ineternum secundum ordinē Melchisedech. Item in Basileon libro primo: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem. qui omnia quę sūt ī corde meo faciat. Et ędificabo ei domū fidelē. & transibit in conspectu meo omnibus diebus. Quis autē futurus esset: cui deus ęternum sacerdotium pollicebatur. Zacharias etiā nomine posito apertissime docuit: sic enim dixit. Et ostēdit mihi dominus deus Iesum sacerdotem magnum stantem ante faciem angeli domini: & diabolus stabat ad dextram ipsius ut aduersaretur ei. Et dixit dominus ad diabolum imperet dominus ī te: q elegit Hierusalem: & ecce titio eiectus ab igne. Et Iesus erat indutus uestimentis sordidis & stabat ante faciē angeli. & respondit: & dixit ad circūstātes ante faciē eius. Ferte uestimenta sordida ab eo & induite eū tunica talari: & īponite cidarin mundā super caput ipsius. Et cooperuerunt eum uestimento. & īposuerunt cidarin mundam super caput ipsius. Et angelus domini stabat. & testificabatur ad eū dicēs. Hęc dicit dominus omnipotens si in uiis meis ambulaueris: & pręcepta mea seruaueris: tu

iudicabis domum meam:& dabo tibi:qui conuertentur in medio horum circumstantium. Audi itaq; Iesu sacerdos magne. Quis non igitur captos mentibus tum fuisse Iudęos arbitretur. qui cum hęc legerent: & audirent:nefandas manus suas deo intulerunt. Atqui ab eo tempore quo Zacharias fuit: usque ad annum quintumdecimum Tyberii Cęsaris quo Christus crucifixus est: anni quingenti numerantur. siquidem Darii & Alexandri adoleuit ętate: qui fuerunt nō multo postq̄ Tarquinius superbus exactus est. Sed illi rursus eodem modo falsi decęptiq; sunt:putantes hęc de Iesu esse dicta filio Naue: qui successor fuit Moysi: aut de sacerdote Iesu filio Iosedech: in quos nihil congruit eorum quę propheta narrauit. Non enim sordidati illi unq̄ fuerunt:cum alter eorū Princeps potentissimum fuerit:alter sacerdos. aut perpessi sunt aliquid aduersi:ut tanq̄ titio eiectus ex igne putarentur. aut aliquando in cōspectu angelorū steterunt:aut propheta de prçteritis loquebatur potius q̄ de futuris. Locus est igitur de Iesu filio dei:ut ostenderet eum primo in humanitate & carne esse uenturum. Hęc enim est uestis sordida:ut pararet templum deo. & sicut titio igni ambureretur: id ē ab hominibus cruciamenta perferret & ad ultimum extingueretur. Titionem enim uulgo appellant extractum foco torrē semiustum extinctū. Quomodo autē & cū quibus mādatis a deo mitteretur in terram: declarauit spiritus dei per prophetā docens futurū:ut cū uoluntate sūmi patris fideliter & cōstanter ipleſſet: acciperet iudiciū atq; iperiū sempiternū. Si in uiis meis inquit abulaueris: & pręcepta mea seruaueris:tu iudicabis domum meā. Quę fuerint uię dei & quę pręcepta eius:nec ambiguum nec obscurum est. Deus enim cū uideret malitiā et falsorū deorū cultus per orbē terrę inualuisse:ut iā nomen eius ex hominū memoria fuisset pene sublatū: siquidē Iudęi quoq; quibus solis arcanū dei creditū fuerat: relicto deo uiuo ad colenda figmēta irretiti dęmonum fraudibus aberrassent:nec increpiti p prophetas reuerti ad deum uellent:filium suū principem angelorum legauit ad homines:ut eos conuerteret ab impii

& uanis cultibus ad cognoscendum et colendum uerum deum. Item ut eorum mentes a stultitia ad sapientiam: ab iniquitate ad iustitię opera traduceret. Hę sunt uię dei in quibus ambulare eum pręcepit. hęc pręcepta quę seruanda mandauit. ille uero exhibuit deo fidem. Docuit enim q̃ unus deus sit: eumq̃ solum coli oportere: nec unq̃ se deum esse dixit: quia non seruasset fidem: si missus ut deos tolleret: & unum assereret: induceret alium pręter unum. Hoc erat non de uno deo facere pręconium. nec eius q̃ miserat: sed suum proprium negotium gerere. ac se ab eo quẽ illustraturus uenerat: separare. propterea quia tam fidelis extitit: quia sibi nihil prorsus assumpsit: ut mandata mittentis impleret: & sacerdotis perpetui dignitatem. & regis summi honorẽ: & iudicis potestatẽ: & dei nomen accepit.

C.xv. De baptismo Christi & miraculis quę gessit in carne ante passionem. quę non modo a Prophetis pręnuntiata sunt: sed etiam uaticinio Sibyllarum. sicut Cicero & Varro testantur. sed oracula ante Christi aduentũ nõ potuerũt intelligi.

Voniam de secunda natiuitate diximus: qua se hominibus in carne monstrauit: ueniamus ad illa opera miranda. quę cum essent cęlestis uirtutis indicia: Magum Iudęi putauerunt. Cum primum cępit adolescere: tinctus est a Ioanne Propheta in Iordano flumine: ut lauacro spiritali peccata non sua quę utiq̃ nõ habebat: sed carnis quã gerebat: aboleret. ut quemadmodum Iudęos suscępta circumcisione sic etiam gentes baptismo id est purifici roris perfusione saluaret: tunc uox de cęlo audita est: filius meus es tu: ego hodie genui te. Quę uox apud Dauid prędicta inuenitur. & descendet super eum spiritus dei formatus in speciem columbę candidę. Exinde maximas uirtutes cępit operari. non pręstigiis Magicis quę nihil ueri ac solidi ostentãt: sed ui ac potestate cęlesti quę etiam pridẽ ꝓphetis nuntiantibus canebatur. Quę opera tã multa sũt: ut unus

liber ad implenda omnia satis non sit. Enumerabo igitur illa breuiter & generatim sine ulla personarum ac locorū designatione. ut ad exponendam passionis eius crucisq; rationem possim peruenire: quo iam dudum festinat oratio.

Virtutes eius fuerunt quas Apollo portentificas appellauit: q quacūq; iter faciebat: ęgros ac debiles & omni morborum genere laborantes uno uerbo: unoq; momento reddebat īcolumes. adeo ut mēbris omnibus capti receptis repente uiribus ipsi lectulos suos reportarent: in quibus fuerant pauloante delati. Claudis uero ac pedum uitio afflictis: non modo gradiendi sed etiam currendi dabat facultatem. Tum quorum ceca lumina ī altissimis tenebris erant: eorum oculos in pristinum restituebat aspectū. Mutorum quoq; linguas in eloquium sermonemq; soluebat. Item surdorum patefactis auribus insinuabat auditum. pollutos ac aspersos maculis repurgabat. Et hęc omnia nō manibus aut aliqua medela: sed uerbo ac iussione faciebat sicut etiā Sibylla predixerat. παρτα λογω πραττορ πασαρ τερωσορ θεραπεύωρ. id est omnia uerbo agens: omnemq; infirmitatem curās. Nec utiq; mirum q uerbo faciebat mirabilia: cum ipse esset dei uerbum cęlesti uirtute ac potestate subnixum. Nec satis fuit q uires imbecillibus redderet q debilibus integritatem: q ęgris & languentibus sanitatē nisi etiā mortuos suscitaret: uelut e sōno solutos ad uitāq; reuocaret. Quę uidentes tunc Iudęi dęmonica potentia fieri arguebant: cū omnia sic futura ut facta sunt: arcanę illorū litterę continerent. Legebat quippe tum aliorū prophętarū: tum Esaię uerba dicentis: confortamini manus resolutę & genua debilia cōsolamini. Qui estis pusilli animi nolite timere: nolite metuere: dominus noster iudiciū retribuet: ipse ueniet & saluos faciet nos. Tunc aperientur oculi cęcorum: & aures surdorum audiēt. Tūc saliet claudus sicut ceruus: & plana erit lingua mutorum: quia rupta ē in deserto aqua: & riuus in terra sitienti. Sed & Sibylla eadē cecinit his uersibus.

νεκρωρ δεγαρσισ τασ ισ ερσεται. και χωλωρ δρομοσ ωκυσ

και κωφοσ ακονσξι.και τϋφλοιβλξψοϋσϊ.λαλισοϋσϊμ ον
λα λξομτξσ.

Id est mortuorum autem surrectio erit: & claudorum cur sus uelox. surdus audiet. cęci uidebunt. loquentur non lo quentes. Ob his eius uirtutes & opera. diuina cum mag na illum multitudo sequeretur: uel debilium uel ęgroto rum: uel eorum qui curandos suos offerre cupiebant: as cendit in montem quędam desertum ut ibi adoraret: ubi cum triduo moraretur: ac fame populus laboraret: uoca uit discipulos quęrens quantos secum cibos gestarēt. At illi quinq panes & duos pisces in pera babere dixerūt. Af ferri ea iussit: ac multitudinem p quinquagenos distribu tam discumbere. Quod cum discipuli faciunt: frangebat ipse panem minutatim: carnemq piscium cōminuebat: & utraq in manibus eius augebantur. Et cum apponere illa populo discipulis imperasset: saturata sūt quinq milia ho minum. & insuper duodecim cophini residuis fragmini bus impleti. Quid aut dici aut fieri potest mirabilius! At id Sibylla futurum cecinerat olim his uerbis.

ξμαρτοισ αμαπξρτξ και ϊχθϋξσι δϋσιμ
αμδρωμ χιλ ιαδασ ξμξριμωπξρτξ κορξσξι.
και τα περισσξϋοντα λαβωμ μξτακλασματα
δωδξκα πλιρωσξι κοφιμονσ ξισξλπιδα πολλωμ.

Id est pa nibus simul quinq & piscibus duobus: hominum milia in heremo quinq satiabit. & reliquias tollens duodecī co phinos implebit in spem multorum. Quero quid hic po tuerit ars Magica moliri: cuius peritia ad nibil aliud quā ad circunscribendos oculos ualet! Item cessurus oran di gratia sicut solebat in montem: pręcepit discipulis ut naniculam sumerent: seq precederent. At illi urgente iam uespere profecti: contrario uento laborare cęperunt. Cum iam medium fretum tenerent: tum pedibus mare ingres sus consecutus est eos tanq in solido gradiens: non ut Poe tę Orionem mentiuntur in pelago incidentem: qui demer sa corporis parte: bumero superemmet undas. Et rursus

cum obdormiuiſſet in naui: & uentus uſq; ad extremum
periculum ſęuire cępiſſet: excitatus e ſumno: ſilere ꝓtinus
uentum iuſſit: & fluctibus qui maximi ferebantur: cōquie
ſcere. ſtatiq; ſub uerbo eius tranquillitas iſecuta eſt. Men
tiuntur fortaſſe littere ſanctę docentes tantam fuiſſe in eo
poteſtatem: ut imperio ſuo cogeret uentos obſequi: maria
ſeruire: morbos cedere: inferos obedire. Quid quod eadē
Sibyllę carminibus ſuis ante docuerunt. quarum una cu
is ſupra fecimus mentionem: ſic ait.

τοὺσ ἀνέμουσ παύσει λόγωσ στρώσει δὲ θάλασσ
μαιρομένην. ποσ ἰν εἰρήνησ π ίστει τε πατήσασ. Id eſt uen
tos compeſcet. ſternet autem inſanum mare pedibus pacis
fideq; calcans. Et rurſus alia quę dicit.

κύματα πεζεύσει νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει
ζήσει τεθνειῶτασ ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖσ
ἐκ μιᾶσ πηγῆσ ἄρτον χόρτοσ ἔσσεται ἀνδρῶν. Id eſt fluc
tus perambulabit. morbos hominum reſoluet. uiuificabit
mortuos. arcebit dolores a multis. Ex uno fonte potus ſa
ties erit uiris. His teſtimoniis quidam reuicti: ſolent eo cō
fugere: ut aiant non illa eſſe carmina Sibyllę: ſed a noſtris
ficta atq; compoſita. quod profecto non putabit qui Cice
ronem Varronemq; legerit: alioſq; ueteres qui Erythream
Sibyllam cęteraſq; commemorāt: ex quarum libris iſta ex
empla proferimus: qui authores obierunt antē Chriſtus
ſecundum carnem naſceretur. Verum non dubito quin il
la carmina prioribus temporibus pro deliramēto ſint ha
bita: cum ea nemo intelligeret. Denuntiabant enim mon
ſtroſa quędam miracula: quorum nec ratio nec tēpus nec
author deſignabatur. Denique Erythrea fore ait ut diceret̄
inſana & mendax. Ait enim. φήσουσ ἰν σ ιβύλλην μαινομέ
νην ψεύστριαν ἐμμεναι δὲ γεγαυτα απαρατα την ικα μου μνημ
μην ποι ησετε και ουκετι με ουδεισ μαινομενην φησει την θε
ου μεγάλοιο προφῆτιν.

Id ē dicēt inſanā uatē & mendacē me. Cū autē facta fuerint
uniuerſa: tū mei meminerit. neq; me iā qſq̄ mēdacem dicet
dei magni ꝓphēten. Latuerūt igit̄ multis ſęculis poſtea ue
ro animaduerſa ſunt: q̄ Chriſti natiuitas & paſſio patefecit

arcana sicut etiam uoces pphetarum: quę cum per annos mille quingentos uel eo amplius lectę fuissēt a populo Iudeorum: nec tamen intellectę sunt: nisi postq̄ Christus & uerbo & operibus interpretatus est. Illum enim prophete anuntiauerunt: nec ullo modo poterant: quę illi loquebātur: intelligi: nisi fuissent uniuersa completa.

C. xvi. De Passione Christi quę Iudęis est scandalo & stultitię gētibus. quomō summā uirtutem contineat & uerā & singularē sapientiā & ueritatem sicut prophete fuerunt prelocuti.

VEnio nunc ad ipsā passionē quę uelut opprobriū nobis obiectari solet: quod & hominem: & ab hominibus insigni supplicio affectum & excruciatum colamus: ut doceam eam passionem ab eo cum magna & diuina ratione susceptam: & in ea sola & uirtutem & ueritatem & sapientiam contineri. Neq̄ enim si beatissimus in terra fuisset: & per omnem uitam in summa felicitate regnasset: q̄sq̄ illum sapiēs aut deum credidisset: aut bonore diuino dignum iudicasset: quod faciunt uere religionis expertes: qui caducas opes: & fragilem potentiam & alieni beneficii bona non tantum suspiciunt: uerum etiam consecrant: & sciētes memorię mortuorum deseruiunt fortunā iam extinctam colentes quam ne uiuam quidem presentemq̄ sapientes colendam sibi unq̄ putauerunt. Nec enim potest aliq̄d in rebus terrenis esse uenerabile cęloq̄ dignum: sed sola est uirtus sola iustitia quę potest uerū bonū & cęleste & ppetuum iudicari: quia nec datur cuiq̄ nec aufertur: quia uirtute ac iustitia. quoniā Christus instructus uenit in terrā: immo uero quoniam ipse est uirtus: & ipse iustitia descendit: ut eam doceret hominemq̄ formaret: Quo magisterio ac dei legatione perfunctus ob eā ipsam uirturē quā sim ul & docuit: & fecit ab oībus gētibus & meruit: & potuit deus credi. Ergo cū magnus populus ad eū uel ob iustitiā quā docebat: uel ob miracula quę faciebat subinde cōflueret & pcepta eius audiret: & a deo missū deiq̄ filiū crederet

tum primores Iudeorum & sacerdotes ira stimulati: q[uod] ab
eo tanq[uam] peccatores increpabantur: & inuidia deprauati: q[uod]
confluente ad eum multitudine contemni se ac deseri ui
debant: & quod caput sceleris illorũ fuit stultitia & error[e]
cęcati. & immemores pręceptorum cęlestium ac propheta
rum coierunt aduersus eum impiumq[ue] consilium de eo
tollendo cruciandoq[ue] cęperunt: quod prophetę multo an
te descripserant. Nam & Dauid in principio psalmorũ su
orum prouidens in spiritu quantum facinus admissuri es
sent: beatum esse ait: qui non abierit in consilio impiorum
Et Salomon in libro sapientię his uerbis usus est. Circũue
niamus iustum: quoniam insuauis est nobis: & exprobrat
nobis peccata legis. promittit se scientiam dei haber[e]: & fili
um dei se nominat factus est nobis in traductionem cogi
tationum nostrarum: grauis est nobis etiam ad uidendũ:
quoniam dissimilis est aliis uita illius: & immutatę sunt
uię illius tanq[uam] nugaces existimati sumus ab eo: & continet
se a uiis nostris: q[ua]si ab immunditiis. & prefert nouissima
iustorum: & gloriatur patrem se habere deum: Videamus
ergo si sermones illius ueri sunt: & tentemus quę uentura
sunt illi. contumeliis & tormentis. interrogemus eũ. ut sci
amus reuerentiam illius: & probemus pacientiam illius.
morte turpissima codemnemus eum. Hęc cogitauerunt &
errauerunt. Excęcauit enim illos stultitia ipsorum. & nes
ciuerũt sacramenta dei. Nonne ita descripsit nefas illud cõ
silium ab impiis initum contra deum. ut plane interfuisse
uideatur. Atqui a Salomone qui hęc cecinit usq[ue] ad tẽpus
quo gesta res est: mille ac decẽ anni fuerunt. Nihil nos fin
gimus. nihil addimus. habebant hęc: qui fecerunt legebãt
in quos hęc dicta sunt: sed & nunc heredes nominis & sce
leris illorum Hęc & habent. & damnationem suã propheta
rum uoce predictam quottidianis lectionibus personant.
Nec aliquando in cor suum quę pars est: & ipsa damnatio
nis admittunt. increpiti. ergo sępe a Christo Iudęi expro
brante illis peccata & iniustitias: & a populo pene deserti
concitati sunt ad eum necandum: Cuius rei audaciam il
lis dedit humanitas eius. Nam cum legerent cum quanta

uirtute & claritate filius dei uenturus esset e cęlo: Iesum autem cernerent humilem: quietum: sordidum: informem non credebant filium dei esse: ignorantes duos aduentus eius a Prophętis esse predictos. primum ĩ humanitate carnis obscurum. secundum in fortitudine carnis manifestũ. De primo Dauid ĩ psalmo septuagesimoprimo sic ait. Descendet sicut pluuia in uellus: & orietur in diebus eius iustitia: & abundantia pacis donec extollatur luna. Sic enim pluuia si descendat in uellus: animaduerti non potest: qa strepitum non facit: ita Christum in terra sine cuiusq̃ suspitione uenturum esse dixit: ut iustitiam doceret & pacẽ. Esaias quoq; ita tradidit. Domine quis credidit auditui nostro: & brachium nostrum cui reuelatum est? Anuntiauimus coram ipso sicut pueri: & sicut radix in terra sitienti: non est figura eius neq; claritas: & uidimus illum & ñ habuit figuram neq; decorem: sed figura eius sine honore & deficiens preter ceteros homines homo in plaga positus & sciens ferre imbecillitatem quia auersus est & non ẽ cõputatus. Hic peccata nostra portat & pro nobis dolet: & nos putauimus ipsum esse in dolore & in plaga & in uexatione: ipse autem uulneratus est propter facinora nostra: & infirmatus ẽ ꝓpter peccata nostra: doctrina pacis nostrę super illum: liuore eius nos sanati sumus. omnes sicut oues errauimus. & deus tradidit illum pro peccatis nostris. Et Sibylla eodem modo locuta est.

οἴκτροσ. ατιμοσ. αμορφοσ. ἐροικτροισ ἐλπ ἴδα δωσει.

Id est miserabilis ignominiosus informis. ĩ miserabilibus spem prębebit. propter hanc humilitatem dei: inierunt cõsilium detestandũ: ut priuarent eum uita: qui ut eos iustificaret: aduenerat.

¶ C. xvii. Quod calũniati sunt eũ q̃si legis destructorem. Et quid prefigurauerit circũcisio. Et q̃re in illo iussa sit fieri mẽbro. Et q̃re ꝓhibitum sit carne suilla uesci.

SEd ire atq; ĩuidię suę quã ĩ cordibus suis gerebãt ĩtus

inclusam:alias causas ꝓferebant.ꝙ legem dei per Moysen
datã solueret.id est ꝙ sabbatis nõ uacaret operans salutem
hominum:ꝙ circumcisionem uacue faceret:ꝙ abstinenti
am suillę carnis auferret.In quibus rebus iudaice religio
nis sacramenta consistunt.Ob hęc itaq; cętera pars populi
quę nondũ ad Christum secesserat a sacerdotibus incita-
batur:ut impium iudicaret eum:ꝙ legẽ dei solueret: cum
hoc ille nõ suo iuditio sed ex dei uoluntate & secundum
predicta faceret prophętarũ.Micheas enim nouã legẽ da-
turũ denuntiauit hoc modo:lex de Syon:& sermo domi
ni ex Hierusalem:& iudicabit ĩter plurimos populos & re
uincet:& diriget ualidas nationes.Illa enim prior lex quę
per Moysen data est: non in monte Syon: sed in monte
Oreb data est:quam Sibylla fore ut a filio dei solueretur:
ostendit.αλλοταρ παντα απαρτα τελειωθη απερειπορεισ αυ
τορ πασ λυσεται ρομοσ. Id est sed qñ hęc omnia perfecta
erunt quę dixi:in ipsum omnis lex soluet̃.Sed & ipse Mo
yses per quem datam sibi legẽ dum pertinaciter tuerentur
exciderunt a deo:sed deum non agnouerunt. prędixerat
fore:ut prophęta maximus mitteretur a deo qui sit supra
legem.qui uoluntatẽ dei ad homines preferat. In Deutro-
nomio ita scriptũ reliquit.Et dixit dominus ad me: pro
phętã excitabo eis de fratribus eorũ sicut te: & dabo uer-
bum meũ in os eius:& loquetur ad eos ea quę pręcępero
ei:& quisquis non audierit ea quę loquet̃ Prophęta ille in
nomine meo:ego uindicabo in eum. Denuntiauit scilicet
domninus per ipsum legiferum ꝙ filium suum id ẽ uiuã
pręsentemq; lęgem missurus esset:& illam ueterem ꝑ Mo-
ysen datam soluturus:ut denuo per eũ qui esset ęternus:lę
gem sanciret ęternam.Item de circumcisione soluẽda Esa
ias ita prophętauit.Hęc dicit dominus uiris Iuda qui ha
bitant in Hierusalem.Reuocate inter uos nouitatẽ: & ne se
minaueritis ĩ spinis.Circũcidite uos domino deo uestro:
& circũcidite ꝓpuciũ cordis uñi:ne exeat ira mea sicut ig
nis.& ñ sit q extinguat Itẽ moyses ipse ĩ nouissimis diebus
circũdet dñs cor tuũ ad dñm deum tuum amãdũ. Itẽ Ie-
su s Naue successor eius.Et dixit dominus ad Iesum Fac

Cam. 18.

tibi cultellos petrinos nimis acutos & ſede & circumcide
ſecundo filios Iſrabel. Secundam circumciſionem futurã
eſſe dixit: non carnis ſicut fuit prima: qua etiã nunc Iudęi
utuntur: ſed cordis ac ſpiritus q̃ tradidit Chriſtus qui fu
it uerus Ihesus. Nõ enim propheta ſic ait. Et dixit Iheſus
ad me: ſed ad Iheſum. ut oſtẽderet ꝙ nõ de ſe loqueret̃: ſed
de Chriſto: ad quem tunc deus loquebat̃. Chriſti enĩ figu-
rã gerebat ille Iheſus: qui cũ primũ auſes uocaret̃ Moyſeſ
futura pręſentiens iuſſit eũ Ieſũ uocari: ut dux militię de
lectus eſſet aduerſus Amalech q oppugnabat filios Iſrael:
& aduerſariũ debellaret p nominis figurã: & populũ ĩ ter
rã ꝓmiſſionis induceret. Et iccirco Moyſi etiã ſucceſſit:
ut oſtẽderet noua legẽ p Chriſtũ Ieſũ datã ueteri legi ſuc
ceſſurã quę data p moyſẽ fuit Nã illa carnis circũciſio ca
ret utiq̧ ratione. quia ſi deus id uellet: ſic a ṗncipio formaſ
ſet hominẽ: ut pręputiũ ñ haberet: ſed huius ſecũdę circũ
ciſionis figura erat: ſignificans nudandũ eſſe pectus: id eſt
aperto & ſimplici corde oportere nos uiuere: quoniã pars
illa corporis quę circũciditur habet quãdã ſimilitudinem
cordis & ẽ pudenda. Et ob hanc cauſã deus nudari eã iuſ-
ſit: ut hoc argumento nos admoneret: ne ĩuolutũ pectus
haberemus. i. ne quod pudendũ facinus ĩtra cõſciẽtię ſecre
ta uelemus. Hęc eſt cordis circũciſio de qua Prophetę lo-
quunt̃ quã deus a carne mortali ad animã tranſtulit: quę
ſola mãſura ẽ. Volens enĩ uitę ac ſaluti noſtrę ꝓ ęterna ſua
pietate conſulere: pęnitẽtiã nobis in illa circũciſione ꝓpo
ſuit: ut ſi cor nudauerimus: id eſt ſi peccata confeſſi: ſa-
tis deo fęcerimus: ueniã conſequamur. quę contumacibus
& admiſſa ſua cęlantibus denegatur ab eo qui non faciem
ſicut homo ſed ĩtima & arcana pectoris ĩtuet̃. Eodẽ etiam
ſpectat carnis ſuillę ĩterdictio: a qua cũ deus abſtinere iuſ
ſit: id potiſſimũ uoluit intelligi: ut ſe a peccatis atq̧ ĩmun
ditiis abſtinerent. Eſt enim lutulentũ hoc animal & ĩmun
dũ: nec unq̃ cęlũ aſpicit: ſed ĩ terra toto corpore ꝓiectũ &
ore: uẽtri ſẽp & pabulo ſeruit: nec ullũ aliũ dũ uiuit: pręſta
re uſũ pōt ſicut cęterę aĩantes: quę uel ſedendi uehiculũ ṕ
bẽt: uel in cultibus agrorũ iuuãt. uel plauſtra collo trahũt


uel onera tergo gestant: uel indumentum exuuiis suis exa
hibent: uel copia lactis exuberant: uel custodiendis domi
bus inuigilant. Interdixit ergo ne porcina carne uterentur
id est ne uitã porcorũ imitarentur: qui ad solam mortem
nutriuntur: ne uentri ac uoluptatibus seruientes: ad faciẽ
dam iustitiam inutiles essent. ac morte afficerẽtur. Item ne
se fędis libidinibus immergerent sicut sus: quę se cęno in-
gurgitat: uel ne terrenis seruiant simulacris: ac se luto inq
nent. Luto enim se obliniunt qui deos id ē q lutũ terrãq
uenerantur: sic uniuersa pręcepta iudaicę legis ad exhibẽ
dam iustitiam spectant: quoniã per ambagem data sunt: ut
per carnaliũ figurã spiritalia noscerentur.

Ca. xviii. Quę causa & quis fuerit ordo dominicę pas
sionis. Et quibus sit prenuntiata oraculis.

CVm igitur ea quę deus uoluit fieri: queq per pphe
tas suos multis sęculis ante prędixit: Christus imple-
ret: ob ea incitati & diuinas litteras nescientes coierunt: ut
deum suum condemnarẽt. Quod cũ sciret futurũ: ac sub-
inde diceret oportere se pati ac interfici pro salute multo
rum: secessit tamen cũ discipulis suis: non ut uitaret quod
necesse erat perpeti ac sustinere: sed ut ostenderet q ita fie
ri oporteret in omni persecutione: ne sua quis culpa inci
disse uideatur. ac denuntiauit fore: ut ab uno eorũ prode
retur. Itaq Iudas premio illectus tradidit filium dei Iu
dęis. At illi cõprehẽsũ ac Pontio Pilato: qui tũ legatus Sy
riam regebat oblatum cruci affigi postulauerunt. obiciẽ
tes ei nihil aliud nisi q diceret se filiũ dei esse Regẽ Iudeo
rũ. Itẽ q dixerat si solueritis hoc tẽplũ: quod ędificatũ est
annis quadragintasex: ego illud sine manibus in triduo re
suscitabo significans breui futuram passionem suam: & se
a Iudęis interfectũ tertio die resurrecturũ. Ipse erat enĩ ue
rũ dei templum. has uoces eius tanq̃ infaustas & impias in
sectabantur Quę cum Pilatus audisset: & ille in defensionẽ
sui nihil diceret: pronũtiauit nihil ĩ eo dãnatiõe dignũ ui
deri. At iniustissimi accusatores cũ populo quẽ icitauerãt

succlamare cęperunt· & crucem eius uiolentis uocibus fla
gitare. Tũ pōtius & illorũ clamoribus & Herodis Tetrar
chę instigatione metuentis ne regno pelleretur: uictus est.
nec tamẽ ipse sententiam protulit. sed tradidit eum Iudęis
ut ipsi de illo secundũ legem suam iudicarent. Duxerunt
ergo eum flagellis uerberatum. & prius q̃ cruci affigerẽt
illuserunt. indutum enim coloris punicei ueste ac spinis
coronatum quasi Regem salutauerunt. & dederũt ei cibũ
fellis & miscuerunt aceti potionem. Post hęc conspuerũt
in faciem eius. & palmis ceciderunt. Cũq; ipsi carnifices de
uestimentis eius contenderent: sortiti sunt inter se de tuni
ca & pallio. Et cum hęc omnia fierent: nullam uocem ex
ore suo tanq̃ si mutus esset: emisit. tum suspenderunt eũ in
ter duos noxios medium: q ob latrocinia damnati erant.
cruciq; affixerunt. Quid ego in tanto facinore deplorem?
Aut quibus uerbis tantũ nefas consequar? Non enim Ga
binianam crucem describimus: q̃. M. Tullius uniuersę elo
quentię suę uerbis ac uiribus uelut effusis totius ingenii
fontibus prosecutus est: facinus indignum esse proclamãs
ciuem romanũ contra omnes leges in cruce esse sublatum
Qui q̃uis innocens fuerit: & illo supplicio indignus: mor
talis tamen & ab homine scelesto qui iustitiã ignoraret af
fectus est. Quid de huius crucis indignitate dicemus: i q̃
deus a cultoribus dei suspensus atq; suffixus est? Quis tã
facundus & tanta rerum uerborũq; copia instructus exis
tet? quę oratio tante affluentię ubertate decurrens: ut illam
crucem merito deploret: q̃ mundus ipse & tota elementa
luxerunt? Hęc aũt sic futura fuisse & prophętarũ uocibus
& Sibyllinis carminibus denuntiatum est. Apud Esaiam
ita scriptũ inuenitur. Non sum contumax neq; cõtradico
dorsũ meũ posui ad flagella: & maxillas meas ad palmas
faciem autẽ meã non auerti a fęditate sputorum. Similiter
Dauid in psalmo tricesimoquarto. Congregata sunt super
me flagella: & ignoraui: dissoluti sunt: nec compuncti sũt
tẽptauerũt me: & deriserũt me derisu. & striderunt dentia
bus suis sup me. Sibylla quoq; eadẽ futura mõstrauit.





εισ αρομουσ χειρασ και απ ισ τωρ ϋστερορ ηξει

δωσουσι δεθεωραπ ισματα χερσ ιραγαΓροισ
και στομασιρ μιαροισ ιρ πτυσματα φαρμακοερτα
δωσει δεισμασ τιΓασ απλοσ αΓροր τοτερωτορ. Id est i ma
nus iniquas & infidelium postea ueniet: dabunt deo alapas
manibus incestis. & oribus inmundis expuent saliuas ue
nenosas. dabit autem in uerba omnino innocens deorsum.
Item de silentio eius quod usq; ad mortem pertinaciter te
nuit. Esaias sic locutus est: Sicut ouis ad immolandū duc
tus est: & sicut agnus coram tondentibus sine uoce sic nō
aperuit os suum. Et Sibylla supradicta.
και κολαφιζομερος σιΓησει μιτισ επιΓρω
τισλοΓοσ υπο τερ ηλθερ ιραφθιμερ οισ ι λαλησει
και στεφαρορ φορεσει τορ ακαρθιρορ. Id est & collaphos
accipiens tacebit: ne quis agnoscat q̄ uerbum & unde ue
nit ut mortuus loquatur: & coronam portabit spineā. De
cibo uero & potu quē anteq̄ eum figerent: illi obtulerunt
Dauid in Psalmo. lxviii. sic ait. Et dederunt in escam meā
fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Idem hoc futurū
etiā Sibylla concionata est
εισ δετοβρωμα χολερεισ δ ιψαρτεοσ εδωκαρ
τησ αφιλοξεριασ ταυτηρ δειξουσι τραπεζαρ. Id est i cibū
aūt fel in sitim acetū dederunt: in hospitalitatis hanc mō
strabunt mensam. Et alia Sibylla Iudęam tertam bis uer
bis increpat.
αυτηΓαρ συαφρωρ τορσορ θεορ ουκερουσασ
παιζορτα θρητοισ ι ρουμασ ιρ αλλα κακαρθοισ
εσ τεψασ στεφαρω φοβερηρ τε χολιρ εκερασασ. Id est tu
enim stulta deū tuum non cognouisti: ludentem mortali
um mentibus: sed & spinis coronasti corona. horridumq;
fel miscuisti. Fore autē ut Iudei manus inferrent deo suo
eumq; interficerent: testimonia prophetarū hęc antecesse
runt. Apud Esdram ita scriptum est. Et dixit Esdras ad
populum. Hoc pasca saluator noster est & refugiū nostrū
cogitate. & ascendat i cor uestrū: quoniā habemus humi
liare eum in signo: & post hęc sperabimus in eū: ne deserat
hic locus in ęternū tempus dicit dominus deus uirtutū.
Si non credideritis in eum neq; exaudieritis anuntiationē

eius:eritis derisio in gentibus.unde apparet Iudęos nullā aliam spem habere.nisi se abluerint a sanguine: ac sperauerint in eum ipsum:quem negauerunt. Esaias cum facinus eorum designat dicit. In humilitate eius iudicium sublatum est. Natiuitatē eius qs enarrabit! quoniam auferetur a terra uita eius:& ipse peccatum multorū pertulit.& propter facinora illorum traditus est. Dauid quoq; in psalmo. xiiii. Captabunt in animam iusti.& sanguinē innocentē cōdemnabunt.& factus est mihi dominus in refugiū. Et Hieremia. Domine significa mihi & cognoscā:tunc uidi meditationes eorū.ego sicut agnus sine macula perductus sum ad uictimā.in me cogitauerunt cogitationē dicentes:Venite mittamus lignū in panem eius:& eradamus e terra uitā eius:& nomen eius non erit in memoria amplius. Lignum autē crucem significat. & panē corpus eius:quia ipse ē cibus & uita omnium qui credunt in carnē quā portauit.& in crucem qui pependit.de qua tamē apertius ipse Moyses in Deutronomio ita pręedicauit. Et erit pēdēs uita tua ante oculos tuos.& timebis die ac nocte. & non credes uitę tuę. Idē rursus in numeris. Non quasi homo dominus suspēdetur.neq; quasi filius hominis minas patitur. Zacharias etiā sic tradidit. Et intuebuntur in me:quē transfixerunt. Item Dauid in psalmo.xxi. Effoderunt manus meas & pedes meos:dinumerauerunt oīa ossa mea. Ipsi autē contemplati sunt:& uiderunt me.& diuiserunt sibi uestimēta mea:& super uestem meam miserunt sortē. Quę utiq; Propheta non de se locutus est. fuit enī Rex:& nunq̄ illa pepessus est. Spiritus dei per illū loquebatur qui fuerat illa passurus post annos mille & quinquaginta. Tot enī colliguntur anni a regno Dauid usq; ad crucē Christi. Sed & Salomon filius eius qui Hierosolimam condidit:eā ipsam perituram esse in ultionem sanctę crucis Prophętauit.quod si auertimi a me dicit dominus:& non custodieritis ueritatem meam:reiiciā Israhel a terra:quā dedi illis. & domus hęc erit deserta:& omnis qui transibit per illam:admirabitur.& dicet propter quā rem fęcit dominus terrę huic & domui huic hęc mala? Et dicet:quia reliquerunt dominū

deum suum. & persecuti sunt Regem suũ dilectissimũ deũ & cruciauerunt illum in humilitate magna propter hoc iportauit deus illis mala hęc.

Ca. xix. De miraculis quę in passione domini contigerũt De sepultura & resurrectione. Et a quibus testimoniis Prophętarũ fides roboretur istorũ.

Quid amplius de facinoribus Iudęorũ dici potest: q̃ excęcatos tum fuisse: atq; insanabili furore correptos qui hęc quottidie legentes nec intellexerunt: neq; quin fa cerent: cauere potuerunt. Suspensus igitur atq; affixus ex clamauit ad dominum uoce magna: & ultro spiritũ posu it. Eadem hora terremotus factus ẽ. Et uelũ templi quod separabat duo tabernacula: scissum est in duas partes. Et sol repente subductus est. Et ab hora sexta usq; ad nonam tenebrę factę sunt. Qua de re Amos prophęta testatur: Et erit in die illo: dicit dominus. occidet sol meridie. & tene brabitur dies lucis: & conuertam dies festos uestros ĩ luc tum: & cantica uestra in lamentationẽ. Item Hieremias. Ex territa est quę parit: & teduit animã. & subiuit sol ei cũ adhuc medius dies esset. confusa est & maledicta. reliquos eorũ in gladium dabo in conspectu inimicorũ eorum. Et Sibylla ait.

ραον δεσ χισθησεται πετασμα και ηματι μεσσω
νυξ εσται σκοτοεσσα πελωριοσ εν τρισιν ωραισ. Id est tẽ pli uero scinditur uelum. & medio die nox erit tenebrosa nimis tribus horis. Cum hęc facta essent. ne prodigiis qui dem cęlestibus facinus suum intelligere quiuerunt. Sed quoniã prędixerat se tertio die ab inferis resurrecturũ: me tuentes ne a discipulis surrepto & amoto corpore uniuer si resurrexisse eum crederent: & fieret multo maior ĩ plebe confusio. Detraxerunt eum cruci: & conclusum in monu mento firmiter militari custodia circũdederunt. Verũ ter tio die ante lucem terremotu facto repente patefactum ẽ sepulchrũ & custodibus q̃s attonitos obstupefecerat pa uor nihil uidẽtibus integer e sepulchro ac uiuus egressus

in Galileam profectus est: ut discipulos suos quereret. In sepulchro nihil repertum est nisi exuuię: quibus inuolutū corpus incluserant. Illum autē apud inferos non remansurum: sed die tertio resurrecturū prophętę cecinerant. David in psalmo quinquagesimo. Non derelinques animam meam apud inferos: nec dabis sanctū tuum uidere interitum. Item in tertio. Ego dormiui & somnum cępi: & resurrexi: quoniā dominus auxiliatus est mihi. Osee quoq; primus. xii prophętarū de resurrectione eius testificatus est. Hic filius meus sapiens. propter quos nunc non resistet in tribulatione filiorū suorum. & de manu inferorū eruā eū. Vbi est iuditiū tuum mors? aut ubi est aculeus tuus? Idē alio loco. Viuificabit nos post biduū die tertio. Et ideo Sibylla impositurū esse morti terminū dixit post tridui somnum.

και θαρα τοϋ μοιραυ τελεσει τρϊτου ημαρ υπνωσασ
και τοτε απυφθ ϊμερων αναδ ϊσασ εισ φαοσ ηξει
πρωτοσ αναστασεωσ κλητοισ αρχην υποδειξασ. Id est & mortis fatum finiet trium dierum somno suscepto: & tūc a mortuis regressus in lucem ueniet. primus resurrectōis uocatis initiū ostendēs. Vitam enim nobis acquisiuit morte superata. Nulla igitur spes alia consequendę immortalitatis homini datur: nisi crediderit in eum: & illā crucem portandam patiendāq; susceperit.

C. xx. Quod profecto i galileam domino post resurrectionem discipulis scripturarū reserauit arcana. Et q̄re lex uetus dicatur testamentum: nec potuerit intelligi ante mortem domini. Et q̄ nouum testamentum ue teris adimpletio est. Et quibus hoc ante predictum sit testimoniis.

Profectus ergo in Galileam. noluit eni se Iudeis ostēdere: ne adduceret eos in pęnitentiam atq; impios reseruaret. Discipulis iterū congregatis scripturę sanctę litteras id est prophętarū arcana patefecit: quę anteq̄ pateret: perspici nullo modo poterant: quia ipsum passionēq; eius

annuntiabant. Iccirco Moyses & idem ipsi prophętę legē quę Iudęis data erat: testamentum uocant. qa nisi testator mortuus fuerit: nec confirmari testamentū potest. nec sciri quid in eo scriptum sit: quia clausum & obsignatū est. Itaq; nisi Christus mortem suscępisset: aperiri testamentū id est reuelari & intelligi mysterium dei nō potuisset. Verum scriptura omnis in duo testamenta diuisa est. Illud quod aduentū domini passionemq; antecessit: id est lex & prophętę uetus dicitur. Ea uero quę post resurrectionem eius scripta sunt. nouū testamentū nominatur. Iudęi ueteri utuntur. nos nouo: sed tamen diuisa non sunt: quia nouum ueteris adimpletio: & in utroq; idē testator est Christus: qui pro nobis morte suscepta nos hęredes ęterni regni fęcit: abdicato & exheredato populo Iudęorū sicut Hieremias Prophęta testatur cum loquitur talia. Ecce dies ueniūt dicit dominus: & cōsummabo domui Israbel: & domui Iuda testamentū: quod disposui patribus eorū ī die qua apprehēdi manū eorū: ut illos educerē e terra Aegypti. quia non perseuerauerūt in testamento meo: & ego neglexi eos: dicit dominus. Itē alio loco similiter ait: Dereliq domum meā: dimisi hereditatē meā in manu inimicorum eius. facta est mihi hęreditas mea sicut leo ī silua. dedit super me uocē suam: ideo odiui eā cū sit hereditas cęleste regnū. non utiq; ipsam hereditatem se occidisse dicit: sed hęredes qui aduersus eum ingrati & impii extiterunt: facta ē īquit hęreditas mea sicut leo. id est pręda & deuoratio factus sū hęredibus meis: qui me immolauerunt sicut pecus. dedit super me uocē suam: id est sententiam aduersus me. mortis crucisq; dixerunt. Nam. q; superius ait: cōsūmaturū se domui Iuda testamentum nouum: ostendit uetus illud testamentū quod per Moysen est datū non fuisse perfectū id quod per Christū dari haberet: consummatū fore. domus autē Iuda & Israel non utiq; Iudęos significat: quos abdicauit: sed nos qui ab eo conuocati ex gentibus in illorum locū adoptionemq; successimus: & appellamur filii Iudęorum: quod declarat Sybilla cū dicit. ιουδαίωρ μακαριορ θειορ γερος ουραριωρωρ. Id est Iudęorum beatū diuinū

genus cęlestium. Quod autem futurum esset id. Esaias docet: apud quem pater summus ad filium loquitur dicens. Ego dominus deus uocaui te ad iustitiam: & tenebo manum tuam & confirmabo te: & dedi te in testamentum generis mei: in lucem gentium aperire oculos cęcorum: producere ex uinculis alligatos: & de domo carceris sedẽtes ĩ tenebris. Cum igitur nos antea tanq̃ cęci: et tanq̃ carcere stultitię inclusi sederemus in tenebris: ignorantes deũ & ueritatem illuminati ab eo sumus: qui nos testamento suo adoptauit. & liberatos uinculis malis atq̃ in lucẽ sapiẽtię ꝑductos in hereditatẽ regni cęlestis asciuit.

C.xxi. De ascẽsione domini: diuisione discipulorum ad nascentis Ecclesię fundamentũ iaciendum & roborãdum. Et miraculis eorũ. Et quomodo Petrus & Paulus Romã uenientes: prophetauerunt Regem ĩ breui uenturum: qui Hierosolimam destrueret: & Iudęos deleret eodẽ mõ quo postea contigit.

Ordinato uero discipulis suis Euangelio ac nominis sui predicatione: circũfudit se repente nubes: eũq̃ ĩ cęlum sustulit quadragesimo post passionẽ die. sicut Daniel fore ostenderat: dicens. Et ecce in nubibus cęli filius hominis ueniens usq̃ ad uetustũ dierum peruenit. Discipuli uero per prouintias dispsi fundamẽta Ecclesię ubiq̃ posuerunt. facientes & ipsi in nomine magistri dei magna & pene incredibilia miracula: qui descendens instruxerat eos uirtute ac potestate q̃ posset nouę anuntiationis ratio fundari & cõfirmari: sed & futura aperuit illis omnia quę Petrus & Paulus qui Romę prędicauerunt: & ea prędicatio in memoriam scripta permansit: in qua cũ multa alia mira: tum etiam hoc futurũ esse dixerunt: ut post breue tempus immitteret deus Regẽ: qui expugnaret iudęos. & ciuitates eorũ solo adęquaret. ipsos autẽ fame sitiq̃ confectos obsideret. Tum fore ut corporibus suorũ uescerent: & consumerent se inuicem. Postremo ut capti uenirent ĩ manus hostium: & in conspectu suo acerbissime cõiuges

ſuas uexari cernerent. uiolari ac proſtitui uirgines. diripi
pueros. allidi paruulos. omnia denique igni ferroque uaſtari
captiuos in perpetuũ terris ſuis exterminari: eo quod exulta
uerunt ſuper amantiſſimũ & probatiſſimũ dei filiũ. Itaque
poſt illorum obitum: cum eos Nero interemiſſet: Iudeo-
rum gentem & nomen Veſpaſianus extinxit: fecitque omnia
quę illi futura predixerant.

¶ Ca. xxii. Quod argumentiſ reuincendi ſunt: qui diuiniſ
detrahunt ſacramentis. Et quibus argumentis utantur
infideles: ut dominicę incarnationis fidẽ euacuent.

Confirmata ſunt: ut opinor: quę falſa & incredibilia
putantur ab iis quos uera cęleſtium litterarum doc
trina non imbuit: ſed tamẽ ut refallãtur a nobis etiã illi q
nimium non ſine malo ſuo ſapiunt. rebuſque diuinis fidem
detrahunt: argumentiſque illorum coarguamus errorẽ: ut
tandem aliquando peruideãt ita fieri oportuiſſe: ſicut nos
oſtendimus factũ. Et quãquã apud bonos iudices ſatis habeãt
firmitatis: uel teſtimonia ſine argumentis: uel argumenta
ſine teſtimoniis: nos tamen non contenti alterutro ſumus:
cum ſuppeditat nobis utrunque: ne cui peruerſi ingenioſo
aut non intelligendi: aut contra differendi locũ relinquãmus
negant fieri potuiſſe: ut naturę immortali quicquã decederet
Negant denique deo indignũ: ut homo fieri uellet: ſeque infir
mitate carnis oneraret: ut paſſionibus: ut dolori ut morti
ſeipſe ſubiceret quaſi non facile illi eſſet: ut citra corporis
imbecillitatẽ ſe hominibus oſtenderet. eoſque iuſtitiã doce
ret. ſiquidem id uolebat maiore authoritate ut aiunt pro
feſſi dei tunc enim cunctos fuiſſe pręceptis cęleſtibus peri
turos: ſi ad ea uirtus ac poteſtas dei pręcipientis accideret
Cur igitur ad docendos homines non ut deus uenit: cur
non manus hominũ aut uirtute repulit: aut diuinitate ui
tauit. Cur non maieſtatem ſuã ſub ipſa ſaltem morte patefę
cit: ſed ut inualidus in iudicium ductus eſt: ut nocens dã
natus: ut mortalis occiſus? Refutabo hęc diligenter: nec
quenquã patiar errare. Illa enĩ magna & mirabili ratione ſũt

facta.q̄ quicunq; preceperit non tātum mirari desinet deū ab hominibus esse cruciatum: uerū etiā facile pudebit ne deū q̄dem potuisse credi: si eaipsa quę arguit: facta nō essēt

C.xxiii. Quod preceptoris morū uacillat auctoritas: si non facit ipse quod docet: sicut in Phariseis patet: q̄ cōtra sua p̄cepta uiuebāt. sed Christus primo fecit postea docuit.

Qvicunq; precepta dat hominibus ad uitam: moresq; fingit aliorū: quero debeat ne ipe facere quę precipit an non debeat: si non fecit soluta precepta sunt. Si eni bona sunt: quę precipiuntur: si uitam hominū in optimo statu collocant: non se debet ipse preceptor a numero cętuq; hominū segregare: inter quos habitat ipse. Et ipsi eodem modo uiuēdum esse quo docet esse uiuendum: ne si aliter uixerit ipse preceptis suis fidē detrahat: leuioremq; doctrinam suam faciat: si re ipa resoluat quod uerbis nitat astringere. Vnusquisq; enim cum audit precipientem: nō uult sibi imponi necessitatem parendi tanq̄ sibi ius libertatis adimatur. Itaq; respondebit doctori hoc modo: non possum facere: quę iubes: quoniā sunt impossibilia. uetas me irasci uetas cupere. uetas libidine commoueri. uetas dolorē aut mortem timere. sed hoc adeo contra naturam est: ut his affectibus animalia uniuersa subiecta sit. uel si adeo putas repugnari posse naturę: & tu ipse quę precipis: fac. ut sciam fieri posse. Cum autem ipse non facias: quę insolentia ē: ut homini libero imponere uelis leges: quibus ipse nō pareas Prius disce qui doces. & āteqū mores aliorū corrigas: tuos corrige. Quis neget iust ā esse hanc responsionē: quin etiam si in contemptū ueniet huiusmodi doctor: & eludet uicissim quia uidebit & ipse deludere. Quid ergo faciet & ille preceptor: si hęc ei fuerint opposita: quomodo adimet excusationē contumacibus: nisi ut presentibus factis doceat possibilia se docer. Vnde euenit ut philosophorū p̄ceptis nullus obtemperet. homines enim malunt exempla q̄ uerba. quia loqui facile est. prestare difficile. Vtinā quidē tā

multi bene facerent: q̃ multi loquũtur bene. sed q̃ pcipiũt nec faciunt abest ab his fides. & si homines fuerint: contẽnentur: ut leues. si deus: opponetur ei fragilitatis humanę excusatio. superest ut factis uerba firmentur. quod & philosophi facere nequeunt. Itaq̃ cũ ipsi pręceptores uincantur affectibus quos uinci prędicãt oportere: neminem possunt ad uirtutem quã prędicant falso erudire. Ob eamq̃ causam putant neminem ad huc perfectũ esse sapientem: id est in quo summę doctrinę ac scientię summa uirtus & perfecta iustitia consenserit. quod quidem uerum fuit. Nemo enim post mundum conditũ talis extitit: nisi Christus: qui & uerbo sapientiam tradidit: & doctrinam pręsenti uirtute firmauit.

Ca. xxiiii. Quod cęlestem doctorem perfectũ esse oporteat. & quare pfectus esse nõ possit sine corporis assumptione mortalis.

AGe nunc consideremus an doctor e cęlo missus possit non esse perfectus. nondum de hoc loquor: quẽ uenisse a deo negant. Fingamus e cęlo aliquem esse mittendum qui uitam hominũ rudimentis uirtutis instituat: & ad iustitiam formet. Nemini dubium potest esse: quin iis doctor qui cęlitus mittitur: tam scientia sit rerum omniũ q̃ uirtute perfectus. ne nihil inter cęlestem terrenumq̃ differat. Nam in homine interna & propria doctrina esse nullo pacto potest. nec enim mens terrenis uisceribus inclusa & tabe corporis impedita: aut comprehendere per se põt: aut capere ueritatem: nisi aliunde doceatur. & si maxime possit: summam tamẽ uirtutẽ capere nequeat: & omnibus uitiis resistere quorum materia in uisceribus continetur. Eo fit ut terrenus doctor perfectus esse non possit. At uero cęlestis cui scientiam diuinitas: uirtutem immortalitas tribuit. in docendo quoq̃ sicut in cęteris perfectus & consumatus sit necesse est. At id omnino fieri non potest: nisi mortale corpus assumat. Cur autem fieri non possit: ratio clara est. Nam si ad homines ueniat ut deus: ut omittã. q̃

mortales oculi claritatē maiestatis eius conspicere ac susti nere non possunt: Ipse certe deus uirtutem docere nō pote rit: quia expers corporis non faciet: quę docebit ac ꝑ hoc doctrina eius perfęcta non erit. Alioquin si uirtus summa est: dolorem patienter pro iustitia officioq; perferre: si uir tus est mortem ipsam & intentatam non metuere: & illatā fortiter sustinere: debet ergo doctor ille perfectus & doce re ista pręcipiendo: & confirmare faciendo quia qui dat ꝑ cepta uiuendi: amputare debet omniū excusationū uias: ut imponat hominibus parendi necessitatem non aliq̄ ui sed pudore. & tamē libertatem relinquat: ut et premiū sit constitutū parentibus: quia poterant non parere: si uellent Quomodo ergo poterit amputari excusatio: nisi ut q̄ do cet: faciat quę docet. & sit quasi primus: & manum porri gat secuturo. quēadmodū potest facere quę docet si nō sit ei similis: quē docet: nam si nulli subiectus sit passioni: po test ei docenti homo sic respondere. Volo equidē non pec care: sed uincor. Indutus sum enim carne fragili & imbe cilla: hęc est quę irascitur: quę concupiscit: quę dolet: quę mori timet. Itaq; ducor inuitus & pecco: non quia uolo: sed quia cogor. Sentio me etiam ipse peccare: sed necessitas fragilitatis impellit: cui repugnare non possum. Quid ad hęc respōdebit pręceptor ille iustitię: quomodo refutabit ac redarguet hominē qui delictis suis excusationē carnis obtendet: nisi & ipse carne fuerit indutus: ut ostendat etiā carnem posse capere uirtutē. Contumatia enim redargui n̄ potest nisi exemplo. nam habere non possunt quę doceas: firmitatem nisi ea prior fęceris. q̄a natura hominū ꝓ diuis in uitia uideri uult non modo cum uenia: sed etiā cum ra tione peccare. Oportet magistrū doctoremq; uirtutis ho mini simillimū fieri: ut uincendo peccatū doceat hominē: uinci ab eo posse peccatū. si uero sit immortalis: exemplū proponere homini nullo modo potest. Existet enim con stans aliquis ac dicet. Tu quidem non peccas: quia liber es ab hoc corpore. non concupiscis: quia immortali nihil est necessariū. mihi uero multis rebus opus est: ut tuear hanc uitam. Mortem non times: quia in te ualere nō pōt.

Dolorem contemnis: quia nullā uim pati pōt. At ego mortalis utrunq; timeo: quia cruciatus mihi grauissimos inferunt: q̄s tollerare infirmitas carnis nō potest. Doctor itaq; uirtutis etiā hanc excusatione debuit hominibus auferre ne quis quod peccat: necessitati potius ascribat: q̄ culpę suę. Ergo ut perfectus esse possit: nihil ei debet opponi ab eo: qui docendus est: ut si forte dixerit impossibilia pręcipis: Responde at: ecce ipse facio. at ego eādem carnem gero & tamen peccatum in me non dominatur. Mihi opes contemnere difficile est. quia uiui aliter non potest in hoc corpore. Ecce mihi corpus est: & tamē pugno contra omnem uoluptatem. Non possum ꝓ iustitia nec dolorē ferre nec mortē quia fragilis sum. Ecce & in me dolor ac mors habet potestatē: & ea quę times: uinco: ut uictorē te faciā doloris ac mortis. prior uado per ea quę sustineri non pretēdis. si pręcipientē sequi non potes: sequere antecedentem. Sublata est hoc modo omnis excusatio. & fateri hominem necesse est sua culpa iniustū esse: qui doctorem uirtutis & eundē ducē non sequatur. Vides ergo quāto perfectior sit mortalis doctor: quia dux esse mortali pōt. q̄ imortalis: qa pacientiā docere non pōt: quia subiectus passionibus non est. Nec hoc tamen eo pertinet: ut hominē deo pręferā: sed ut ostendā neq; hominē perfecta doctrina esse posse: nisi sit idem deus: ut authoritate cęlesti necessitatem parendi hominibus imponat. Neq; deū nisi mortali corpore īduatur ut pręcepta sua factis adimplendo cęteros parendi necessitate constringat. Liquido ergo apparet eum qui uitę dux & iustitię sit magister: corporalem esse oportere: nec aliter fieri posse ut sit illius plena & pſecta doctrina: nisi habeat radicē & fundamentū stabilisq; apud homines ac fixa permaneat. Ipsum autem subire carnis ac corporis ībecillitatē: uirtutēq; in se recipere doctoris: ut eam simul & uerbis doceat & factis. Itē subiectū esse morti & passionibus cūctis: quoniā & in passione tolleranda: & in morte subeunda uirtutis officia uersantur. Quę omnia ut dixi consummatus doctor perferre debeat: ut doceat posse perferri.

¶ C.xxv. Quod Christus licet mortalitatem nostrã süpse rit: non tñ natus est ut alii homines: sed ex carne uirgi nis. & q̃re cũ imunis esset a culpa: spõte subierit pęnã.

DIscant igitur homines & intelligant: quare deus summus cum legatum ac nuntium suũ mitteret ad eru diendam pręceptis iustitię suę mortalitatẽ: mortali uolue rit eũ carne indui & cruce affigi & morte mulctari. Nam cũ iustitia nulla esset in terra: doctorẽ misit quasi uiuã le gem ut nomẽ ac templum nouum conderet: ut uerũ ac pi um deum per omnẽ terrã uerbis & exemplo seminaret. sed tamen ut certum esset a deo missum nõ ita illũ nasci opor tuit: sicut homo nascitur ex mortali utroq̧ concretus. sed ut appareret illũ etiã in homine esse cęlestem: creatus ẽ sine opera genitoris. habebat eñi spiritalẽ patrem deũ. & sicut pater spiritus eius deus sine matre: ita mater corporis eius uirgo sine patre fuit. Igitur deus & homo iter deũ atq̧ ho minem medius constitutus. Vnde illum Gręci μεσίτηρ uo cant: ut hominem perducere ad deũ posset. id est ad imor talitatem. quia si deus tantum fuisset: ut superius dictũ ẽ: exempla uirtutis homini prębere non posset: si homo tan tum non posset homines ad iustitiam cogere: nisi authori tas ac uirtus homine maior accederet. Etenim cũ constet homo ex carne & spiritu: & oporteat spiritũ iustitię operi bus emereri ut fiat ęternus: Caro quoniã terrena est ideoq̧ mortalis: copulatũ sibi spiritum trahit secum: & ab imor talitate ducit ad mortem. Ergo spiritus carnis expers dux esse homini ad immortalitatẽ nullo pacto poterit quoniã caro impedit spiritũ quo minus deũ sequatur. Est eñi fra gilis & subiecta peccato. Peccatũ autẽ pabulũ mortis est. Itaq̧ iccirco mediator aduenit: id est deus in carne: ut ca ro eum sequi posset: & eriperet morti hominem: cuius ẽ dã natio in carnem: ideo carne se induit: ut desideriis carnis edo mitis doceret nõ necessitatis esse peccare: sed ꝓpositi ac uo luntatis. Vna enim nobis & magna & pręcipua cum carne luctatio est: cuius infinitę cupiditates premũt animã: nec dominũ retinere patiũt. sed etiã uoluptatibus & illecebris

ſuauibus mancipatam morte afficiũt ſempiterna. Quibus ut repugnare poſſemus: deus nobis uiam ſuperãdę carnis & aperuit & oſtendit. Quę uirtus perfecta & omnibus uĩculis abſoluta coronam uincentibus & mercedem expetẽdę nobis immortalitatis impartit.

¶ C.xxvi. De myſterio dominicę crucis: & uirtute & ſignificatione eorũ quę Chriſtus geſſit aut ptulit. Et q̃modo prefiguratus ſit ĩ imolatione agni legalis.

Dixi de humanitate & fragilitate & paſſione. cur hęc deus ſubire maluerit. nunc ipſius crucis ratio reddẽda eſt: & uis enarranda: quid ſummus pater a pricipio diſpoſuerit: & quemadmodũ cuncta quę geſta ſũt: ordinarit non tantum diuinatio Prophętarũ quę in Chriſtum uera preceſſit: ſed etiam ratio ipſius paſſionis docet. Quęcunq; enim paſſus eſt non fuerunt inania. ſed habuerunt figurã & ſignificantiam magnã. ſicut etiã diuina illa opera quę fęcit: quorum uis & poteſtas ualebant quidem in preſẽs: ſed declarabant aliud ĩ futurũ. Aperuit cęcorũ oculos uirtus cęleſtis. & lucẽ non uidentebus redidit. Et hoc facto ſignificauit fore: ut conuerſus ad gentes quę deum neſciebant: inſipientium pectora illuminaret luce ſapienti. & ad ueritatem contemplandam oculos cordis aperiret Vere enĩ cęci ſunt: qui cęleſtia non uidentes & tenebris ignorantię circũfuſi: terrena & fragilia uenerantur. Patefęcit aures ſurdorũ Non utiq; hactenus uis illa cęleſtis operata eſt: ſed declarabat breui fore: ut qui erant ueritatis expertes & audirent & intelligerent diuinas dei uoces. Vere enim ſurdos dixeris: qui cęleſtia & uera & facienda non audiunt. mutorum linguas in eloquium ſoluit. Admirabilis etiã cũ fieret potentia. ſed inerat huic uirtuti alia ſignificatio: quę oſtẽderet mox futurum: ut rerum cęleſtium nup ignari pcępta ſapientię diſciplina de deo diſſererent. Nã qui rationẽ diuinitatis ignorat: uere elinguis & mutus eſt. licet ſit omniũ diſertiſſimus. Lingua enim cum uerũ loqui cępit: id ẽ uirtutem maieſtatemq; dei ſingularis interpretari: tũ demum

officio naturę suę fungitur.q̄diu autē falsa loquitur:ī suo usu non est.& ideo infans sit necesse est:qui diuina proloqui non potest.Pedes quoq̄ claudorū ad officiū gradiendi reformauit.Laudabilis diuini operis fortitudo sed figura id continebat:quod cohibitis erroribus uitę seculaaris ac deuię:iter ueritatis aperiretur: per quod graderentē homines ad dei gratiā consequēdam.Is enim uere claudus existimandus est:qui caligine ac tenebris insipientię īplicatus & quo tendat ignarus:offensionibus & caducis gressibus per uiam mortis incedet.Item labes & maculas inquinatorum corporum repurgauit.Non exigua immortalis potentię opera:uerum id portendebat hęc uis q̄ peccatorum labibus ac uitiorum maculis inquinatos:doctrina eius purificatura esset eruditione iustitię leprosi atq̄ elephantici debent haberi:quos uel īfinitę cupiditates ad scelera uel insatiabiles uoluptates ad flagitia compellūt.& dedecorū maculis inustos labe afficiunt sempiterna.Iacētia mortuorum corpora erexit.eosq̄ nominibus propriis īclamatos a morte reuocauit.Quid congruentius deo? Quid miraculo dignius omniū seculorū q̄ decursam uitā resignasse.completisq̄ hominum tēporibus tēpora abiecisse perpetua arcana mortis reuelasse.Sed hęc inenarrabilis potestas imago uirtutis maioris fuit.quę demonstrabat tātam uim habituram esse doctrinam suā:ut gentes in orbe toto quę alienę adeo subiectę morti fuerunt.cognitione ueri luminis animatę ad immortalitatis pręmia peruenirent.Eos enim recte mortuos existimaueris:qui datorē uitę deū nescientes:acq̄ animas suas a cęlo in terrā deprimentes ī laqueos ęternę mortis incurrunt.Quę igitur cum faciebat in pñsens imagines erant futurorum:quę illęsis affectisq̄ corporibus adhibebat ea spiritaliū figuram gerebant:ut in presēti uirtutis nobis terrenę opera mōstraret:& in futurū potestatē suę cęlestis maiestatis ostenderet.Ergo sicut opera eius significantiā quoq̄ maioris potestatis habuerunt:ita etiā passio nō simplex nec superuacua nec fortuita p̄cessit.sed ut illa quę fęcit:magnā uirtutē ac potestatem doctrinę eius significabant: sic ea quę passus est: odio futuram esse

ſapientiam nunciabant· Aceti enī potus ac fellis cibus acer bitates & amaritudines in hac uita ſectatoribus ueritatis pollicebatur. Et q̄q̄ paſſio ipſa per ſe acerba & amara ſpe cimen nobis futurorum tormentorū dabat:quę moranti bus nobis in hoc ſęculo uirtus ipſa proponit: tamē illius modi cibus & potus in os doctoris noſtri ueniens:preſſu ram nobis laborum ac miſeriarum prębebat exemplum. Quę omnia tollerari ac perpeti neceſſe eſt eos: qui ueritatē ſequuntur:quoniā ueritas eſt acerba & inuiſa omnibus q ueritatis expertes uitā ſuam mortiferis uoluptatibus de dunt·Nā corona ſpinea capiti eius impoſita id declarabat fore: ut diuinā ſibi plebem de nocentibus congregaret: Co rona enim dicitur circūſtans in orbe populus.nos autem qui ante cognitionē dei fuimus iniuſti: ſpine id ē mali & nocentes eramus:ignorātes quid eſſet bonum: & a iuſtitię notione atq; operibus alieni:omnia ſcelere ac libidine pol luebamus.Electi ergo ex dumis ac ſentibus ſanctum dei caput cingimus:quia conuocati ab ipſo & circumfuſi un diq; ad eum magiſtro & doctori deo aſſiſtimus: Regemq; illum mundi & omnium uiuentiū dominū coronamus. Quod uero ad crucem ſpectat magna in ea uis ac ratio eſt quā nunc conabor oſtendere· Deus nāq; ſicut ſuperius ex poſui:cum ſtatuiſſet hominē liberare:magiſtrum uirtutis legauit ī terram:qui & pręceptis ſalutaribus formaret ho mines ad innocentiam:& operibus factiſq; prę ſētibus iuſ titię uiā panderet:qua gradiens homo & doctorē ſuū ſe quens:ad uitam ęternam perueniret. Licet igitur corpo ratus eſt & ueſte carnis indutus:ut homini ad quē docen dum uenerat:uirtutis & exempla & incitamenta pręberet Sed cum in omnibus uitę officiis iuſtitię ſpecimē prebuiſ ſet:ut doloris quoq; pacientiam mortis contemptū qui bus perfecta & cōſummata ſit uirtus:traderet homini: ue nit in manus impię nationis cum & uitare potuiſſet ſcien tia futuri quam gerebat:& repellerē eadem uirtute qua mi rabilia faciebat.Suſtinuit ergo cruciatus ac uerbera & ſpi nas.Poſtremo etiā mortē ſuſcipere nō recuſauit:ut homo illo duce ſubactā & cathenatā mortē cum ſuis erroribus

triumpharet. Cur autem summus pater id potissimum genus mortis eligeret: quo affici eum sineret: hęc ratio est. Dicat enim fortasse aliquis: cur si deus fuit: & mori necesse fuit: non saltem aliquo honesto mortis genere affectus est. Cur potissimũ cruce? Cur infame genere supplicii? quod etiã hodie libero quis nocenti uideatur indignum? Primũ quia is qui humilis aduenerat: ut humilibus & infirmis opem ferret: & in omnibus spem salutis ostenderet: eo genere afficiendus fuit: quo humiles & infirmi solẽt: ne quis esset omnino qui eum non posset imitari. Deinde ut integrum corpus eius seruaretur. quem die tertio resurgere oportebat. Nec hoc cuiq̃ ignorandum est. quod ipse ante de sua passione prędicans: etiam id notum fecerit habere se potestatem cum uellet: deponendi spiritum & resumendi. Suffixus itaque cum spiritum sponte deposuisset: necessarium carnifices non putauerunt: ossa eius suffringere sicut mos eorum ferebat: sed tãtummodo latus eius perforauerunt. sic integrum corpus patibulo detractum ẽ: & sepulchro diligenter inclusum. Quę omnia iccirco facta sunt: ne lęsũ atque diminutũ corpus ad resurgendũ inhabile redderetur. Illa quoque pręcipua fuit causa: cur deus crucẽ maluerit: quia illa exaltari eum fuit necesse: & omnibus gẽtibus passionẽ dei notescere. nam quoniã is qui patibulo suspenditur: & conspicuus est omnibus: & cęteris altior: crux potius electa ẽ quę significaret illum tam conspicuum tamque sublimem futurum: ut ad eum cognoscendum pariter & colendum cunctę nasciones ex omni orbe concurrerent. Denique nulla gens tam inhumana est: nulla regio tam remota: cui aut passio eius aut sublimitas maiestatis ignota sit. Extendit ergo in passione manus suas: orbemque dimensus est: ut iam tunc ostenderet ab ortu solis usque ad occasum: magnum populum ex omnibus linguis & tribubus congregatum sub alas suas eẽ uẽturũ: & signũ illud maximũ atque sublime frõtibus suis suscępturum. Cuius rei figuram Iudęi etiam nunc exhibent: cum limina sua de cruore agni notãt Deus enim percussurus Aegyptios ut ab ea plaga imunes



faceret Hebręos: pręceperat hiis: ut agnum candidum sine macula immolarent: ac signum liminibus suis de sangui ne eius imponerent. Itaq; cum Aegyptiorum primogenita una nocte interissent: Hebręi soli signo sāguinis tuti fuerūt non quia cruor pecudis tantam in se uim haberet: ut hominibus saluti esset: sed imago fuit rerum futurarū. Nam agnus candidus sine macula Christus fuit. id est innocens & iustus & sanctus. qui ab isdem Iudęis immolatus saluti est omnibus qui signis sanguinis id est crucis qua sangui nem fudit sua in fronte conscripserunt. Frons enim summum limen est hominis. & lignum sanguine delibutum crucis significatio est. Deniq; immolatio pecudis ab is ip sis qui faciunt: pascha nominatur απο του πασχειν. quia passionis est figura: quā deus pręscius futurorum tradidit per Moysen populo suo celebrandam. sed tamē figura ualuit in presenti ad depellendum periculū: ut appareat: quātum ueritas ipsa ualitura sit ad plebem dei protegēdā in extrema totius orbis necessitate. Quomodo autē uel in qua plaga tuti homines sint futuri: qui signum hoc ueri & diuini sanguinis in summo corporis sui notauerunt: in nouissimo libro docebo.

C. xxvii. De potētia signi crucis q̄ntę efficacie sit i uocatō ne ī nis crucifixi. & q̄ntū a dęmonis timeat̄ signū crucis

NVnc satis est de huius signi potentia quantum ualeat: exponere. quanto terrori sit dęmonibus hoc signū sciet: qui uiderit quatenus adiurati per Christum de corporibus quę obsederint: fugiant. Nam sicut ipse cum inter homines ageret: uniuersos dęmones uerbo fugabat: hominumq; mentes emotas & malis incursibus furiatas: in sensus pristinos reponebat: Ita nunc sectatores eosdē spiritus inquinatos de hominibus & nomine magistri sui & signo passionis excludunt. Cuius rei non difficilis est probatio. Nam cum diis suis immolant: si assistat aliquis signatam frontē gerens: sacra nullo modo litant.

Nec responsa potest consultus reddere uates.
Et hęc sępe causa pręcipua iustitiam persequēdi malis Regibus fuit. Cum enim quidā ministrorū nostri sacrificantibus dominis assisterēt: imposito frontibus signo: deos illorum fugauerunt: ne possent in uisceribus bestiarū futura depingere. Quod cū intelligerent aruspices instigantibus hisdem demonibus: quibus profecrarant conquerentes prophanos homines sacris interesse: adegerūt principes suos i furore: ut expugnarēt dei tēplū: seq; uero sacrilegio contaminarent. q; grauissimis persequentiū pęnis expiraretur. Nec tamen ex hoc ipso ceci homines intelligere possūt aut hanc esse ueram religionē: cui ad uincendum tanta uis inest: aut illam falsam: quę subsisti aut congredi non pōt. sed aiunt hoc deos non metu uerum odio facere: quasi qsq̄ possit odisse nisi eū: qui aut noceat: aut possit nocere. imo uero congruens maiestati fuit: ut eos quos oderant presētibus pęnis afficerent potius: q̄ fugerent. Sed quoniā neq; accedere ad eos possunt: in quibus cęlestem notam uiderint nec his nocere quos signū immortale munierit: tanq̄ inexpugnabilis murus lacessunt eos per homines & manibus persequuntur alienis: quos profecto si esse confitentur: uicimus. Necesse est enim hanc esse ueram religionem quę & rōnē demonū nouit & astutiā itelligit. & uim retundit. & eos spiritalibus armis domitos ac subactos cedere sibi cogit. Si negant: testimoniis poetarum ac philosophorū refellentur. Quod si esse & malos esse īficias eunt: quid supest nisi ut alios dicant esse deos alios dęmones? Exponant igitur nobis differentiam generis utriusq;: ut sciamus qd colendum quid execrandū sit. Habeant ne inter se aliquod cōsortium an uero inimici sint? Si sunt aliqua necessitudine copulati: quatenus eos discernemus? Aut quomodo utriusq; generis honorem cultumq; miscebimus? Si autem sūt inimici: aut dęmones deos nō timent: aut dii dęmones fugare non possunt: Ecce aliquis istinctu dęmonis percitus demērit. effert. isanit. ducamus istū i Iouis optimi maximi tēplū. uel q̄a sanarē hoīes Iuppiter nescit: i Aesculapii uel

Apollinis fanum iubeat utriuslibet sacerdos dei sui nomi ne: ut nocens ille spiritus excedat ex homine. nullo id pacto fieri potest. Quę igitur deorum uis est: si subiectos sibi dęmones non habent? At uero iidem dęmones adiurati p nomen ueri dei protinus fugiunt. Quę ratio est ut Christū timeant. Iouem autem non timeant: nisi q iidem sunt dęmones: q̊s uulgus deos eē opinatur. Deniq si constituat̄ i medio: & iis quē constat icursum dęmonis perpeti: & delphici Apollinis uates: eodem modo dei nomen horrebūt & tam sceleriter excedet de suo uate Apollo: q̄ ex homine spiritus ille dęmonicus. & adiurato fugatoq deo suo uates in perpetuum conticescet. Ergo iidem sunt dęmones quos fatentur execrādos esse: iidem dii quibus supplicāt. Si nobis credendum esse non putant: credant Homero: q summum illum Iouem dęmōibus aggregauit: sed et aliis Poętis ac Philosophis qui eosdem modo dęmonas modo deos nuncupant: quorū alterū uerū alterum falsum est. Illi enim nequissimi spiritus ubi adiurantur: ibi se dęmonas confitentur. ubi coluntur: ibi se deos mentiuntur: ut errores hominibus immittant: & auocent a uere dei notione: per quā solam potest mors ęterna uitari. Idem sunt qui deiiciendi hominis causa uarios sibi cultus peruersa religione condiderunt. mentitis tamen assūptisq nominibus ut fallerent. Nā quia diuinitatē per se ipsos affectare nō poterant: asciuerunt sibi nomina potētium Regum. sub quorum titulis honores sibi deorū uendicarēt. Qui error discuti potest: & i lucem ueritatis protrahi. Nā si quis studet altius inquirere: congreget eas quibus peritia est uere ab inferis animas. Euocent Iouem. Neptūnū. Vulcanū. Mercurium. Apollinem. patrēq omniū Saturnū. Respondebūt ab inferis omnes: & iterrogati loquentur: & de se & de deo fatebunt̄. Post hęc euocēt Christū: nō aderit. nō apparebit. quia nō amplius q̄ biduo apud inferos fuit. Quid hac probatione certius pferri pōt? Ego uero nō dubito: qn ad ueritatē Trimegistus hāc aliq̄ rōne puenerit: q de deo prę oīa & de filio locutus ē multa quę diuinis cōtinent̄ arcanis.

¶ Capitulum.xxviii.De uera & singulari religione & unde dicatur religio uel secūdum Ciceronē uel alios.

QUę cum ita se habeant:ut ostendimus:apparet nullā aliā spem uitę homini esse propositam: nisi ut abiectis uanitatibus & erroꝛ miserabili deum noscat:& deo seruiat:nisi huic temporali renuntiet uitę:ac se rudimentis iustitię ad cultū religionis instituat.Hac enim conditione gignimur:ut generati nos deo iusta & debita obsequia prebeamus.hunc solum nouerimus.hunc sequamur.Hoc uinculo pietatis obstricti deo & religati sumus:unde ipsa religio nomen accepit.non ut Cicero interpretatus est a relegendo:qui in libro de natura deorum secundo dicit ita Non enim philosophi solum:uerum etiā maiores nostri superstitionem a religione separauerūt. Nā qui totos dies precabantur:& immolabant:ut sui sibi filii superstites essent:superstitiosi sunt appellati. Qui autē oīa quę ad cultum deorum pertinerent:retractarent: & tanq̄ relegerent ii dicti sunt religiosi ex relegendo:tanq̄ ex eligendo & eligendo elegentes. & ex diligendo diligentes. & ex intelligendo intelligentes.His enim omnibus inest uis legēdi eadē quę in religioso ita factum est in superstitioso a religioso:alterum uitii nomē:alterū laudis.Hęc interpretatio q̄inepta sit ex re ipsa licet noscere.Nam si in iisdem diis colendis:& religio & superstitio uersatur:exigua uel potius nulla distātia est.Quid enim mihi affert causę:cur precari pro salute filiorum semel religiosi & idem decies facere superstitiosi esse hominis arbitretur.Si enim semel facere optimum est quāto magis sępius.Si hora prima:ergo & tota die.Si una hostia placabilis:placabiliores utique hostię plurimę. q̄a multiplicata obsequia demerentur potius q̄ offendunt. Non enim nobis odiosi uidentur ii famuli:qui assidui ac frequentes ad obsequium fuerint:sed magis cari. Cur igitur sit in culpa & nomen reprehensibile accipiat: qui aut filios suos magis diligit:aut deos satis honorat:Laudetur

autem qui minus. Quod argumētū etiā econtrario ualet. Si enim totos dies precari & immolare criminis est: ergo & semel. Si superstites filios subinde optare uitiosum ē: superstitiosus est igitur ille qui raro id optauerit. Aut cur uitii nomen sit ex eo tractum: quo nihil honestius: nihil iustius optari potest? Nam quod ait religiosos a relegēdo appellatos: qui retractent ea diligenter quę ad cultū deorū pertineant: cur illi qui hoc sępe in die faciunt: religiosorū nomen amittant. cū multo utiqꝫ diligentius ex assiduitate ipsa relegant ea quibus dii coluntur. Quid ergo est? Nimirum religio ueri cultus: superstitio falsi. Et omnino quid colas interest: aut quid preceris. Sed quia religiosos deorū cultores se putant: cum sint superstitiosi: nec religionem possunt a superstitione discernere: nec significantiā nominum exprimere. Diximus nomen religionis a uinculo pietatis esse deductū: ꝙ hominē sibi deus religauerit & pietate constrinxerit: quia nos seruire ei ut domino: & obsequi ut patri necesse est. Eo melius ergo id nomen Lucretius interpretatus est: qui ait religionū se nodos soluere. Superstitiosi autem uocanť: non qui filios superstites optant. Omnes enim optamus: sed aut ii qui superstitem memoriā defunctorū colunt: aut qui parentibus suis superstitibus colebant imagines eorū domi tanq̄ deos penates. Nam qui nouos sibi ritus assumebant: ut ī deorū uicē mortuos honorarent: quos ex hominibus in cęlū recęptos putabant: hos superstitiosos uocabant. Eos uero qui publicos & antiquos deos colerēt: religiosos noīnabant. Vnde Virgilius Vana superstitio ueterūqꝫ ignara deorū. Sed cum ueteres quoqꝫ deos inueniamus eodem modo cōsecratos esse post obitum: superstitiosi ergo qui multos ac falsos deos colūt Nos autem unum deum religiosi qui uni & uero deo supplicamus.

C.xxix. De unitate patris & filii. ut liqueat quomodo unius dei possunt esse cultores: qui duos colunt. Alterum patrem Alterum filium.

patremq̄ immortalem:filium mortalē.de quo superius dictum est.

Fortasse quęrat aliquis.quomodo cū deū unū nos colere dicamus.duos tamē asseueremus deū patrē & deum filium:quę asseueratio plerosq̄ in maximū īpegit errorem.Quibus cum probabilia uideantur esse quę dicimus in hoc uno laborare nos arbitranť. quod & alterū & mortalē deū fatemur. De mortalitate iā diximus. nūc de unitate doceamus.Cū dicimus deū patrē & deū filiū:non diuersum dicimus: nec utrūq̄ secernimus:quia nec pater sine filio esse potest:nec filius a patre secerni:siquidem nec pater sine filio nuncupari:nec filius potest sine patre generari. Cum igitur & pater filiū faciat:& filius patrē: una utriq̄ mens:unus spiritus:una substantia est:sed ille quasi exuberans fons ē:hic tanq̄ defluens ex eo riuus.ille tanq̄ sol:hic tanq̄ radius ex sole porrectus:qui quoniā summo patri & fidelis & carus est:nō separatur sicut nec riuus a fōte. nec radius a sole: quia & aqua fontis in riuo est: & solis lumen in radio:ęque neq̄ uox ab ore seiungi: nec uirtus aut manus a corpore diuelli potest.Cur igitur a prophętis idem manus dei & uirtus & sermo dicatur:utiq̄ nulla discretio est:quia & lingua sermonis ministra & manus in qua ē uirtus:indiuiduę sunt corporis portiones.Propiore exemplo uti libet:Cum quis habet filium quē unice diligit: qui tamē sit in domo & manu patris:licet ei nomē domini potestatemq̄ cōcedit:ciuili tamē iure & domus una & unus dominus nominatur.Sic hic mūdus una dei domus & filius & pater:qui unanimes incolunt mundū: deus unus: quia & unus est tanq̄ duo:& duo tanq̄ unus.Neq̄ id mirū cū & filius sit ī pře:qa pater diligit filiū: & pater ī filio:q uoluntati patris fideliter paret:nec unq̄ faciat: aut fecerit nisi quod pater aut uoluit aut iussit.Deniq̄ unū deū eē tā patrē q̄ filiū:Esaias ī exēplo quod supius posuimus:ostendit:cū diceret.Adorabūt te & pcabunť:qm ī te deus ē:& ñ est alius deus pręter te. Et alio loco similiter ait.Sic dicit

liber q̄rt⁹

dominus deus rex Israhel: & qui eruit eum deus eternus ego primus: & ego nouissimus: & preter me nemo est deus. Cū duas personas proposuisset: dei regis id est Christi: & dei patris qui eum post passionē ab inferis excitauit: sicut ostendisse diximus Oseam prophetam qui ait. Et de manu inferorum eruam eum. tamen ad utranq; personam referens intulit: & preter me non est deus: cum posset dicere preter nos. sed fas non erat plurali numero separationem tante necessitudinis fieri. Vnus est enim solus liber deus summus carens origine quia ipse est origo rerū. & ī eo simul & filius & omnia continentur. Qua propter cū mēs & uoluntas alterius in altro sit: uel potius in utroq; una: merito unus deus uterq; appellatur: quia quicquid ē ī patre ad filium transfluit: & quicquid in filio: a patre descendit. Non potest igitur ille summus ac singularis deus nisi per filium coli: qui solum patrem se colere putat: sicut filium non colit: ita ne patrem quidem colit. Qui autē filium suscipit: & nomen eius gerit: is uere cum filio simul & patrē colit. qm̄ legatus & nuntius & sacerdos summi patris est filius. Hic tēpli maximi ianua est. hic lucis uia. hic dux salutis. hic hostium uite.

C.xxx. De heresibus quas non modo prophete: sed etiā Christus & apostoli predixerunt emersuras esse uitandas. Et q̄ illa sola Ecclesia catholica est & uera: in qua est confessio & medicina peccatorū per penitentiam & fidei sacramenta.

SEd quoniam multe hereses extiterunt. & īstinctibus demonū populus dei scissus est: determinanda ē nobis breuiter ueritas: ac in suo ꝓprio domicilio collocāda ut siqs aquā uite cupit haurire: ñ ad detritos lacus deferat: q ñ habēt uenā: sed uberrimū dei fontē nouerit: q̄ irrigatus pemni luce potiat. Ante oīa scire nos cōuenit: & ipsum & legatos eius ꝑdixisseq; plurime secte & hereses haberent existere: que cōcordiā sācti corporis rūperēt. ac monuisse ut

ſũma prudentia caueremus: nequãdo ĩ laqueos & fraudes illius aduerſarii noſtri cum quo luctari deus nos uoluit: incideremus: tamen dediſſe certa mandata quę imperpetuum cuſtodire deberemus. Quorum pleriq; imitatores de ſerto itinere cęleſti uias ſibi deuias per amfractus & pręcipicia condiderũt: per quę partẽ plebis incautam & ſimplicem ad tenebras mortemq; deducerent. Quod quatenus accidat: exponam. Fuerũt quidã noſtrorum uel minus ſtabilita fide: uel minus docti: uel minus cauti: qui diſcidiũ facerent unitatis: & Eccleſiam diſſiparent. Sed ii quorum fides lubrica fuit: cum deum noſſe ſe & colere ſimularent augendis opibus: & honori ſtudentes affectabant maximũ ſacerdotium: & a potioribus uicti cadere ſe cum ſuffragatoribus ſuis maluerunt: q̃ eos facere prępoſitos: quibus cõcupierant ipſi ante pręponi. Quidã uero non ſatis cęleſtibus litteris eruditi: cum ueritatis accuſatoribus reſpõdere non poſſent: obiicientes uel impoſſibile uel incongruẽs eſſe: ut deus in uterum mulieris includeretur: nec cęleſtem illã maieſtatem ad tantam infirmitatẽ potuiſſe deduci: ut hominibus contẽptui: deriſui: contumelię: & ludibrio eſſent: Poſtremo etiam cruciamenta perferret: atq; execrabili patibulo figeretur. Quę omnia cum neq; ingenio nec doctrina defẽdere ac refutare poſſent: nec enim uim rationẽq; penitus peruidebant: deprauati ſunt ab itinere recto & cęleſtes litteras corruperunt: ut nouam ſibi doctrinam ſine ulla radice ac ſtabilitate componerent. Nonnulli autẽ falſorum Prophętarũ uaticinio illecti: de quibus & uere ꝓphętę & ipſe predixerant: exciderunt a doctrina dei & traditionem uerã reliquerũt. Sed illi omnes dęmonicis fraudibus irretiti: quas proſpicere & cauere debuerant: diuinũ nomen & cultum per imprudentiam perdiderunt. Cũ enĩ Phryges aut nouationi: aut Valentiniani: aut Martionitę aut Anthropiani: aut Ariani. ſeu quilibet alii nominantur Chriſtiani eſſe deſierunt ii qui Chriſti nomine amiſſo: humana & externa uocabula induerũt. Sola igiẽ Catholica Eccleſia eſt quę uerũ cultũ retinet. Hic ẽ fõs ueritatis. hoc

est domicilium fidei hoc templum dei: quo si quis non i-
trauerit: uel a quo si quis exierit: a spe uitę ac salutis alie
nus est. Neminem sibi oportet pertenaci cōcertatione blā
diri. Agitur enim de uia & salute: cui nisi caute & diligen
ter consulatur: amissa & extincta erit. Sed tamē quia singu
li quiqꝫ cętus hereticorum se potissimū Christianos & suā
esse Catholicam Ecclesiam putant: sciēdū est illam esse ue
ram: in qua est religio. confessio. & pęnitentia. quę peccata
& uulnera quibus est subiecta imbecillitas carnis salubri
ter curat. Hęc iterū paucis admonēdi grā retuli: neqꝫ erro-
rē fugere cupiens: maiori īplicetur errore: dum penetrale
ueritatis ignorat. Postea plenius & uerius contra oēs men
datiorum sectas proprio separatoqꝫ opere pugnabimus.
Sequitur ut quoniam satis de religione uera & sapientia lo
cuti sumus: in proximo libro de iustitia disseramus.

Lactantii Firmiani institutionum diuinarum aduersum gentes Liber Quintus. ¶ De Iustitia probemium.

Quod iniquum & impium est ante damnarē uel personam
uel causam q̄ de merito eius cognoscere. Et quare sapiētia
iungenda sit religioni. Et quare sapientia huius mundi lit
teras sacras contempserit. Et qꝫ eloquentia seruit seculo. &
plerūqꝫ ut amplius elucescat: De industria impugnat ueri
tatem quę fere semper idoneis assertoribus indiget. ¶ C. i.

NOn est apud me dubium Constantine Im
perator maxime: quin hoc opus nostrū
quo singularis ille rerum cōditor & hu
ius immensi operis rector asseritur: Si qs
attigerit ex istis inepte religiosis: ut sūt
nimia superstitione impatientes insectēt
etiam maledictis: ut uix lecto fortasse principio affligat:
proiiciat: execretur: seqꝫ inexpiabili scelerē contaminari atqꝫ
astringi putet: si hęc aut legat patienter aut audiat. Ab hoc
tamen si fieri potest humanitatis iure postulamus: ut non
prius damnet: q̄ uniuersa cognouerit. Nam si sacrilegis &

proditoribus & ueneficis potestas defendendi sui datur: nec prędamnari quenꝗ incognita causa licet: non iniuste petere uidemur: ut siquis erit ille qui inciderit ī hęc: si leget perlegat: si audiet: sententiam differat in extremū. sed noui hominū pertinatiā: nunꝗ impetrabimus. Timent enim ne a nobis reuicti manus dare aliquando clamante ipsa ueritate cogantur. Obstrepunt igitur: & intercedunt: ne audiāt & oculos suos opprimunt: ne lumen uideant: quod offerimus. Quo plane ipsi diffidentiam suę perditę rationis ostēdunt: cum neq cognoscere neq congredi audient: qa sciaunt se facile superari. Et iccirco disceptatione sublata: Pellitur e medio: sapientia. ui geritur res. ut ait Ennius & quia student damnare tanꝗ nocentes quos utiq sciunt īnocentes: constare de ipsa innocentia nolunt: quasi non maior iniquitas sit probatā innocentiam damnasse: ꝗ inauditā Sed ut dixi: uerentur: ne si audierint: damnare non possint Et ideo cultores dei sūmi hoc est iustos homines torquēt interficiunt: exterminant: nec causas odiorum ipsi reddere possunt: qui tam uehementer oderunt: quia ipsi errant: irascuntur iis qui uiam ueram sequuntur. & cū corrigere se possit: errores suos insuper crudelibus factis coaceruant: innocentiū cruoř maculanť: & dicatas deo mentes euisceratis corporibus detorquēt. cum talibus nunc cōgredi & disputare contendimus. Hos ad ueritatem ab īepta persuasione traducere: qui sanguinem facilius hauserint ꝗ uerba iustorū. Quid igitur? Operam ne perdemus? Minime. Nā si lucrari hos a morte ad quā concitatissime tendunt: non potuerimus: si ab illo ittinere de morte ad uitā lucemq reuocare: quoniā ipsi saluti suę repugnant: nostros tamē cōfirmabimus: quorū non est stabilis ac solidis radicibus fūdata & fixa sentētia. Nutant enim plurimi & maxime qui litterarum aliquid attigerunt. Nā & in hoc philosophi & oratores & Poetę pernitiosi sūt: ꝙ incautos animos facile irrętire possunt suauitate sermonis & carminū dulci modulatione currentium. Ob eamq causam uolui sapientiam cum religione coniungere: nequid studiosis illa ianis

doctrina poſſit officere: ut iam ſcientia litterarum nõ mo
do nihil noceat religioni atq̧ iuſtitię: ſed etiã proſit q̃plu
rimum: ſi is qui eas didicerit: ſit uirtutibus inſtructior &
ueritate ſapientior. Preterea etiã ſi nulli aliũ. nobis certe p̱
derit: delectabit ſe conſcientia: gaudebit mens ſe in uerita
tis luce uerſari: quod eſt animę pabulũ incredibili quadã
iucunditate perfuſum. Verum nõ eſt deſperandũ. fortaſſe
non canimus ſurdis. Nec enim tam in malo ſtatu res eſt:
ut deſint ſane mentes quibus & ueritas placeat: & monſtra
tum ſibi rectum iter & uideant & ſequantur. Circũlinatur
modo poculum cęleſtis ſapientię melle. ut poſſint ab ĩpru
dentibus amara remedia ſine offenſione potari: dum illici
ens prima dulcedo acerbitatẽ ſaporis aſperi ſub pretextu
ſuauitatis occultat. Nã hęc in primis cauſa eſt: cur apud
ſapientes & doctos & principes huius ſęculi ſcriptura ſãc
ta fide careat: q̧ Prophetę communi ac ſimplici ſermone
ut ad populũ ſunt locuti. Contemnuntur itaq̧ ab iis: qui
nihil audire uel legere niſi expolitũ ac diſertum uolunt.
nec quicq̃ herere animis eorũ poteſt: niſi q̧ aures blãdiori
ſono mulcent. Illa uero quę ſordida uidentur: anilia: ĩepta
uulgaria: exiſtimantur. Adeo nihil uerũ putant: niſi q̧ au
ditu ſuaue eſt. nihil credibile: niſi quod põt incutere uo-
luptatem. nemo rẽ ueritate ponderat. ſed ornatu. Nõ ergo
credunt diuinis: quia phuco carent. ſed ne illis quidẽ qui
eas interpretantur: quia ſunt & ipſi aut omnino rudes: aut
certe parum docti. Nam ut plene ſint eloquentes: perraro
contingit. cuius rei cauſa in aperto eſt. Eloquentia enim ſę
culo ſeruit. populo ſe iactare & in rebus malis placere geſ
tit. Siquidem ueritatem ſępius expugnare conatur: ut uim
ſuam mõſtret. opes expetit. honores cõcupiſcit. ſummum
deniq̧ gradum dignitatis expoſcit. Ergo hęc q̃ſi humilia
deſpicit. arcana tanq̃ cõtraria ſibi fugit. qppe quę publico
gaudeat. & multitudinem celebritatẽq̧ deſideret. Eo fit ut
ſapiẽtia & ueritas idoneiſ preconibus ĩdigeat. Et ſiqui for
te litteratorum ſe ad eam contulerunt: defenſioni eius nõ
ſuffęcerunt. Ex iis qui mihi noti ſunt: Minutius felix non

ignobilis īter causidicos loci fuit. huius liber cui octauio titulus est: declararat q̄ idoneus assertor esse potuisset: si se totū ad id studiū cōtulisset. Septimius quoq; Tertullianus fuit omni genere litterarū peritus: sed in eloquendo parū facilis & minus comptus: & multū obscurus fuit. Ergo ne hic quidem satis celebritatis īuenit. Vnus igitur pręcipuus & clarus extitit Cyprianus: qui magnā sibi gloriam ex artis oratorię professione quęsierat: & admodū multa conscripsit in suo genere miranda. Erat enim ingenio facili: copioso: suaui. & quę sermonis maxima ē uirtus: aperto ut discernere nequeas: utrū ne ornatior in loquendo an facilior in explicando: an potentior in persuadendo quisq̄ fuerit. Hic tn̄ placere ultra uerba sacramentū ignorātibus non potest: quoniā mystica sunt quę locutus est. & ad id pręparata ut solis fidelibus audiantur. Deniq; a doctis huius sęculi quibus forte scripta eius innotuerunt: derideri solet. Audiui ego quendā hominem disertum sane: qui eū īmutata una littera Copryanū uocaret quasi q eligans īgenium: & melioribus rebus aptū ad aniles fabulas contulisset. Quod si accidit hoc ei cuius eloquentia non insuauis est: quid tandem putemus accidere illis quorum sermo ieiunus est & ingratus: qui neq; uim persuadendi neq; subtilitatem argumentandi: neq; ullā prorsus acerbitatem ad reuincendū habere potuerūt.

C. ii. Quod ex defectu doctorū data est temerariis hominibus audatia īpugnādi ueritatē ignotā. & hoc ꝓbat exēplo duorū Philosophorū q̄s uiderat ī Bithynia.

Ergo quia defuerūt apud nostros idonei peritiq; doctores: qui uehementer qui acriter errores publicos redarguerent: qui causam omnē ueritatis ornate copioseq; defenderent: prouocauit quosdam hęc ipa penuria. ut auderent scribere cōtra ignotam sibi ueritatem. Omitto eos qui prioribus eam temporibus nequicq̄ lacessierunt. Ego

xi cuesti

cum in Bithynia litteras oratorias accitus docerem: contigissetq; eodem tempore ut dei templū euerteretur. duo extiterunt ibidem qui iacēti atq; abiectę ueritati nescio utrū superbius an importunius insultarent. quorum alter antistitem se philosophię profitebatur. uerum ita uitiosus: ut continentię magister non minus auaritia q̄ libidinibus arderet. in uictu tam sumptuosus: ut in schola uirtutis assertor: parsimonię paupertatisq; laudator: in palatio peius cęnaret q̄ domi. tñ uitia sua capillis & pallio: & quod maximum est uelamentum diuitiis prętegebat. quas ut augeret ad amicitias iudicū miro ambitu penetrabat. eosq; sibi repente autoritate falsi nominis obligabat: non modo ut eorum sententiā uenderet: uerū etiā ut confines suos quos ędibus agrisq; pellebat: a suo repetendo hac potentia retardabat. Hic uero qui suas disputationes moribus destruebat: uel mores suos disputationibus arguebat: ipse aduersus se grauis Censor & accusator acerrimus: eodem ipso tēpore quo iustus populus nefarie lacerabatur: tres libros euomuit contra religionem nomenq; Christianum. Professus ante omnia philosophi officium esse: erroribus hominū subuenire. atq; illos ad ueram uiam reuocare id est ad cultus deorū: quorū numine ac maiestate ut ille dicebat: mūdus gubernaretur. nec pati homines imperitos quorūdā fraudibus illici: ne simplicitatis eorū prędę ac pabulo sit hominibus astutis. Itaq; se suscepisse hoc munus Philosophia dignum: ut preferret non uidentibus lumē sapientię non modo ut susceptis deorū cultibus resanescāt: sed etiā ut pertinaci obstinatione deposita corporis cruciamenta deuitent. nec sęuas menbrorum lacerationes frustra perpeti uelint. Vt autem appareret cuius rei gratia opus illud elaborasset: effusus in Principum laudes: quorū pietas & prouidentia ut quidem ipse dicebat tum in cęteris rebus humanis: tum pręcipue in defendendis deorum religionibus claruisset. consultum esse tandem rebus: ut cohibita impia & anili superstitione: uniuersi homines legittimis sacris uacarent: ac propicios sibi deos experirētur. Vbi aūt

religionis eius contra quã perorabat infirmare uoluit rati onem:ineptus:uanus:ridiculus apparuit.quia grauis ille consultor utilitatis alienę: non modo quid oppugnaret: sed etiã quid loqueretur:nesciebat.Nam si qui nostrorum affuerunt:quãuis tẽporis gratia conticerent:animo tamen derisere.utpote cum uiderent hominẽ profitentem se illu minaturum alios:cum ipse cęcus esset.reducturum alios ab errore:cum ipse ignoraret:ubi pedes suos poneret. eru diturũ alios ad ueritatem:cuius ne scītillam quidem unã uidisset aliquãdo.quippe cũ sapientię professor profligarẽ sapientiam niteretur.Omnes tamẽ id arguebant quod illo potissimũ tempore id operis esset aggressus: quo furebat odiosa crudelitas.O Philosophũ adulatorẽ ac tempori ser uientem.Verũ hic pro sua inanitate contemptus est.qui & gratiam quã sperauit:non est adeptus.& gloria quam cap tauit:in culpam reprehensionemq̄ conuersa est. Alius ean dem materiã mordacius scripsit.qui erat tũc e numero iu dicum.& qui author in primis faciẽdę persecutionis fuit quo scelere non contentus:etiã scriptis eos quos afflixerat insecutus est compositum enĩ libellos duos non cõtra Chris tianos:ne inimice isectari uideretur: sed ad Christianos ut humane & benigne consulere putaretur.in quibus ita fal sitatem scripturę sacrę arguere conatus est: tanq̃ sibi esset tota contraria Nam quędã capita quę repugnare sibi uide bantur:exposuit.adeo multa:adeo intima enumerãs:ut ali quando ex eadem disciplina fuisse uideatur.Quod si fuit: quis eum Demosthenes poterit ab impietate defendere: q religionis cui fuerat assensus & fidei: cuius nomen indue rat:& sacrementi quod acceperat:proditor factus est. nisi forte casu in manus eius diuinę litterę inciderunt. Quę igitur temeritas erit id audere dissoluere:quod illi nemo iterpretatus est!bene q̄ aut nihil didicit:aut nihil itellexit Tantum enim abest a diuinis litteris repugnantia: quãtũ ille abfuit a ueritate & fide.precipue tamẽ Paulũ Petrũq̄ lacerauit. cęterosq̄ discipulos tanquã fallatię seminatores: quos eosdem tamen rudes & indoctos fuisse testatus est.

Nam quosdam eorum piscatorio officio quęstum fecisse quasi egre ferret ꝙ illam rem non Aristophanes aliqs aut Aristarchus cōmentatus sit.

¶ C.iii. Quod a discipulis Christi uoluntas mentiē di absfuit. qui uitam exercebant contrariā uitiis. Et quid respondendū fuit blasphemię eorū: qui Christum Magum fuisse mentiti sunt: & sibi ipis contraria docuerunt.

Absfuit ergo ab his fingendi uoluntas & astutia. quoniam rudes fuerunt. Aut quis possit indoctus apta inter se & cohęrentia fingere: cum Philosophorū doctissimi Plato & Aristoteles & Epicurus & Zenon ipsi sibi repugnantia & contraria dixerint. Hęc est enim mendatiorū natura: ut cohęrere non possint. Illorum autē traditio quia uera est: quadrat ubiqꝫ. ac tota sibi consentit: & ideo psuadet: quia constanti ratione suffulta est. Nō igit̄ quęstus & cōmodi gratia religionem istam cōmentati sunt. quippe qui & pręceptis & ipsa re eam uitam secuti sunt: quę & uoluptatibus caret: & omnia quę habentur in bonis spernit. & qui non tantum mortē pro fide subierint: sed etiā morituros esse se & scierint & prędixerint. & postea uniuersos qui eorum disciplinā secuti essent: acerba & nefanda passuros. Ipsum autē Christum affirmauit a Iudęis fugatū: collecta nongentorū hominū manu latrocinia fęcisse. Quis tantę authoritati audeat repugnare? Credamus hoc plane nam fortasse illi hoc in somniis Apollo aliquis nuntiauit Tot semper latrones perierunt & quottidie pereunt. utiqꝫ multos & ipse damnasti. Quis eorum post crucem suā nō dicam deus: sed homo appellatus est? Verū tu forsitan ex eo credidisti: quia uos homicidam Martem consecrastis ut deum. quod tamē non fecissetis: si illū Areopagitę i crucem sustulissent. Item cum facta eius mirabilia destrueret nec tamen negaret: uoluit ostendere Apollinem uel paria uel etiam maiora fęcisse. Mirum ꝙ Apolloniū ꝑtermisit:

cuius solent & multa & mira memorari. Cur igitur o deli rum caput: nemo Apollinem pro deo colit: nisi forte tu so lus: illo scilicet deo dignus cum quo te in sempiternũ ue rus deus puniet? Si magus Christus quia mirabilia fecit: peritior utiq Apollonius qui ut describis: cum Domitia nus eum punire uellet: repente in iuditio non comparuit: q̃ ille qui cõprehensus est & cruci affixus. At enim ex hoc ipso fortasse insolentiam ipsius uoluit arguere q deum se constitueret: ut ille uerecundior fuisse uideatur: qui cum maiora faceret: ut hic putat: tamen id sibi nõ arrogauerit. Omitto nunc ipsa opera cõparare. quia in secundo & ĩ supe riori libro de fraude ac prestigiis artis Magicę dixi. Nego esse quenq̃ q non optet in primis id sibi post mortẽ conti gere: quod etiã Reges maximi concupiscunt. Cur enim ho mines sibi sepulchra magnifica: cur statuas cur imagines comparant. cur aliquibus factis pręclaris: aut etiã morte pro ciuibus suscepta: student opiniones hominũ prome reri? Cur deniq ingenii tui monumentum hoc detestabili stultitia tanq̃ ceno ędificatũ constituere uoluisti: nisi q i mortalitatem de memoria nominis speras? Stultum est igi tur id putare Apollonium noluisse: quod optaret utiq si posset. quia nemo est qui immortalitatem recuset. & maxi me cum eum dicas & adoratũ esse a quibusdam sicut deũ & simulacrũ eius sub Herculis Alexiaci noĩe constitutũ ab Ephesiis etiã nunc honorari. non potuit ergo post mor tem deus credi: quia & hominẽ & Magum fuisse cõstabat & ideo alieni nominis titulo affectauit diuinitatem: quia suo nec poterat: nec audebat. Noster uero & poterat deus credi: quia Magus non fuit. & creditus est: quia uerus fuit Non inquit hoc dico iccirco Apolloniũ non haberi deũ: quia noluerit: sed ut appareat nos sapientiores esse qui mi rabilibus factis non statim fidem diuinitatis adiunximus q̃ uos qui ob exigua portenta deum credidistis. Non est mirũ: si tu qui a dei sapientia lõge remotus es nihil prsus intelligis eorum: quę legisti: cũ Iudęi qui a principio pro phetas lectitauerãt: qbusq sacramẽtũ dei fuerat obsignatũ

tamen quid legerent: ignorauerũt. Disce igitur siquid tibi cordis est: non iccirco a nobis deum creditum Christum quia mirabilia fecit: sed quia uidimus in eo facta esse oĩa: quę nobis annuntiata sunt uaticinio Prophetarũ. fecit mirabilia: Magum putassemus ut & uos nũcupatis: & Iudęi tunc putauerunt: si non illa facturum Christũ Prophetę omnes uno spiritu predicarent. Itaq deum credimus: nõ magis ex factis operibusq miraclis: q̃ ex illa ipa cruce quã uos sicut canes lambitis: quoniam simul & illa predicta ẽ. Non igitur suo testimonio. Cui enim de se dicẽti credi potest: sed Prophetarum testimonio: qui omnia quę fecit ac passus est multo ante cecinerunt. fidem diuinitatis accepit quod neq Apollonio neq Apuleio: neq cuiq̃ Magorum potuit: aut potest aliquando contingere. Cum igitur talia ignorantię suę deliramenta fudisset: cũ ueritatem penitus excidere connixus esset: ausus ẽ libros suos nefarios ac dei hostes φιλαληθεῖσ īd est ueritatis amatores annotare. O cęcum pectus: o mentem Cimmeriis ut aiunt tenebris atriorẽ. Discipulus hic fortasse Anaxagorę fuit: cui niues atramentum fuerunt. atq eadem cęcitas est & uero falsitatis & mendatio ueritatis nomen iponere. Videlicet homo sub dolus uoluit lupum sub ouis pelle cęlare: ut fallaci titulo posset irrętire lectorem. uerum esto inscicia hoc non malitia feceris. Quam tandem nobis attulisti ueritatem: nisi q assertor deorum eos ipsos ad ultimum perdidisti: Prosecutus enim summi dei laudes: quem Regem: quem maximũ quem opificem rerum: quem fontem bonorum: quem parentem omnium: quem factorem: altoremq uiuentium confessus es: ademisti Ioui tuo regnum. e umq summa potestate depulsum: ĩ ministrorum numerum redegisti. Epilogus itaq te tuus arguit stultitię: uanitatis: erroris. Affirmans deos esse & illos tamen subiicis & mancipas ei deo. cuius religionem conaris euertere.

C. iiii. Quare hoc opus inceptum sit: & contra quos. & ad quid prosit.

SI ergo de quibus dixi: cum presente me ac dolente sacrilegas suas litteras explicassēt: & illorum superba impietate stimulatus: & ueritatis ipsius conscientia: ut ego arbitror suscepi hoc munus. ut omnibus ingenii mei uiribus accusatores iustitię refutarem: non ut contra hos scriberem: qui paucis obteri poterant: sed ut omnes qui ubiq idem operis efficiunt: aut effecerunt: uno simul impetu ꝓfligarem. Nō dubito enim quin & alii plurimi: & multis in locis: & non modo grecis: sed etiam latinis litteris: monumentum iniustitię suę struxerunt. quibus singulis quoniam respondere non poteram: sic agendam mihi hāc causam putaui: ut etiam priores cum omnibus suis scriptis peruerterem. & futuris omnem facultatem scribendi aut respondendi amputarem prebeant modo aures: Efficiam profecto ut quicunq ista cognouerit: aut suscipiat: quod ante damnauit: aut quod est proximum: deridere aliquando desistat. Quanq̃ Tertulianus eandem causam plene perorauerit in eo libro cui apologetico nomen est: tamē quoniam aliud est accusantibus respōdere: quod ī defensione aut negatione sola positum est: aliud instituere: quod nos facimus. in quo necesse est doctrinę totius substantiā: contineri: non defugi hunc laborem: ut implerem materiam quā Cyprianus non exsecutus est: in ea oratione: qua Demetrianum sicut ipse ait oblatrantem atq obstrepentē ueritati redarguere conatur: qua materia non est usus: ut debuit Non enim scripturę testimoniis: quam ille utiq uanam: fictam: commentitiam putabat: sed argumentis & ratione fuerat refellendus. Nam cum ageret contra hominem ueritatis ignarum: dilatis paulisper diuinis lectionibus: formare hunc a principio tanq̃ rudem debuit. Eiq paulatim lucis principia mōstrare: ne toto lumine abiecto caligaret. Nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere uim non potest ob stomachi teneritudinem: sed liquore lactis ac mollitudine alitur: donec firmatis uiribus uesci fortioribus possit: ita & huic oportebat: quia nondum poterat capere diuina: prius humana testimonia offerri. i. Philosophorū

& historicorum: ut suis potissimum refutaretur authoribus. Quod quia ille non fecit: raptus eximia eruditione diuinarum litterarum: ut his solus contentus esset: quibus fides constat: accessi deo inspirāte ut ego facerem. & simul ut uiam ceteris ad imitandum pararem. At si hortatu nostro docti homines ac diserti huc se conferre ceperint: & ingenia sua uimq; dicendi i hoc ueritatis campo iactare maluerint: euanituras breui religiones falsas: & occasuram esse omnem philosophiam nemo dubitauerit: si fuerit omnibus persuasum tum hanc solam religionem: tum etiam & solam ueram esse sapientiam. Sed euagatus sum longius: q̄ uolebam.

C. v. De iustitia quā non modo philosophi: sed etiā poete qui eos precesserunt: tantis quesierunt uiribus. Et q̄ modo pro uero haberi debeat non figmento poetico: q; iustitia terras incolebat regnante Saturno. Et aurea fuisse secula. Sed Ioue regnante iustitiam esse fugatam.

Nunc reddenda est de iustitia proposita disputatio. que aut ipsa sola est uirtus: aut fons est ipsa uirtutis quā non modo philosophi quesierunt: sed Poete quoq; q priores multo fuerunt & ante philosophie nomen pro sapientibus habebantur. Hi plane intellexerunt abesse hanc re bus humanis: eamq; finxerunt offensam uitiis hominum cessisse e terra: in celumq; migrasse atq; ut docerent: qd sit iuste uiuere. Solent enim precepta p ambages dare a Saturni temporibus que illi uocant aurea: repetunt exempla iustitie. narrantq; in quo statu fuerit uita humana: dum illa ī terra moraretur. quod quidem non pro Poetica fictione: sed pro uero habendum est. Saturno enim regnante nōdū deorum cultibus institutis: necdum illa gente ad diuinitatis opinionem consecrata deus utiq; colebatur. & ideo non erant neq; dissentiones: neq; inimicitie: neq; bella:
Nondū uesanos rabies nudauerat enses: ut Germanicus cesar in Arateo loquitur carmine:

Nec consanguineis fuerat discordia nota. Imo nec alienigenis quidem. neq ulli omnino gladii qui nudarentur: fuerunt. Quis enim præsente ac uigente iustitia: aut de tute la sui cum nemo insidiaretur: aut de pernitię alterius cogitaret: cum nemo quicq concupisceret:
Malebant tenui cōtenti uiuere cultu. ut Cicero ī suo narrat quod ē proprium nostrę religionis.
Ne signare quidem aut partiri limite campū:
Fas erat: in medium Q uęrebāt. quippe cum deus communem omnibus terram dedisset: ut communē degerēt uitā. non ut rabida & furens auaritia sibi omnia uēdicaret. nec ulli deesset: quod omnibus nasceretur. Quod Poetę dictū sic accipi oportet: n on ut existimemus nihil omnino tūc fuisse priuati: sed more poetico figuratum: ut itelligamus tam liberales fuisse homines: ut natas sibi fruges non iclu derent nec soli absconditis incubarēt. sed pauperes ad cō munionem proprii laboris admitterent.
Flumina iam lactis: iam flumina nectaris ibant. Nec mirū cum promptuaria iustorum benigne paterent ominibus nec auaricia intercipiens beneficia diuina famem sitimq uulgo faceret: sed omnes ęqualiter abundarent. cum habē tes non habentibus large copioseq donarent. Sed postq̄ Saturnus a filio pulsus in latiumq delatus est.
Arma Iouis fugiens: & regnis exsul ademtis: Cum iā populus uel noui Regis metu: uel quia spōte deprauatus deum colere desisset: Regem q pro deo habere cępisset. cum ipse propemodum paricida exemplo cęteris esset: ad uiolandū pietatem.
Deseruit propere terras iustissima uirgo: Sed non ut ait Cicero.
Et Iouis in regno cęliq in parte resedit. Quomodo enim poterat in eius regnō residere: aut cōmorari: qui patrē regno expulit: bello psecutus ē exsulē toto orbe iactauit:
Ille malū uirus serpentibus addidit atris.
Prędariq lupos iussit. Id est odium & inuidiam & dolū hominibus inseruit: ut essent tanq̄ serpentes uenenati: tam

rapaces quam lupi. Quod quidem uere faciunt ii qui iustos ac fideles deo persequuntur: dantq; iudicibus seui endi aduersus innoxios potestatem. Fortasse aliquid eiusmodi Iuppiter fecerit ad expugnandam tollendamq; iustitiã & ideo efferasse serpentes ac lupos acuisse tradit.

Tum belli rabies & amor successit habendi: Neq; immerito. Sublata enim dei religione: boni quoq; ac mali scientiã prediderunt: sic hominibus intercidit cõmunitas uitę & direptum est fędus societatis humanę. Tum iter se manus inserere cęperunt. & insidiari & gloriam sibi ex humano sanguine comparare.

¶ C. vi. Quod cupiditas fons malorum omnium expulsa iustitia suas id est iniquissimas promulgauit lęges. & quomodo sub Ioue naturę consortes seruituti subiecerit audax: auara: ambitiosa: superba & crudelis impietas hominum. & aureum expulit sęculum: quod sola facit puritas uerę religionis.

Vorum omnium malorum fons cupiditas erat: quę scilicet ex contemptu uerę maiestatis erupit. non tãtum enim non participabant aliis ii quibus aliquid effluebat: sed aliena quoq; rapiebant in priuatum lucrum trahẽtes omnia. & quę antea ĩ usus hominum singuli laborabãt in paucorum domos cõferebant. ut enim cęteros seruitio subiugarent: in primis necessaria uitę subducere & colligere cęperunt. Eaq; firmiter conclusa seruare ut benefitia cęlestia facerent sua: non propter humanitatem: quę nulla in ipsis erat: sed ut omnia cupiditatis & auaritię instrumẽta contraherent. lęges etiam sibi iustitię nomine iniquissimas iniustissimasq; sanxerunt quibus rapinas & auaritiam suam contra uim multitudinis tuerentur. Tantum igitur authoritate quãtum uiribus aut operibus aut auaritia pręualebant. Et quoniam nullum in his iustitię uestigium fuit: cuius officia sunt humanitas: ęquitas: misericordia: iam superba & tumida inęqualitate gaudebant: altiores q; se cęteris hominibus satellitum comitatu & ferro & ĩ

signi ueste faciebant. Hinc honores si bi & purpuras & fa
ces inuenerunt: ut securum gladiorumq; terrore subnixi:
quasi iure dominorum perculsis ac pauentibus imperarēt
in hac conditione humanam uitam Rex ille constituit: q
debellato ac fugato parente non regnū sed impiam tyran
nidē ui & hominibus armatis occupauit. Et aureū illud
iustumq; sęculum sustulit: coegitq; homines malos & im
pios fieri: uel ex hoc ipso q ipsos auertit a deo ad se adorā
dum: quod terror insolentissimę potestatis expresserat.
Quis enim non metueret eum quem arma cingebant? quē
ferri & gladiorum fulgor insuetus circumdabat? Aut qui
parceret alieno: qui ne patri suo quidem pepercerat? Quē
uero metueret: qui Titanam robustam excellentemq; uiri
bus gentem bello uicerat? occisione deleuerat? Quid mirū
si omnis multitudo isolito metu pressa: in unius adulatio
nem concesserat? hunc uerebātur: huic honorem maximū
deferebant. Et quoniā mores ac uitia Regis imitari genus
obsequii iudicatur: Abiecerūt omnes pietatē: ne exprobra
re Regi scelus uiderentur: si pie uiuerent. Sic assidua imita
tione corrupti: diuinum fas reliquerunt. & paulatim male
uiuendi consuetudo mos factus est. Nec iam quicq ex an-
tecedentis sęculi pio atq; optimo statu mansit. sed explosa
iustitia ueritatem secum trahens reliquit hominibus erro
rem. ignorantiam. cęcitatem. Imprudentes igitur Poetę: q
eam ad cęlum confugisse cecinerūt: id est ad Iouis regnū
si enim sęculo quod uocant aureum. iustitia in terra fuit
a Ioue utiq; pulsa est: qui aureum sęculum commutauit.
Sęculi autem commutatio & expulsio iustitię nihil aliud
ut dixi: q desertio diuinę religionis putanda est. quę sola
efficit ut homo hominem carum habeat. Eumque sibi fra
ternitatis uinculo sciat esse constrictum. siquidem pater
idem & deus est omnibus: ut dei patris communis be-
neficia cum iis qui non habent: partiatur. nulli noceat:
nullum premat: non fores claudat hospiti: non aurem pre
canti. sed sit largus: beneficus: liberalis. quas Regias esse
laudes Tullius existimauit. Hęc ē profecto iustitia & hoc

aureum ſeculum:quod Ioue regnante primum corruptũ mox & ipſo & omni eius progenie conſecrata: deorumq; multorum cultu ſuſcepto fuerat omne ſublatũ.

¶Capitulum.vii.De aduentu Christi aureum ſeculum reſtituentis i elec tis.id eſt uerã reformatis religionẽ: Et quod uirtus innoteſcat:& pbatᷓ exercitio uitiorũ.ut liquidũ ſit q̃re deus mala eſſe pmiſerit.

SEd deus ut parens idulgentiſſimus:appropinquã te ultimo tempoꝛ nuntium miſit.qui uetus illud ſeculum fugatamq; iuſtitiam reduceret:ne humanũ genus maximis & perpetuis agitaretur erroribus. Rediit ergo ſpecies illius aurei temporis:& reddita quidem terrę: ſed aſſignata paucis iuſtitia eſt:quę nihil aliud eſt:quam dei unici ſola pia & religioſa cultura. Sed moueat fortaſſe aliquem:cur ſi hęc ſit iuſtitia:non omni humano generi ſit data:nec in eam multitudo uniuerſa conſenſerit: magnę hoc diſputationis eſt:cur a deo cum iuſtitiam terrę daret:non ſit retenta diuerſitas.quod & alio loco declaraui. & ubicunq; opportune inciderit explicabitur. Nũc deſignare id breuiſſime ſatis eſt:uirtutem aut cerni non poſſe: niſi habeat uitia contraria: aut non eſſe perfectam niſi exerceatur aduerſis Hanc enim deus bonorum & malorum uoluit eſſe diſtantiam:ut qualitatẽ boni ex malo ſciamus Item mali ex bono.nec alterius ratio intelligi ſublato altero poteſt. Deus ergo non excluſit malum:ut ratio uirtutis cõſtare poſſet. Quomodo enĩ patientia uĩ ſuã nomenq; retineret: ſi nihil eſſet: quod pati cogeremur? Quomodo laudẽ mereretur deuota deo ſuo fides: niſi eſſet aliqs q a deo uellet auertere? Nã & ideo potiores eſſe iiuſtos pmiſit: ut cogere ad malũ poſſẽt.iõ plures:ut uirtus eſſet pcioſa quod rara ẽ. Quod qdẽ ipm Quintilianus egregie ac breuiter oſtẽdit i capite obuoluto. Nam quę iqt uirtus eſſet

innocentia: nisi laudem raritas dedisset! Verum quia na tura sic comparatum est: ut odiū: cupiditas: ira: i id quod incubuerint: agant cęcos: supra hominē uidetur: culpa ua care. Alioquin si natura pares omnibus effectus dedisset: pietas nihil erat. hoc q̄ uerum sit: doceat necessitas ipsa rati onis. Si enim uirtus est malis ac uitiis fortiter repugnare: apparet sine malo ac uitio nullam esse uirtutem. q̄ deus ut absolutam perfectamq̧ redderet: retinuit id quod erat ei contrarium: cum quo depugnare posset. Agitata enim ma lis quatientibus stabilitatem capit. & quanto frequenter i s pellitur: tanto firmiter roboratur. Hęc nimirum causa effę cit. ut quamuis sit hominibus missa iustitia: tamen aureū sęculum non esse dicatur: quia malum non sustulit: ut re tineret diuersitatem: quę sacramentū diuinę religionis con tinet sola.

C. viii. Quare iustitia quę improbatio est: non uidea tur ab hominibus. Et q̄ homo dei templum est nō aurum uel lapides. Et q̄ deus uirtutibus colendus est non corruptibilibus donis. Et q̄ omnia mala ex eo proueniunt: q̄ plures dii coluntur: quia si unus solus uere coleretur: omnes iura fraternitatis agnos cerent: & exercerent.

Qui ergo putant iustum esse neminem: ante oculos ha bent iustitiam. sed eam nolunt cernere. Quid est enī quod illam uel in carminibus uel i omni sermone descri bant: conquerētes eius absentiam cum sit facillimū bonos esse: si uelint. Quid uobis inanem iustitiam depingitis: & optatis cadere de cęlo tanq̄ in aliquo simulacro figuratā? Ecce i cōspectu uro ē. suscipite si potestis: eāq̧ i domicilio uestri pectoris cōstituitę. Nec difficile nec alienū a tēpori bus existimetis. Estote ęq ac boni. & sequet̄ uos sua sponte iustitia: quā quęritis. Deponite omnē malā cogitationē de cordibus uris. & stati uobis illud tēpus aureū reuertetur quod aliter cōseq n̄ potestis: q̄ si uerū deū colere cęperitis

Vos autem manente cultu deorum:iustitiā desideratis in
terra:quod fieri nullo pacto potest:sed ne tū quidem po
tuit:cum putatis:quia nōdum natis dis istis quos impie
colitis:necesse est unius dei cultum fuisse per terram:eius
scilicet:qui execratur malitiam:exigitq; bonitatem.cuius
templum est:non lapides aut lutum:sed homo ipse qui fi
guram dei gestat.Quod templum non auro & gemmarū
donis corruptibilibus:sed ęternis uirtutum muneribus
ornatur.Discite igitur siquid uobis reliquę mentis est:ho
mines ideo malos & iniustos esse:quia dii coluntur. & iō
mala omnia rebus humanis quottidie ingrauescere:quia
deus huius mundi effector & gubernator derelictus est.
quia susceptę sunt contra q̄ fas & impię religiones.Postre
mo quia ne coli quidem uel a paucis deum sinitis. Quod
si solus deus coleretur:non essent dissensiones & bella:cū
scirent homines se unius dei filios esse:ideoq; diuinę neces
situdinis sacro & inuiolabili uinculo copulatis nullę fie
rent insidię:cum scirent cuiusmodi pęnas deus animarū
interfectoribus prępararet:qui clamdestina scelera & ipsas
etiam cogitationes peruidet:nō essent fraudes: neq; rapinę
si deo pręcipiente didicissent:& suo & paruo esse contēti:
ut fragilibus & caducis solida & ęttrna pręferrēt. Non es
sent adulteria:& mulierum prostitutiones: & stupra:si es
set notum omnibus dammari a deo. Quicquid appetitur
ultra generandi cupiditatem.Nec fęminam necessitas co
geret pudorem suum profanare.ut uictum sibi obscęnissi
mū quęrat:cum & mares libidinem contemnerēt: & habē
tium pia & religiosa collatio:non habentibus subueniret.
Non essēt igiť ut dixi:hęc omnia ī terris mala:si ab homi
nibus ī legē dei coniurareť.si ab uniuersis fierēt:quę unus
noster populus operatur.q̄ beatus esset:quāq; aureus hu
manarū rerū status si per totū orbē mansuerudo & pietas
& pax:& innocentia:& ęquitas: & temperātia:& fides:mo
raretur.Deniq; ad regendos homines:nō opus esset tā mul
tis & tā uariis lęgibus:cū ad pfectā innocentiā dei lex una
sufficeret.neq; carceribus:neq; gladiis prędidū:neq; terroř

pęnarum:cũ pręceptorũ cęlestiũ salubritas humanis pectoribus infusa:ultro ad iustitię opera homines erudiret. Nunc autem mali homines sunt ignorantię recti ac boni: quod quidem Cicero uidit. Disputans enim de legibus:si cut una inquit eademq; natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohęret.ac nititur: sic omnes homines inter se natura confusi prauitate dissentiunt: nec se intelligunt consanguineos & subiectos omnes sub unã eandemq; tutelam:quod si teneretur:deorum profecto uita homines uiuerent: Vniuersa igitur mala quibus humanũ genus seipsum inuicem conficit: iniustus atq; impius deorum cultus induxit. Nec enim poterant retinere pietatem:qui communẽ omniũ patrem deum tanq̃ prodigi ac rebelles liberi abnegassent.

C.ix. Quod iniqui iustitiam quã sibi abesse sẽtiunt:omnibus abesse putant. & in eos qui iustiores & innocentissimi sunt:atrocius sęuiunt id est in seruos Christi: mẽsuram patrũ implẽtes:qui caput omnium iustorum Christũ occiderunt.eo q; dissimilitudo uitę criminosę sitiat sanguinem innocentium.

Non nunq̃ tamen sentiunt se malos esse: & ueterũ sęculorum statum laudant: & de moribus suis meritisq; coniectant abesse iustitiam.quam obuersantem oculis suis non tantum non suscipiunt:nec agnoscunt:uerum etiam uiolenter oderunt: & prosequuntur: & exterminare contẽdunt.fingamus hanc iterum non esse iustitiam:quam nos sequimur:quomodo si illa uenerit:quã ueram putant:eam recipiẽt: q laniant & occidũt eos:quos & ipsi fatenẽ imitatores eẽ iustorũ.qa bona operenẽ & iusta: cũ si tãtũmõ malos occiderẽt:digni essẽt:ad q̃s iustitia ñ ueniret:cui nulla fuit alia cã liquẽdi terrã:q̃ humani cruoris effusio q̃ntomagis cũ pios iterficiãt: & ipos iustitię sectatores ꝓ hostibus ducãt:imo uero plusq̃ ꝓ hostibus:qbus utiq; cũ aiãs eorũ

& opes & liberos ferro & igni appetant: tamē parcit̄ uictis & est locus inter arma clemētię. Aut si adeo sęuiri placuit nihil plus in eos fit: q̄ ut occidantur: uel in seruitutem adducātur. Hoc uero ī enarrabile est: quod fit aduersus eos qui malefacere nesciunt. Et nulli nocentiores habentur: q̄ qui sunt ex omnibus innocentes. Audent igitur homines improbissimi iustitię facere mentionem: qui feras immanitate uincunt: qui placidissimū dei gregem uastāt: ceu lupi rapaces atra in nebula: quos improba uentris exegit cęcos rabies. Verum hos non uentris sed cordis rabies efferauit: Nec atra in nebula: sed aperta prędatione crassant̄: nec eos unq̄ consciētia scelerum reuocat: ne sanctum ac pium nomen iustitię ore illo uiolent: qui cruore innocentium tanq̄ rictus bestiarum madent. Huius tanti & tā pertinacis odii quā potissimū causam esse dicamus: utrum ne ueritas odium parit: ut ait poeta: quasi diuino spiritu instinctus. An erubescunt coram iustis & bonis esse nequam: an potius utrunq̄. Nam & ueritas ideo semper inuisa est: q̄ is qui peccat: uult habere liberum peccandi locum. nec aliter se putat malefactorem uoluptate securius perfrui posse: q̄si nemo sit cui delicta non placeant. Ergo tanq̄ scelerum & malitię suę testes: extirpare funditus nituntur & tollere: grauesq̄ sibi putant: tanq̄ uita eorum coarguatur. Cur.n. sint aliqui intempestiue boni qui corruptis moribus publicis: conuitiū beneuiuēdo faciāt: cur nō oēs sint ęque mali: rapaces: impudici: adulteri: periuri: cupidi: fraudulēti: quin potius auferantur. q̄bus corā male uiuere pudet: qui peccantiū fontē etsi non uerbis q̄a tacent: tamen ipso uitę genere dissimili feriunt: & uerberant. Castigare enim uidetur: quicq̄ dissentit. Nec est magnopere mirādū si aduersus homines ista fiūt: cū aduersus ipsū deum propter eandem causam insurrexerit etiam populus in spe cōstitutus: nec dei nescius. sequiturq̄ iustos eadē necessitas: que ipsū iustitię uiolauit auctorē. Vexant ergo & exq̄sitis pęnarū generibus excruciāt: parūq̄ habēt interficere quos oderūt. nisi etiā crudelitas corporibus illudat. siq̄ aūt doloris

uel mortis metu: uel suapte perfidia cęleste sacramentum deseruerint & ad funesta sacrificia cõsenserint: eos laudãt: & honoribus mactant: ut eorum exemplo ceteros illiceãt: Qui autem magni existimauerint fidem: cultoresq; se dei non abnegauerint in eos uero totis carnificine suę uiribus ueluti sanguinem sitiant: incumbunt: & desperatos uocãt quia corpori suo minime parcunt: quasi quicq̃ desperatius esse possit q̃ torquere ac dilaniare eum quem scias innocentem. Adeo uero nec pudor ullus apud eos superest: a quibus abest omnis humanitas: & detorquent in homines iustos côtraria sibi cõgruẽtia. ipsos enĩ uocant: ipsi scilicet impii: & ab humano sanguine abhorrentes: cum si & actus suos considerent: & illorum quos tanquã impios dãnant: iam intelligant: q̃ mẽdaces sint: & his omnibus quę aduersus bonos aut dicunt: aut faciunt digniores. Non enim de nostro sed de illorũ numero semper existunt: qui uias obsideant armati: maria prędentur: uel si palã grassari nõ licuit: uenena clam temperent: qui uxores necẽt: ut dotes earũ lucrentur: aut maritos ut adulteris nubant. qui natos ex se pueros aut strangulent: aut si nimiũ pii fuerint: exponãt qui libidines incęstas nec a filia nec a sorore: nec a matre: nec a sacerdote contineant: q aduersus ciues suos patriãq; coniurent: qui neq; culleum timeant: qui deniq; sacrilegia cõmittant & deorũ quos colunt: templa dispolient. & ut quę leuia sunt: atq; inusitata dicamus: qui hereditates captent: testamenta supponant: iustos heredes uel auferãt: uel excludant: qui corpora sua libidinibus prostituant: q deniq; immemores quod nati sunt: cum fęminis patiẽtia certẽt. qui sanctissimã quoq; corporis ui partem contra fas omne polluant: & prophanent: qui uirilia sua ferro metãt. & quod est sceleratius: ut sint religionis antistites qui nec uitę qdẽ suę parcãt: sed extinguẽdas publice aĩas uendãt. q si iudices sedeãt: aut imeritos pdãt mercede corrupti: aut noxios ĩpune dimittãt: q cęlũ q̃q; ipsũ ueneficiis appetant tanq̃ eorũ malitiã terra nõ capiat. Hęc inq̃ & his plura scelera utiq; ab his fiunt: q deos colũt. Quis iter hęc tot & tãta

iustitię locus est: Et ego de multis pauca collegi. non ut arguerem: sed ut ostenderem. Qui uolent scire omnia: Senecę libros in manu sumāt: qui morum uitiorumq́ꝫ publicorum & descriptor uerissimus: & accusator acerrimus fuit Sed & Lucillius tenebrosam istā uitam circūscripte breuiterq́ꝫ depinxit: his uersibus.
Nunc uero a mane ad noctē festo atq́ꝫ ꝑfecto.
Totus idem pariterq́ꝫ dies populusq́ꝫ patresq́ꝫ
Iactare: inde foro se omnes: decedere nusq̄.
Vni sese atq́ꝫ eidem studio oēs dedere: & arti.
Verba dare ut caute possint pugnare dolose.
Blanditia certare bonū simulare uirū se.
Insidias facere: ut si hostes sint omnibus oēs. Nostro autē populo quid horū potest obici cuius omnis religio ē sine scelere ac sine macula uiuere. Cū igitur uideant se ac suos ea quę diximus: gerere: nostros autē nihil aliud operari nisi ęquum & bonū: poterant si quid saperent: ex hoc itelligere: & illos qui bonum faciunt: pios esse: & se impios q nefanda cōmittunt. Neq́ꝫ enim fieri pōt: ut qui ī omnibus uitę suę actibus non errant: in ipsa summa errent. Hoc est in religione quę rerū omniū caput est. Impietas enim suscepta in eo quod est summū bonū: per cętera uniuersa frequentatur: eoq́ꝫ fieri non pōt: ut ipsi qui errant in omni uita: non & in religione fallantur. quoniā pietas i sūmo regulam tenens: tenorem suū seruat & i cęteris. Ita fit in utraq́ꝫ parti de conditōe rerū quę geruntur: qualis sit sūma ipsa noscatur.

C. x. De impia iniquorū qui deū nesciunt: pietate. Et qd & ubi sit uera pietas. quā deorū cultores assequi nequeunt ꝑpter subiectas causas.

Operę preciū est cognoscere illorū impietatē: ut ex his quę cleměter ac pię faciūt: possit itelligi q̄lia sit: quę ab his contra iura pietatis geruntur. At ne quem uidear inclementer incessere. Aliquam mihi personam poeticam

ſumam: quę ſit uel maximum pietatis exemplum. Apud maronem Rex ille.
Quo iuſtior alter
Nec pietate fuit: nec bello maior & armis. Qui nobis documenta iuſtitię ꝓtulit.
Vinxerat & poſt terga manus quos mitteret umbris
In fenas ceſo: ſparſuros ſanguine flammas. Quid poteſt eſſe hac pietate clementius: q̄ mortuis humanas uictimas imolare: & ignem cruore hominum tanq̄ oleo paſcere? Sed fortaſſe hoc non ipſius uitium fuerit: ſed Poetę. qui iſigné pietatem uiri inſigni ſcelere fędauit.
Ecce pius Aeneas.
Sulmone creatos
Quatuor hic iuuenes totidem quos educat ephbeus
Viuētes rapit inferias: quos imolet umbris
Captiuoq; rogi: perfundat ſāguine flammas. Cur ergo dicebat eodem ipſo tempore quo uinctos ipſos homines ad imolationem mittebat. Equidem & uiuos concedere uellé cum quos uiuos habebat i poteſtate; uice pecudū iuberet occidi? Sed hęc ut dixi: culpa non illius fuit: q litteras fortaſſe n̄ didicerat: ſed tua qui cum eſſes eruditus: ignoraſti tamen: quid eſſet pietaſ. & illud ipſū quod nepharie: quod deteſtabiliter fęcit: pietatis eſſe officium credidiſti. uidelicet ob hoc unum piuſ uocatur: quia patrem dilexit. Quid quod bonus Aeneas haud aſpernanda precantes trucidauit? adiuratus enim per eundem patrem: & ſpem ſurgentis Iuli: nequaq̄ pepercit furiis accēſus & ira. Quiſq̄ ne igit̄ putet hūc aliqd uirtutiſ habuiſſe: q & furore tāq̄ ſtipula exarſent: & manū patriſ p quē rogabat̄ oblitus: iram frenare non quierit? Nullo igitur modo pius: qui non tantum nó repugnantes ſed etiam precantes interemit. Dicet hic aliqs quę igitur aut ubi aut qualis eſt pietas? Nimirum apud eos qui bella neſciunt. qui concordiam cum omni ui ſeruant: qui amici ſunt etiā inimicis. qui omnes homines pro fratribus diligunt. qui cohibere iram ſciunt. omnēq; animi furorem tranquilla moderatione lenire. Quanta igitur

caligo: q̃nta tenebrarum & errorū nubes hominū pectora obduxit: qui cum se maxime pios putant: tā maxime sūt impii. Quāto enim religiosius terrenis istis simulacris se uiunt. tāto magis scelerati aduersum nomē diuinitatis ue re existunt. Itaq; ꝓ merito impietatis suę grauioribus ma lis sępe uexant̃. quorū causā quia nesciunt: fortunę culpa oīs ascribitur. & locū inuenit Epicuri philosophia nihil ad deos pertinere censentis. nec gratia eos tāgi: nec ira mo ueri: quia & conteptores eorū sępe uideant bonos. & culto res sępe miseros. Quod eo fit: quia cū religiosi uideantur & natura boni. nihil tale creduntur mereri quale sępe pa ciuntur. Consolantur se tamē accusātione fortunę. nec con sentiunt: quod si esset ulla: cultoribus suis nunq̃ noceret. Merito igitur huiusmodi pietatem pęna consequit̃. & offē sa diuinitatis scelere hominū prauę religiosorū: graui eos infortunio mactat. Qui licet sanctis moribus uiuant in sū ma fide atq; innocentia. tamē quia deos colunt: quorū ri tus impios ac ꝓphanos deus uerus odio habet: a iustitia & a numine ueręe pietatis alieni sunt. Nec est difficile doce re: cur deorū cultores boni & iusti esse non possint. Quo modo enim sanguine abstinebunt: qui colunt cruentos deos Martem atq; Bellonā: Quomodo aut parentibus pa cent: qui expulsorem patris sui Iouē: aut natis ex se isanti bus: qui colunt Saturnū: Quomodo puditiā tuebuntur qui colunt deā nudam & adulteram: & quasi apud deos ꝓ stitutā: Quomodo se a rapinis & fraudibus abstinebūt: q Mercurii furta nouerunt: docentis non fraudis esse deci pere sed astutię: Quomodo libidines coercebūt: qui Iouē: Herculē: Liberū: Apollinē: ceterosq; uenerant̃: quorū adul teria & stupra in mares & fęminas nō tm̄ doctis nota sunt sed expmunt̃ etiā ī theatris atq; cātant̃: ut sint oībus notio ra: Possūt ne iter hęc iusti esse homines. qui etiā si natura sint boni: ab ipsis tn̄ diis erudiantur ad iniustitiā: Ad pla candū. n. deū quē colas: his rebus opus ē: qbus illū gaudeē ac delectari scias. Sic fit: ut uitā colētiū deus ꝓ q̃litate noī nis sui formet. qm̄ religiosissimus ē cultus imitari.

¶C.xi.Quod persecutores Christianorū non modo besti
tię fuerint:sed ipsis bestiis brutiores & truciores. Qui
bus & quare tormentis martires afficiant

His igitur hominibus qui deorū suorum moribus
congruunt:quia grauis est & acerba iustitia: eandem
impietatem suam q̄ in cęteris rebus utuntur:aduersus ius
tos uiolenter exercent. Nec īmerito a Prophętis bestie no=
minantur. Pręclare itaq. M. Tullius Eteni si nemo ē īquit
qui non mori malit: q̄ conuerti in aliq̄ figurā bestię q̄uis
mentem hominis habiturus:quāto est miserius ī hominis
figura animo esse efferato! Mihi quidē tanto uidetur: quā
to est pręstabilior animus corpore. Aspernantur itaq cor
pora beluarum quibus sunt ipsi brutiores. sibiq adeo pla
cent:q homines sint nati:quorum nihil nisi liniamenta &
summā figuram gerūt. Nam quis Caucasus:quę India quę
Hyrcania tam immanes tam sāguinarias bestias unq̄ aluit
Quoniam ferarum omniū rabies usq ad uentris satietatē
furit. fameq sedata conquiescit. Illa est uera bestia: cuius
una iussione fūditur ater ubiq cruor. Crudelis ubiq luc
tus ubiq pauor:& plurima mortis imago. Nemo huius
tantę belue immanitatem potest pro merito describerē. quę
uno loco recubans:tamen per totū orbem dētibus ferreis
sęuit. & non tantum arctus hominū dissipat:sed & ossa ip
sa comminuit. & in cineres fundit. ne quis extet sepulturę
locus. quasi uero id affectent:qui deum confitentur:ut ad
eorum sepulchra ueniatur. ac non ut ipi ad deū perueniāt
Quę nam illa feritas:quę rabies:quę īsania est. lucem uiuis
terram mortuis denegasse! Dico igitur nihil esse miserius
his hominibus quos ministros furoris alieni:quos satelli
tes impię iussionis:necessitas aut inuenit:aut fęcit. Non. n.
honor ille aut ꝓuectio dignitatis fuit:sed hominis damna
tio ad carnificinā:dei uero ad pęnā sempiternā. Quę autē
p totū orbē singuli gesserit:enarrare īpossibile ē. Quis enī
uoluminū numerus capiet tā īfinita tā uaria genera crudę
litatis! Accepta. n. potestate: ꝓ suis moribus qsq sęuit. Alii

prę nimia timiditate plus ausi sunt: q̃ iubebãtur. Alii suo proprio aduersum iustos odio quidam naturali mẽtis se ritate. nõnulli ut placerẽt: & hoc officio uiã sibi ad altiora munirent. alii ad occidendum pręcipites extiterunt. sicut unus in Phrygia qui uniuersum populum cum ipso pa riter conuenticulo concremauit. sed hic quanto sęuior tã to clemẽtior inuenitur. Illud uero pessimũ genus est. cui clementię species falsa blanditur. ille sęuior ille grauior ẽ carnifex: qui neminem statuit occidere. Itaq3 dici nõ põt: huiusmodi iudices quanta & q̃ grauia tormentorũ gene ra cogitauerint: ut ad effectum propositi sui peruenirent. Hęc autem non tantũ ideo faciunt: ut gloriari possint: nul lum se innocentiũ peremisse. Nam & ipse audiui aliquos gloriantes: quia administratio sua in hac parte fuerit icru enta sed inuidię causa: ne aut ipsi uincantur: aut illi uirtu tis suę gloriam consequantur. Itaq3 in cogitandis pęna rum generibus: nihil aliud q̃ uictoriam excogitat. Sciunt enĩ certamen illud esse & pugnã. Vidi ego ĩ Bithynia Pręsidem gaudio mirabiliter elatum: tanq̃ Barbarorũ gentẽ aliquã subęgisset: q3 unus qui per biennium magna uirtu te restiterat: postremo cedere uisus est. Contendunt igitur ut uincant & exquisitos dolores corporibus immittunt: & nihil aliud euitant: q̃ ut ne toti moriantur. Quasi uero mors tantũ nec beatos faciat. ac etiã nõ tormenta quãto fuerint grauiora: tanto maiorem uirtutis gloriã pariant. Illi autẽ pertinaci stultitia iubent curam tortis diligẽter adhiberi: ut ad alios cruciatus membra renouentur. & pa retur nouus sanguis ad pęnã. Quid tã piũ tam beneficum tam humanũ fieri põt? Nõ curassent tã sollicite quos ama rent. Hęc est deorũ disciplina. Ad hęc opera cultores suos erudiunt. hęc sacra desiderant. Quin etiã scelaratissimi ho micidę cõtra pios ĩpia iura condiderunt. Nã & constituti ones sacrilegę & disputatõnes iurisperitorũ leguntr iniustę Domitius de offitio ꝓcõsulis libro septimo Rescripta pn cipum nefaria collęgit. ut doceret eos qui se cultores dei confiterentur.

Capit.xii. Quomõ ipſi carnificibus grati facti ſunt qui diligũt inimicos. Et ꝙ expetibilius eſt eſſe bonũ & malum putari:ꝗ̃ malum eſſe:& uideri bonũ.

QVid iis facias:qui ius uocant carnificinas ueterum Tyrannorũ! aduerſus innocentes rabide ſęuientiũ. & cum ſint iniuſtitię crudelitatiſq; doctores : iuſtos eſſe ſe tamen ac prudentes uideri uolũt. cęci & hebetes ac rerũ & ueritatis ignari! Adeo ne apud uos perit innocentia:ut ne morte quidem ſimplici dignã iudicetis. ſed ſupra oĩa facinora habeatᷓ nullum facinus admittere:pectuſq; purũ ab omni ſceleris contagione preſtare! Et qm̃ cõmuniter cũ deorũ cultoribus loquimur : liceat ꝑ nos benefacere uobiſcum. Hęc eſt enim lex noſtra hoc opus: hęc religio. ſi uobis ſapientes uidemur:imitamini. ſi ſtulti contẽnite: aut etiã ridete:ſi libet. Vobis enim ſtultitia nr̃a prodeſt. quid latratis? quid affligitis! Non inuidemus ſapientię ueſtrę. Hanc ſtultitiã maluimus hanc amplectimur. Hoc nobis credimus expedire:ut uos diligamus. & ĩ uos ipſos qui odiſtis omnia conferamus. Eſt apud Ciceronem non abhorrens a uero locus in ea diſputatione quę habetur a Furio contra iuſtitiã. Quęro inquit: ſi duo ſint quorum alter optimus uir ęquiſſimus: ſumma iuſtitia : ſingulari fide : alter inſignis ſcelere & audacia : & ſi in eo ſit errore ciuitas:ut bonũ illũ uirum ſceleratũ facinoroſum putet contra autẽ qui ſit improbiſſimus exiſtimet eſſe ſumma probitate ac fide : proq; hac opiniõe omniũ ciuiũ bonus ille uir uexetur:rapiatᷓ:manus ei deniq; auferantᷓ. effodiantᷓ oculi. damnetur: uinciatᷓ: uratᷓ:extermineᷓ:egeat. poſtremo iure etiã optimo omnibus miſerrimus eſſe uideatᷓ. Contra autem ille improbus: laudeᷓ: colatᷓ: ab omnibus diligatᷓ. Omnes ad eum honores:omnia imperia:omnes opes : oẽs deniq; copię conferantur: Vir deniq; optimus omnium ęſtimatione & digniſſimus omni fortuna iudiceᷓ. Quis tandem erit tam demens qui dubitet utrum ſe eſſe malit! Profecto quaſi diuinaret quę nobis mala & quõ euentura eſſent propter iuſtitiã. Hoc poſuit exemplum. Hęc enim

populus noster patitur omnia· errantiū prauitate· Ecce ī eo ē errore ciuitas uel potius orbis ipse totus: ut bonos & iustos uiros tāq̄ malos & impios persequatᷣ excruciet: damnet: occidat. Nam q̄ ait neminem esse tam demētem: qui dubitet utrum se esse malit. Ille quidē ut is qui cōtra iustitiam differebat hoc sensit. male sapientem malū esse cum bona ęstimatione: q̄ bonū cum mala. A nobis autem absit hęc amentia ut falsum uero anteponamus. An boni nostri qualitas ex populi potius pendebit erroribus: q̄ ex conscientia nostra & iudicio dei? Aut aliqua nos felicitas illiciet unq̄: ut non potius ueram bonitatem cum omni malo: q̄ falsam cum omni prosperitate malumus. Sua sibi habeant regna Reges. suas diuitias diuites: ut loquitur Plautus. suam uero prudentiā prudētes. relinquāt nobis stultitiam nostram. quam uel ex hoc apparet esse sapiētiā: quia nobis inuident. Quis enim stulto inuideat: nisi qui ipse sit stultissimus? Illi aūt nō sunt adeo stulti ut stultis inuideant. sed ex eo: q̄ accurate q̄ sollicite persequuntur: stultos non esse concedūt. Cur enim tā crudeliter sęuiūt: nisi quia metuunt ne in dies inualescente iustitia cū diis suis uaricosis relinquantᷣ? Si ergo cultores deorū sapiētes sūt nos stulti: quid metuūt ne sapiētes illiciantᷣ a stultis.

Capitulū. xiiii. Quod ex eo patet iustitia Christianę religionis & ueritas fidei: q̄ de cultoribus deorum crescit ecclesia. sed de ecclesia nec minis nec tormentis compelli possint ad cultum deorum. licet quidam sacrificasse ex infirmitate leganᷣ inuiti. qui tamen postea per penitentiā in quo Nouatiani confutanᷣ: surrexerūt fortiores. Et q̄ patientia Martyrum solidissimum est Christianę religionis fundamentum.

Cum aūt noster numerus semp de deorū cultoribus augeatur: nunq̄ uero ne in ipsa quidem persecutiōe minuatur: quoniā peccare homies & inquinari sacrificio possunt: auerti autem a deo non possunt. Valet enim ui sua ueritas. Quis est tā excors tanq̄ cęcus qui nō uideat

quia in utraqꝫ sit parte sapientia! Sed illi malitia & furore cecantur: ne uideant. stultosqꝫ arbitrantur esse : qui cum habeant in sua potestate supplicia uitare : cruciari tamen & mori malunt. cum possint ex eo ipso peruidere nō esse stultitiam. in quam tāta hominum milia per orbem totū una & pari mente consentiunt. Si enim foeminę sexus infirmitate labūtur: nam interdū isti muliebrem & anilem superstitionem uocāt. Viri certe sapiunt. Si pueri si adolescentes improuidi sunt per ętatem: maturi certe ac senes habēt stabile iudicium. Si una ciuitas desipit cęterę utiqꝫ innumerabiles stultę esse nō possūt. Si una prouintia una natio prouidentia caret: cęteras omnes habere intelligētiā recti necesse est. Cum uero ab ortu solis usqꝫ ad occasum lex diuina suscępta sit: & omnis sexus omnis ętas & gens & regio unis ac paribus animis deo seruiant eadem sit ubiqꝫ patientia: idem contēptus mortis: intelligere debuerant. aliqd in ea re esse rationis quod non sine causa usqꝫ ad mortē defendatur. aliquid fundamenti ac soliditatis: quod eam religionem non tantum iniuriis & uexatione soluat. sed augeat semper: & faciat firmiorem. Nam & in hoc quoqꝫ illorum malitia conuincitur : qui euertisse se funditus religionē dei opinanṫ: si homines inquinauerit. cum & deo satisfacere liceat : & nullus sit tam malus dei cultor: quin data facultate ad placādum deū re uertatur & quidem deuotione maiori. Peccati enim conscientia. & metus penę religiosiorē facit. & semper multo firmior est fides: quam reponit pęnitentia Si ergo ipsi cum deos arbitranṫ sibi iratos: tamē donis & sacrificiis & odoribus placare eos credunt : quid est tandem quod deū nostrū tam immitem tam implacabilem putent : ut uideatur nas iam Christianus esse non posse : qui diis eorum coactus: inuitusqꝫ libauerit. nisi forte contaminatos semel putant animum translaturos: ut sua sponte iam facere incipiāt: quod per tormēta fęcerunt! Quis id officiū libēs subeat: quod ab iniuria cępit! Quis cum uideat laterum suorū cicatrices non magis oderit deos propter quos ęterna poenarum insignia & impressas uisceribus suis notas

gestet: Ita fit ut data diuinitus pace: & q fuerūt: uniuersi redeāt. & alius ꝓpter miraculū uirtutis nouus populus accedat. Nam cum uideat uulgus dilacerari hoīes uariis tormentorū generibus: & inter fatigatos carnifices inuictā tenere patientiā: existimāt id quod res est: nec consensū tā multorum: nec perseuerantiā morientiū uanā esse. nec ipsā patientiā sine deo cruciatus tātos posse superare. latrones & robusti corporis uiri eiusmodi lacerationes perferre nequeunt. exclamāt. & gemitus edūt. Vincunť enī dolore: quia deest illis inspirata patientia. Nostri autē ut de uiris taceā pueri & mulierculę tortores suos tacite uincunt. & exprimere illis gemitū nec ignis potest. Eant Romani & Mutio glorientur & regulo. quorum alter necandum se hostibus tradidit: quod captiuum puduit uiuere. alter ab hostibus deprehensus: cum uideret se mortem uitare non posse: manū foco iniecit. ut pro facinore suo satisfaceret hosti: quem uoluit occidere eaq; poena ueniā quam nō meruerat: accepit. Ecce sexus femineus & fragilis ętas dilacerari se toto corpore uriq; perpetiť: non necessitate. qa licet uitare: si uelint. sed uolūtate quia confidūt ī deo.

De martyr. q̄tāri

¶ Cap. xiiii. ¶ De uera uirtute Christianorū. qui ī culmie patientię constituti: Philosophos laudatores patientię antecedunt uirtute patiendi. Et ꝙ uanū & stultū est imaginatam terramq; ut deum colere.

SEd hęc est uera uirtus: quam Philosophi quoque gloriabundi nō re sed uerbis inanibus iactāt. differentes nihil esse tam congruens fieri sapiētis grauitati atq; constantię: q̄ nullis terroribus de sententia & proposito posse depelli. sed tāti esse cruciari & mori: ne fidē prodat: ne ab officio discedat: ne metu mortis aut dolore acerbo subactus aliquid faciat iniustum. nisi forte delirare illis uidetur Flaccus in Lyricis cum dicit.
Iustū & tenacem propositi uirum:
Non ciuium ardor praua iubentium:
Non uultus instantis Tyranni mente

Quatit solida. Quo nihil uerius dici potest: si hoc ad eos referatur: qui nullos cruciatus: nullã mortẽ recusant. ne a fide iustitiaq; declinent. qui nõ tyrannicas iussiones nõ presidum gladios tremũt. quo minus ueram & solidam libertatẽ constãti mente defendant. quę in hoc solo tuẽda sapientia est. Quis enim tã insolens: tã elatus: qui me uetet oculos in coelum tollere: qui imponat mihi necessitatem uel colendi quod nolim: uel quod uelim non colendi? Quid nobis iam ulterius relinquetur. si etiam boc quod uoluntate fieri oportet: libido extorquet aliena? Nemo istud efficiet. siqd nobis ad contemnendã mortẽ doloreq; uirtutis est. Quam constantiam si tenemus: cur stulti iudicamur facientes ea quę Philosophi laudant? Recte igit̃ Seneca incongruentiã hoibus obiectãs ait. Sũma uirtus illis uidetur magnus animus. Et idem. Eum qui cõtẽnit mortem pro furioso habent: quod est utiq; summę peruersitatis. Sed hi uanarũ religionũ cultores eadẽ stultitia id obiiciũt: quia uerũ deũ non intelligunt. Quos Sibylla erythręa κωφούς καὶ ἀφρονούς uocat surdos scilicet & excordes: qui nec audiant diuina: nec sentiant. sed terram digitis suis imaginatam metuant & adorent. q; nec causa sit: ut eos qui sapientes sunt: stultos putent: magna ratio est. nec enim frustra fallunt̃. quę nobis diligenter est explicanda. ut errores suos tandẽ si fieri potest agnoscant.

¶ Cap. xv. ¶ Quare sapientes babent̃ pro stultis. Et quõ i duabus precipue uirtutibus pietate scilicet & ęqtate iustitia constet. Et quid pietas secundũ Trimegistum Et quid ęquitas secundũ Ciceronem. quarum neutrã asseq potuerũt Romani uel Greci. nec aliq nisi Xpiani.

IVstitia suapte natura speciẽ quandã stultitię babet. quod ego & diuinis & humanis testimoniis cõfirmare possũ. sed nibil fortasse apud istos agemus: nisi eos de suis doceamus autboribus non posse iustũ quenq̃ esse quod est coniunctum cum uera sapientia: nisi idẽ stultus esse uideatur. Carneades Academicę sectę Philosophus:

liber quīt⁹ istitutoꝝ,

cuius in differendo quę uis fuerit: quę eloquentia : quod acumen: q nescit: ex prędicatione Ciceronis intelliget aut Lucillii apud quem differens Neptūnus de re difficilia ostendit non posse id explicare: nec si Carneadem ipsum orcus remittat. Is cum legatus ab Atheniensibus Romā missus esset: disputauit de iustitia copiose audiente Galba & Catiōe Censoribus maximis tūc oratoribus Sed disputationem suā postridie contraria disputatione subuertit. & iustitiam quā pridie laudauerat: sustulit. non quadam Philosophi grauitate cuius prudentia firma: & stabilis debet esse sententia: sed quasi oratorio exercitu genere in utranq partē differendi. Quod ille facere solebat: ut alios quodlibet asserētes posse refutare. Eam disputationē qua iustitia subuertitur: apud Ciceronē. L. Furius recordatur Credo quoniā de Rep. differebat: ut defensionē laudatioʒ nemp inducerēt. sine qua putabat Regi non posse Remp. Carneades autē ut Aristotelē refelleret ac Platonē iustitię patronos: prima illa disputatiōe collegit ea omnia quę ꝑ iustitia dicebanť. ut posset illa sicut fecit: euertere. erat enī facillimū iustitiā radices nō habētē labefactare. ut diceret anhelantē laborare: qa cū nulla in terra fuit: ut quod esset aut qualis a Philosophis dicereť. Atq utinam tot ac tales uiri: quantū eloquentię: quantū animi: tantū etiā scientię ad implendā defensionē summę uirtutis habuissēt. cuius origo in religione ratio in ęquitate est. Sed hi q primā illā partē nescierūt ne secundā quidē tenere potuerunt. Volo autē prius circūscriptę ac breuiter quid sit ostendere: ut intelligatur Philosophos ignorasse iustitiā. nec id quod minime nouerant: potuisse defendere. Iustitia quāuis oēs simul uirtutes amplectať: tamē duę sūt omniū pricipales quę ab illa diuelli separariq nō possunt. pietas & ęquitas. Nā fides temperātia ꝓbitas innocētia integritas & cęterę huiusmodi: uel natura uel istitutis parentū possūt inesse hisdē hoibus q iustitiā nesciūt. sicuti semp fuerunt. Nam Romani ueteres qui iustitia gloriari solebāt: iis utiq uirtutibus gloriabāť: quę ut dixi proficisci a iustitia possūt. & ab ipso fonte se cerni. Pietas uero & ęquitas uenę sunt

eius. His enim duobus fontibus constat tota iustitia. sed caput eius & origo in illo primo est: in secūdo uis oīs ac ratio. Pietas aūt nihil aliud est: q̄ dei notio: sicut Trimegistus uerissime diffiniuit: ut alio loco diximus. Si ergo pietas est cognoscere deū cuius cognitionis sūma est: ut eū colas: i gnorat utiq̄ iustitiā q religionem dei nō tenet. Quō enī pōt ipsā nosse: q unde oriat: ignorat: Plato q̄dē multa de uno deo loquutus est. a quo ait constitutū esse mundū. sed nihil de religione. sōniauerat enī deū nō cognouerat. Quod si iustitię defensionē uel ipse uel quilibet alius implere uoluisset: in pmis deorū religiones euertere debuit. qa contrarię sūt pietati. Quod quidē Socrates qa facere tēptauit: in carcerē cōiectus est: ut iā tūc appareret qd esset futurū iis hoībus: q iustitiā uerā defēdere: deoq̄ singulari seruire cępissent. Altera igit̄ iustitię pars ē ęqtas. ęqtatē nō dico utiq̄ bene iudicādi: q̄d & ipsū laudabile ē in homīe iusto. sed se cū cęteris coequādi. Quam Cicero ęqualitatē uocat. Deus enī q hoīes generat & inspirat: oēs ęquos id est pares esse uoluit. Eandē conditionē uiuendi oibus posuit. Oēs ad sapientiā genuit. oībus īmortalitatē spopōdit. Nemo enī a beneficiis eius cęlestibus segregat̄. Nā sicut oībus unicū suū lumē ęq̄liter diuidit. Emittit oibus fontes. uictū subministrat. qetē somni dulcissimā tribuit: sic oībus ęquitatē uirtutēq̄ largit̄. Nemo apud eū seruus est. nemo dominus. Si enī cūctis idem pater ē: ęquo iure omnes liberi sūmus. Nemo deo paup ē. nisi q iustitiā idiget. Nemo diues: nisi qui uirtutibus plenus est. Nemo deniq̄ egregius: nisi qui bonus & innocens fuerit. Nemo clarissimus: nisi qui opera misericordię largiter fecerit. Nemo perfectissimus: nisi q oēs gradus uirtutis ipleuerit Quare neq̄ Romani neq̄ Gręci iustitiā tenere potuerunt. qa dispares multis gradibus hoīes habuerūt a paupibus ad diuites ab humilibus ad potētes a puatis deniq̄ usq̄ ad Regū sublimissias potestates. Vbi enī non sūt uniuersi pares: ęquitas non est. & excludit inęqualitas ipsā iustitiā cuius uis omnis in eo ē: ut pares faciat eos. qui ad huius uitę conditionem pari sorte uenerunt.



Cap xvi. De equitate Xpianorũ·quã Philosophi nõ habẽtes: nec inuenire nec defendere potuerunt.

Duobus igit͛ illis iustitię fontibus imutatis: omnis uirtus & ois ueritas tollit͛. & ipsa iustitia remigat ĩ coelũ. Ideo non ẽ illud bonũ a Philosophis repertũ. q uia ignorabãt uel unde oriret͛: uel qd efficeret. qd nullis alijs preterq̃ nostro populo reuelatũ est. Dicet aliqs. Nõne sũt apud uos alij pauperes: alij diuites: alij serui: alij domini: Nõne aliquid inter singulos iterest: Nihil. Nec alia causa est cur nobis inuicẽ fratrũ factũ nomẽ ĩpartiamus: nisi quia pares eẽ nos credimus. Nã cũ oĩa humana nõ corpe sed spiritu metiamur: tãetsi corporũ sit diuersa cõditio nobis tñ serui nõ sũt. sed eos & habemus & dicimus spiritu fratres. religione conseruos. Diuitię quoq; nõ faciũt insignes: nisi quos possũt bonis opibus facere clariores. Diuites sũt eñi non qui diuitias habẽt: sed qui utunt͛ illis ad opa iustitię. Et qui paupes uident͛: eo tñ diuites sũt: q a & egẽt: & cõcupiscũt nihil. Cũ igit͛ & liberi seruis: & diuites paupibus: humilitate animi paupes sumus: apud deũ tñ uirtute discernimur. Tãto quisq; sublimior est. quãto iustior. Si eñi iustitia ẽ: parẽ se etiam minoribus facere q̃q̃ hoc ipso pcellat: q; se iferioribus coeq̃uit tñ si nõ tm̃ q̃si parẽ sed etiã q̃si minorẽ se gesserit: utiq; multo altiorẽ dignitatis gradũ deo iudice consequet͛. Nã pfecto ĩ uita hac seculari: qm̃ breuia & caduca sũt oĩa. & preferũt se alteris hoĩes: & de dignitate contẽdũt: q̃ nihil foedius: nihil arrogãtius: nihil a sapiẽtis ratione semotius. Rebus eñi cęlestibus contraria sũt ista uniuersa terrena. Sicut eñi sapiẽtia hominũ summa stultitia ẽ apud deum: stultitia ut docui sũma sapiẽtia ẽ: sic deo humilis & abiectus est: qui fuerit conspicuus & sublimis ĩ terra. Nã ut taceã q; hęc pſentia terrę bona quibus magnus honor tribuit͛ uirtuti contraria sũt: & uigorẽ mẽtis eneruãt: quę tandẽ potest firma eẽ nobilitas. Quę opes: Quę potẽtia: cum possit deus Reges q̃q; ipsos inferiores ĩfimis facere: Et ideo consulẽs nobis deus: īter diuina pręcepta illud pręcipue posuit. qui se

extollit: humiliabitur. & qui se humiliat: exaltabit. Cuius
precepti salubritas docet qꝫ q se apud hoies planũ fecerit
humilẽqꝫ ꝓbuerit: hic apud deũ ꝓcellẽs & insignis habeat
Neqꝫ enĩ falsa ẽ illa sẽtẽtia que apud Euripidẽ fert in hũc
modum.

Quę hic mala putant: hęc sũt i coelo bona.

¶Cap. xvii. ¶Quõ Carneades & iura ꝓ utilitate sancita & ueram i hoibus iustitiam nisi forte stultis colligeret iueniri nõ posse. & ciuilis iustitia sapientiã qdẽ habeat sed iniustam. naturalis aũt iusta sit utiqꝫ sed sapiẽtiã oĩno nõ habeat.

EXposui causam cur Philosophi nec iuenire iustitiã nec defẽdere potuerũt. Nũc redeo ad illud qd intẽ deram: Carneades ergo qm erãt ifirma quę a Philosophis disserebãt. sũpsit audaciã refellẽdi qa refelli posse itellexit Eius disputatiõis sũma hęc fuit. Iura sibi hoies ꝓ utilitate sãxisse scilicet uaria ꝓ moribus: & apud eos ꝓ tpibus sępe mutata: ius aũt naturale eẽ nullũ. oẽs & hoies & animãtes alias ad utilitates suas natura ducẽte ferri. proinde aut nullã eẽ iustitiã qm sibi noceret alienis cõmodis consulẽs: & inferebat hęc argumẽta oĩbus populis q florerẽt impio & Romanis qꝫ ipsis q totius orbis potirent domi nio: si iusti uelint eẽ: hoc ẽ si aliena restituant: ad casas esse redeundũ. & in necessitate ac miseriis iacendũ. tũ omissis cõmunibus ad ꝓpria ueniebat. Bonus uir inqt si habeat seruũ fugitiuũ: uel domũ isalubrẽ ac pestilentẽ: quę uitia solus sciat: & ideo proscribat ut uẽdat. utrũ ne ꝓfitebit fugitiuũ seruũ ac pestilentẽ domũ se uendere: an celabit emptorẽ? Si ꝓfitebit: bonus qdem: qa nõ fallet: sed tamen stultus iudicabit: qa uel paruo uendet: uel oĩno nõ uẽdet si celauerit. erit qdem sapiẽs: qa rei cõsulet. sed idẽ malus qa fallet. Rursus si repiat aliquẽ qui auricalcũ se putet uẽdere: cũ sit illud aurũ. aut plũbũ cũ sit argẽtũ: tacebit ne ut id paruo emat? An id indicabit: ut magno? Stultum plane uidet emere malle magno. Vnde itelligi uolebat: & eũ qui sit iustus ac bonus stultũ esse: & eum qui sapiens malũ. Et tñ sine pnicie fieri posse ut sint hoies paupertate

contēti. Transibat ergo ad maiora: in quibus nemo pōt sine picolo uitę iustus esse. Dicebat enī nēpe iustitia ē hominē nō occidere. alienū prsus nō attingere. Quid ergo iustus faciet si forte naufragiū fęcerit: & aliqs imbecillior uiribus tabulā ceperit: nōne illū a tabula deturbabit: ut ipse conscendat: eaq nixus euadat. cum maxime sit nullus medio mari testis. Si sapiēs ē: faciet. ipsi enim pereundū est: nisi fęcerit. Si aūt mori maluerit q̄ manus inferri alteri: iā non iustus ille sed stultus ē: qui uitę suę nō parcat: dū parcit alienę. Itē si acie suorū fusa hostes insequi ceperint: & iustus ille nactus fuerit aliquē sauciū equo insidētē: ei ne parcet ut ipse occidat. an deiciet ex equo ut ipse possit hostem effugere? Quod si fęcerit: sapiens sed idem malus. si non fęcerit: iustus sed idē stultus sit: necesse est. Ita ergo iustitiam cum in duas partes diuisisset: alteram ciuilem esse dicens: alteram naturalem utrāq subuertit. q illa ciuilis sapientia sit quidem. sed iustitia non sit Naturalis autem illa iustititia sit quidem Sed non sit sapientia. Arguta hęc plane & uenenata sunt: & quę. M. Tullius non potuerit refellere. Nam cum faciat Lelium Furio respondentem pro iustitia dicētē: irrefutata hęc tāq foueā ē ptergressus: ut uideat idē Lelius nō naturalem quę institutię crimen uenerat: sed illā ciuilē defendisse iustitiam. quam Furius sapiētiā quidem esse concesserat: Sed iniustam.

¶ Capi. xviii. ¶ Contra Carneadem q nec stultus potest eē iustus: nec sapiēs iniustus. Et q inocētibus & iustis deus semp optime consulit: & necessaria prouidet. quę patent ex definitione stultitię & sapiētię. Et quę sit cognatio hominis & dei.

Quod ad pręsentē disputationē pertinebat: ostendit quomodo iustitia similitudinem stultitię gerat: ut appareat nō sine causa decipi eos: q putāt nostrę religiōis homines stultos esse. qui talia uideantur facere: qualia ille proposuit Nūc maius a me exigi sentio: ut ostendā quare iustitiā deus stultitię specie cōuolutā ex oculis hominū

uoluerit auferre. Si prius Furio respondero: quia parum plene respondit Lelius: qui profecto licet sapiens fuerit: ut uocabat: patrocinari tamen uere iustitie nullo modo poterat. quia caput ipsum fontemq; iustitie non tenebat. Nobis facilior est ipsa defensio: quibus celesti beneficio familiaris ac penitus nota iustitia est. quiq; illā nō nomīe sed re nouimus. Nam Plato & Aristoteles honesta quidē uolūtate iustitiam defendere cupierūt. effecissentq; aliqd si conatus eorū bonos: si eloquentiam: si uirtutē ingenii: diuinarū quoq; rerū doctrina iuuisset. Itaq; opus illorū inane atq; inutile iacuit. nec cuiq̄ hominum persuadere potuerunt: ut eorū prescripto uiueret: quia fundamentū a coelo disciplina illa non habuit. Nostrum opus certius sit necesse est. quod deus docuit. Illi enim depingebant uerbis: & imaginabantur iustitiam: que in conspectu non erat. nec presentibus exemplis confirmare poterant: que afferebant. Responderi enim posset ab audientibus non posse ita uiui sicut illi sua disputatione prescriberēt. adeo ut nulli adhuc extiterint: qui id genus uite sequerentur. Nos autem nō uerbis modo sed etiam exemplis ex uero petitis: uera esse que a nobis dicūtur: ostendamus. Sensit igitur Carneades que sit natura iustitie. nisi q; parum alte prospexit stultitiam non esse. quanq̄ intelligere mihi uideor: qua mente id fecerit. Non enim uere existimauit eū stultū esse: quia iustus est. sed cū sciret non esse: & rationē tamen cur ita uideretur: non cōprehenderet: uoluit osten dere latere in abdito ueritatem: ut decretum discipline sue tueretur: cuius summa sentētia est nihil percipi posse. Videamus ergo utrum ne iustitia foedus aliquod habere cum stultitia possit. Iustus inquit si aut equum saucio aut tabulam naufrago non ademerit: ut ipse animam sui liberet: stultus est. Primū omnium nego ullo modo fieri posse: ut homini qui quidē uere iustus sit: eiusmodi casus eueniat. quia iustus neque cuiquā irascitur inimicus: nec quicq̄ omnino appetit alienum. Cur enim nauiget: aut qd petat ex aliena terra: cui sufficit sua? Cur autem belligeret: aut se alienis furoribus misceat: in cuius animo pax

liber q̄rtus.

cū boibus ꝑpetua uerset? Scilicet peregrinis mercibus aut humano sāguīe delectabit̄.q neq; lucrū sciat appetere cui sufficit uictus.& nō mō ipse cędē facere: sed interesse facientibus ac spectare ducat nefas: Sed omitto ista. qm̄ fieri pōt:ue uel iustus ad hęc subeūda cogatur. Adeo ne ergo iustitiā o Furi:uel potius o carneade cuius ē illa oīs ratio tā ianē tā supuacuā:tāq; cōtēptā deo putas:ut nihil possit nihilq; habeat in sese:q̄d ad custodiā sui ualeat?Sed uidelicet q̄a sacramētū hoīs ignorāt. Ideoq; ad hāc uitā tpalē referūt oīa:quāta sit uis iustitię: scire nō possūt. Nā & cū de uirtute disputāt: q̄uis intelligāt erūnis ac miseriis esse plenissimā:tn̄ expetēdā eē ciūt sua causa.Eius enim pmia quę sunt ęterna:& īmortalia nullo mō uidēt. Sic rebus oībus ad hāc ꝓsentē uitā relatis:uirtutē plane ad stultitiam redigūt.siqdē tātos huius uitę labores frustra & inaniter suscipit.Sed hęc alio loco plenius.interi de iustitia ut cępimus: cuius tāta uis ē.ut cū oculos in cęlū sustulerit: a deo mereat̄ oīa. Recte igit̄ Flaccus tātā eē dixit innocētię uim:ut ad tutelam sui non egeat. nec armis nec uiribus: quacunq; iter fęcerit.

Integer uitę scelerisq; purus: ¶ Non eget mauri iaculis nec arcu:¶ Nec uenenatis grauida sagittis ¶ Fusce pharetra.¶ Siue per syrtes iter ęstuosas ¶ Siue facturus per inhospitalē ¶ Caucasū. uel quę loca fabulosus ¶ Ambit Hidaspes.¶ Nō pōt ergo fieri:qn̄ hoīem iustū iter discrimīa tēpestatū atq; bellorū:cęlestis tutela custodiat.Ac nō etiā si cū paricidis & nocētibus nauiget: aut malis quoq; parcat̄:ut una iusta & innocēs aīa liberet̄.aut certe peuntibus cęteris sola seruet̄. Sed concedamus posse fieri:quod ꝓponit Philosophus. Quid ergo iustus faciet:si nactus fuerit aut ī equo sauciū:aut ī mari naufragū!Non iniutus cōfiteor:morie? potius:q̄ occidet.Nec ideo tn̄ iustitia q̄d ē singulare hoīs bonū:stultitię nomē accipiet.Quid enim melius: quid clarius homini esse debet q̄ innocentia.quę utiq; tāto pfectior sit necesse est: quanto illā ꝓduxeris ad extremū.moriq; maluerit neq̄d de inocētię ratiōe minuat Stultitia est inquit alienę animę parcere cū pernicie suę.

Nũ etiã pro amititia perire ſtultũ iudicabit? Quid ergo familiares illi Pytagorici laudant̃ a uobis: quorũ alter ſe Tyranno uadẽ mortis pro altero dedit. alter ad preſtitũ tẽpus cũ iã ſpõſor eius duceret̃: preſentiã ſui fecit. eumq̃ interuentu ſuo liberauit. quorũ uirtus in tanta gloria nõ haberet̃: cum alter ꝓ amico alter etiã ꝓ fide mori uoluit. ſed ſtulti putarent̃. Deniq̃ ob hanc ipſã uirtutẽ Tyrãnus iis gratiã retulit utrũq̃ ſeruãdo: & hominis crudeliſſimi natura mutata eſt. Quin etiam deprecatus eſſe dicit̃: ut ſe tertiũ in amititiã reciperẽt. nõ utiq̃ tanq̃ ſtultos: ſed tanq̃ bonos & ſapientes uiros. Itaq̃ nõ uideo q̃re cũ ꝓ amititia & fide mori ſũma gloria computet̃: nõ etiã pro innocẽtia perire ſit homini glorioſũ. Ergo ſtultiſſimi ſũt: q nobis crimini dant: mori uelle pro deo: cũ ipſi eũ q ꝓ homine uoluit mori: in coelũ ſummis laudibus tollãt. Deniq̃ ut cõcludã diſputationẽ: nõ poſſe eundẽ ſtultũ eſſe ac iuſtũ & eundem ſapientẽ & iniuſtũ: docet ipſa ratio. Qui enim ſtultus eſt. quid ſit bonum ac iuſtũ neſcit: & ideo ſemper peccat. Ducit̃ eñi quaſi captiuus a uitiis: nec reſiſtere ullo modo poteſt. quia caret uirtute: quã neſcit. Iuſtus aũt ab omni peccato ſe abſtinet. quod aliter facere nõ poteſt: q̃ ſi habeat recti prauiq̃ notitiã. Rectũ aũt diſcernere a prauo quis poteſt: niſi ſapiẽs? Ita fit: ut nunq̃ poſſit iuſtus eſſe: q ſtultus eſt. neq̃ ſapiẽs: qui fuerit iniuſtus. Quod ſi eſt uerissimũ: manifeſtũ eſt eũ q aut naufrago tabulã: aut equũ ſaucio nõ ademerit: ſtultũ nõ eſſe. q̃a hoc facere peccatũ eſt: a quo ſe ſapiẽs abſtinet. Videri tamen & ipſe profiteor p hominũ errorẽ ignorantiã cuiuſq̃ rei proprietatẽ. Itaq̃ omnis hęc queſtio nõ tã argumẽtis q̃ definitiõe diſſoluit̃. Stultitia igit̃ eſt in factis dictiſq̃ per ignorantiam recti ac boni erratio. Ergo ſtultus nõ eſt: q ne ſibi quidẽ parcit: dũmodo alteri nõ noceat. q̃d ẽ malũ. Quod quidẽ nobis & ratio & ueritas ipſa preſcribit. In oĩbus eñi uidemus animalibus q̃a ſapiẽtia carent: conciliatricem eſſe naturã. Nocẽt igit̃ aliis: ut ſibi ꝓſit. neſciũt eñi q̃a malũ ẽ nocere. Hõ uero q ſciẽtiã boni ac mali habet ſe abſtiet a nocẽdo etiã cũ icõmodo ſuo: q̃d animal irrationale facere nõ põt.



Et ideo inter sūmas hominū uirtutes inocētia numerat̄. Quibus rebus apparet sapientissimū esse: q̄ maluit perire ne noceat. ut id officiū quo a mutis discernit̄: seruet. Nā q̄ uēdentis errorē nō redarguit: ut aurū paruo emat: aut qui nō profitet̄ seruū fugitiuū uel pestilentē se domum uendere: lucro & cōmodo suo cōsulēs: nō est ille sapiens: ut Carneades uideri uolebat: sed callidus & astutus. Calliditas & astutia in multis quoq̄ animalibus sunt. uel cum insidiant̄ aliis & dolo capiūt: ut deuorēt: uel cū insidias aliorū uario genere deludūt. Sapiētia uero ī hominē solū cadit. Sapiētia enī est intelligētia uel ad bonum rectumq̄ faciendū: uel abstinētia dictorū: factorūq̄ improborū. Lucro autē nūq̄ sapiēs studet. quia bona hec terrena contemnit. nec quenq̄ falli patit̄; quia boni uiri officium est errores hominū corrigere: eosq̄ in uiā reducere. siquidē socialis hoīs est ac benefica natura: qua sola cognitionem cū deo habet.



Cap. xix. Quod ignoratio immortalitatis & dei ueri predictorū causa errorū est. & mortē meret̄ ęternā. Et q̄ homo non sit hoīs genitor sed minister generatiōis. Et quare deus uerā sapiētiā uoluit sub specie stultitię occultari.

Sed nimirū hęc causa efficit: ut stultus esse uideat̄ q̄ egere aut mori malit: q̄ noceat: ne eripiat aliquid alteri: quod hominē morte deleri putāt. ex eaq̄ persuasiōe omnes tum uulgi tū etiā Philosophorū nascunt̄ errores. Si enim post mortē nihil sumus: profecto stultissimi est hominis nō huic uitę cōsulere: ut sit q̄ diutina & cōmodis omnibus plena. Quod q facit: a iustitię regula discedat necesse est. Si aūt supest homini uita melior & lōgior: q̄d & Philosophorū magnorū argumētis: & Vatū responsis: & Prophetarū diuinis uocibus discimus. hāc presentē cū suis bonis contemnere sapientis est. cuius omnis iactura immortalitate pensatur. Apud Ciceronem idem ipse iustitię defensor Lęlius uult inquit plane uirtus honorem. nec est uirtutis ulla alia merces. Est plane & quidem

uirtute dignissĩa:quam tu Lęli nequaq̃ poteras suspicari. Nihil enim diuinarũ noueras litterarũ quã tamẽ illa inqt accipit facile:exigit nõ acerbe. Erras uehementer:si putas ab homine pręmiũ solui posse uirtuti. Cum ipse alio loco uerissime disseras : huic uiro quas diuitias obiicies? quę imperia?quę regna? Qui ista putat humana:sua diuĩa iudicat. Quis ergo te sapientẽ Lęli putet:cũ ipse tibi loquaris contraria? Et paulo post adimis uirtuti : quę dedisti.sed uidelicet ignorãtia ueri facit incertã labantẽq sententiam Deinde quod adiũgis. Sed si aut ĩgrati uniuersi aut ĩuidi multi:aut inimici potẽtes:suis uirtutẽ pręmiis spoliãt: O q̃ fragilẽ q̃ inanẽ uirtutẽ ĩduxisti:si spoliari põt suo pmio Quę si bona sua diuĩa iudicat:ut aiebas: qui põt existere tã ingrati tã inuidi tã potẽtes : q uirtutẽ spoliare ualeant? his bonis quę fuerit ĩ eã collata diuinitus? Nę illa se inqt multis solatiis oblectat.maxĩeq suo decore seipsã sustẽtat Quibus solatiis quo decore?cũ in crimẽ sępe ueniat:& in poenam decor ille uertat? Quid enĩ si ut Furius dicebat: rapiat.uexet.extermĩnet.egeat.auferant ei manus:effodiãt oculi:damnet:uinciat:urat:miseris etiã modis necet.pdet ne suũ proemiũ uirtutis? An potius peribit ipsa? Minie. Sed & mercedẽ suã deo iudice accipiet:& uiuet:& semper uigebit. Quę si tollas : nihil potest in uita hominum tam inutile tam stultum uideri esse q̃ uirtus. cuius naturalis bonitas & honestas docere nos põt animã nõ esse mortalẽ diuinũq illi a deo pręmiũ cõstitutũ. Sed iccirco uirtutẽ deus sub persona stultitię uoluit eẽ celatam: ut mysteriũ ueritatis ac religionis suę esset arcanũ : ut has religiones sapientiamq terrenam extollentẽ se altius sibiq multum placentẽ:uanitatis errorisq damnaret : ut ꝓposita deniq difficultate p angustissimos tramites ad immortalitatis pmiũ sublime pduceret. Docui : ut opinor:cur populus nr̃ apud stultos stultus haberet. Nã cruciari atq ĩterfici malle: q̃ thura tribus digitis cõprehẽsa in focũ iactare tã ĩeptũ uidet:q̃ in piculo uitę alterius animã magis curare q̃ suã. Nesciũt enĩ q̃ntũ sit nefas adorare aliud pter q̃ deũ q cõdidit cęlũ atq terrã. q humanũ genus fixit ĩspirauit

luce donauit. Quod ſi ſeruorum nequiſſimus habetur: qui dominũ ſuum fuga deſerit: iſq; uerberibus uinculis & ergaſtulo & cruce & omni malo digniſſimus iudicat̃: & ſi filius eodem modo ęque impius exiſtimat̃: qui patrẽ ſuũ dereliquerit ne illi obſequatur. ob eãq; cauſã dignus putat̃: quid ſit exhęres: & cuius nomẽ in perpetuũ deleat̃: Quanto magis qui deum deſerit: in quem duo uocabula domini & patris ęque ueneranda conueniunt! Nã ille qui ſeruũ precio comparat: quid in eũ beneficii cõfert: pręter alimenta: quę illi utilitatis ſuę gratia ſubminiſtrat! Et qui filiũ generat: nõ habet in poteſtate ut concipiat̃: ut naſcat̃ ut uiuat. Vnde apparet nõ eſſe illũ patrẽ: ſed tantũmodo generandi miniſtrũ. Quibus ergo ſuppliciis dignus eſt: deſertor eius qui & dominus uerus & pater eſt! niſi iis quę deus ipſe conſtituit: qui ſpiritibus iniuſtis ęternum parauit ignẽ. quod ipſe per Vates ſuos ipiis ac rebellibus comminatur!

Cap. xx. De inſania eorum qui deos colũt: & nõ audẽt ratiõe contẽdere cũ fideli bus. Et quare ſacramentorũ ſuorũ ſilentiũ indicãt. Et ꝙ religio per patientiã defẽdenda eſt. & ratione potius q̃ ſęuitia: ferro: uel igne Et quãtũ & in q̃bus differũt religiõis uerę cultus & falſę.

DIſcãt igit̃ & ſuarũ & alienarũ: interfectores animarũ: q̃ inexpiabile facinus admittant. Primum ꝙ ſeipſos iugulãt perditiſſimis dęmonibus ſeruiendo: quos deus in ęterna ſupplicia dãnauit: deinde quod nec ab aliis deũ coli patiuntur: ſed auertere homines ad mortifera ſacra contendũt. nituntur q; ſumma diligentia: ne qua ſit anima incolumis in terra: quę ſaluo ſtatu ſuo ſpectet in coelum. Quid aliud dicã q̃ miſeros: qui prędonũ ſuorũ inſtigationibus parẽt: q̊s deos eſſe opinant̃: quorũ neq; cõditionẽ neq; originẽ: neq; nomina neq; rationẽ ſciunt. ſed inhęrẽtes perſuaſioni uulgari libenter errant. & ſtultitię ſuę fauent. a quibus ſi perſuaſionis eius rationem requiras: nullam poſſunt reddere. ſed ad maiorum iudicia confugiunt. ꝙ illi ſapientes fuerint: illi probauerint: illi ſcierint: quid

effet optimū.seq; ipsos sensibus spoliant: ratione abdicat:
dum alienis erroribus credūt? Sic implicati rerū omniū
ignorantia nec se nec deos suos norunt. Atq; utinam soli
errare soli desipere uellēt. Alios etiā in consortiū mali sui
rapiunt. quasi habituri solatiū de perditione multorum.
Sed hęc ignorantia efficit: ut in persequendis sapientibus
tam mali sint: fingunt se illis consulere. illos ad bonam
mentem uelle reuocare. Num igitur hoc sermone aut aliq̄
ratiōe reddita facere nitunt̄? Minime. Sed ui atq; tormētis
O mira & cęca dementia: in his putatur mala mens esse: q
fidē seruare conant̄. in carnificibus autem bona. in iis ne
mala mēs est: qui cōtra ius humanitatis: contra fas omne
lacerant̄? An potius in iis: qui ea faciunt in corporibus
innocētiū: quę nec sęuissimi latrones: nec iratissimi hostes
nec immanissimi barbari: aliquando fęcerūt. Adeo ne etiā
sibi mentiunt̄: ut uicissim boni ac mali nomīa transferāt:
& immutentur? Quid ergo? Non diem noctem uocāt solē
tenebras? Alioquin eadē imprudētia est bonis malorum
nomen imponere: sapiētibus stultorū : iustis impiorum:
quinimmo siqua illis fidutia est: uel in philosophia uel ī
eloquētia: armēt se ac refellāt hęc nr̄a: si possūt: cōgrediant̄
comminus: & singula quęq; discutiant. decet eos suscipere
defensionem deorum suorum. ne si nostra inualuerit: ut
quottidie inualescūt: cum delubris suis ac ludibriis des
serant̄. Et quoniā nihil possūt: auget̄ enim illis religio dei
quanto magis premitur : ratione potius & hortamentis
agant. Procedūt in mediū Pontifices : seu minores seu
maximi. Flamines: Augures: item Reges sacrificoli: quiq;
sunt sacerdotes & antistites religionū. conuocent nos ad
contionem: cohortent̄ nos ad suscipiēdos cultus deorū.
persuadeant multos esse : quorū munere ac prouidentia
regantur omnia. ostendāt: origines & initia sacrorum ac
deorum: quomodo sint mortalibus tradita. qui fons quę
ratio sit : explicent. proferant quę merces in cultu : quę
poena in contemptu maneat. quare ab hoibus se coli
uelint. quid illis si beati sunt : humana pietas conferat.
Quę omnia nō asseueratione ꝓpria: nec enim ualet quicq̄

mortalis hominis authoritas: sed diuinis aliquibus testimoniis confirment: sicuti nos facimus. non est opus ui & iniuria: quia religio cogi non potest. uerbis potius q̃ uerberibus res agenda est: ut sit uoluntas. distringãt aciẽ ingeniorũ suorum. si ratio eorum uera est: afferat͂. parati sumus audire: si doceant. tacentibus certe nihil credimus. Ineque sęuientibus cedimus. Imitentur nos: ut rationem totius rei exponant. Nos eni non illicimus: ut ipsi obiectant. sed docemus. probamus. ostẽdimus. Itaq; nemo a nobis retinetur inuitus. Inutilis est enim deo qui fide ac deuotione caret. & tamen nemo discedit: ipsa ueritate retinente. Doceant isti hoc modo. si qua illis fiducia ueritatis est. loquantur. discant. Audeãt inquam disputare nobiscũ aliquid eiusmodi. iã profecto ab aniculis quas contẽnunt: & a pueris nostratibus error illorum ac stultitia ridebitur. Cum enim sint peritissimi: deorumq; progeniem & res gestas & imperia & interitus & sepulchra de libris nouerint: ipsosq; ritus quibus sunt initiati ex rebus gestis hominum: uel ex casibus uel etiã ex moribus natos sciant incredibilis dementia est: deos putare: quos fuisse mortales negare non audeant. uel si tã imprudentes fuerint: ut negent: suę illos ac illorũ litterę coarguent. ipsa deniq; illos sacrorum initia conuincent. Sciant igitur ex hoc ipso quantum intersit inter uerũ & falsum. quando ipsi qui sunt eloquentes: persuadere non possũt: imperiti ac rudes possunt: quia res ipsa & ueritas loquitur. Quid ergo? Sęuiunt: ut stultitiam suam dum minuere uolunt: augeant. Longe diuersa sunt carnificina & pietas. Non potest pietas cum ui: aut iustitia cum crudelitate coniũgi. Sed merito non audent de rebus quicq̃ docere diuinis. ne & a nostris derideant͂: & a suis deserant͂. Nam forte uulgus cui simplex incorruptumq; iudicium est; si mysteria illa cognoscat. in memoria mortuorum constituta damnabit. aliudq; uerius quod colat: queret. Nunc fida silentia sacris constituta sunt ab hominibus callidis. ut nesciat populus q̃d colat. Cũ autẽ nos in eorũ doctrinis uersemur: cur nobis aut nostris nõ credũt: qui utrũq; nouimus. aut inuidẽt: qa falsis uera prętulimus?

Sed defendēda ſūt inquiūt publice ſuſcepta ſacra. O q̃m inboneſta uoluntate miſeri errant. Sentiūt enim nihil eſſe in rebus humanis religione prȩſtantius: eamq; ſumma ui oportere defendi Sed ut in ipſa religione: ſic in defenſiōis genere fallunt̃. Defendenda enim religio eſt nō occidēdo ſed monendo. non ſȩuitia ſed patientia. nō ſcelere ſed fide Illa enim malorum ſunt: hȩc bonorū. Et neceſſe eſt bonū in religione uerſari non malū. Nā ſi ſanguine ſi tormentis ſi malo religionem defendere uelis: iam non defendet̃ illa: ſed polluetur: & uiolabit̃. Nihil eſt enim tam uoluntariū q̃ religio: in qua ſi animus ſacrificantis auerſus eſt: iam ſublata iam nulla eſt. Recta igitur ratio eſt: ut religionem patientia uel morte defendas. in qua fides conſecrata & ipſi deo grata eſt: & religioni addit authoritatem. Nam ſi is qui in hac terreſtri militia Regi ſuo fidē ſeruat in aliq̃ egregio facinore: ſi poſtea uixerit acceptior fit: & carior: ſi perierit: ſummam conſequitur gloriā: quod pro duce ſuo morte occubuerit: quanto magis Imperatori omniū deo fides ſeruanda eſt: qui non tantum uiuentibus ſed & mortuis proemium poteſt uirtutis exſoluere. Igitur dei cultus quoniā militiȩ cȩleſtis eſt. deuotionem maximam fidēq; deſiderat. Quomodo enim deus aut amabit colentē ſi ipſe non amet̃ ab eo? Aut prȩſtabit prȩcanti quicquid orauerit. cum ad prȩcandū neq; ex animo neq; obſeruāter accedat. Iſti autem cū ad ſacrificandum ueniunt: nihil intimum nihil propriū diis ſuis offerunt. non integritatē mentis: non reuerentiam: non timorē. Peractis itaq; ſacrificiis inanibus: omnē religionem in templo & cū templo ſicut uenerant: relinquunt. Nihilq; ſecū ex ea neq; afferunt neq; referūt. Inde eſt quod eiuſmodi religiōes nec bonos facere poſſunt: neq; firmȩ atq; īmutabiles eſſe. Traducunt̃ itaq; ab his homines facile: quia nihil ibi ad uitam: nihil ad ſapientiā: nihil ad fidē diſcitur Quȩ eſt enim ſupſtitio illorū deorum? Quȩ uis? Quȩ diſciplina? Quȩ origo? Quȩ ratio? Quod fundamentū? Quȩ ſubſtantia? Quo tendit? aut qd pollicet̃: ut ab hoīe poſſit ſeruari fortiterq; defēdi in qua nihil aliud uideo q̃ ritū ad ſolos digitos ptinentē.

liber quintus

Nostri uero religio eo firma est & solida: & immutabilis: quia iustitiam docet. quia nobiscũ semper est: quia tota i animo colẽtis est. quia mentẽ ipsam pro sacrificio habet. Illic nihil exigitur aliud q̃ sanguis pecudũ: & fumus & inepta libatio. Hic bona mẽs: purum pectus innocẽs uita. Illuc ueniũt sine delectu adulteræ: impudicæ: lenæ: procaces obscenæ: meretrices. Veniunt gladiatores: latrones: fures: uenefici: & precanť nihil aliud q̃ ut scelera ipune cõmittant. Quid enim latro sacrificans aut gladiator roget: nisi ut occidat: Quid fenerarius nisi ut fallat: Quid meretrix nisi ut plurimũ peccet: Quid adultera nisi ut mortẽ uiri optet: aut ut sua impudicitia celetur: Quid lena nisi ut multos bonis exuat: Quid fur nisi ut plura rapiat: Hic communique peccato locus nullus uero etiam leui est. Et siquis ad sacrificiũ non integra cõsciẽtia uenerit. audit quæ illi deus comminetur. ille qui latebras cordis uidet. qui peccatis semper infestus est: & exigit iustitiam. qui fidẽ poscit. Quis hic malæ mẽti aut malæ preci locus est: At illi infoelices nec ex sceleribus suis intelligunt: q̃ malum sit: quod colunt quãdo quidẽ flagitiis omnibus ĩquinati ueniũt ad precandũ & se pie sacrificare opinanť si cutem lauerint. tanq̃ libidinẽ intra pectus inclusã. Ulli amnes abluant. aut ulla maria purificent. Quanto satius ẽ mentẽ potius eluere quæ malis cupiditatibus sordidať. & uno uirtutis. ac fidei lauacro uniuersa uitia depellere. Quod qui fecerit: quemlibet inquinatum ac sordidum corpus gerat: satis purus est.

¶ Capitulũ. xxi. ¶ Quod hostes suos adorat stulta gentilitas. quorum cultus non modo Christiani: sed & Philosophi & domestici cultores deorum destruunt.

Isti aũt qui nesciũt quid uel quo modo sit colendũ: ceci & imprudentes in contrarium cadũt. Adorãt itaq; hostes suos latrones & interfectores suos uictimis placant. & animas suas cum thure ipso cremandas aris detestabilibus imponunt. Irascuntur etiã miseri: q non

ſimiles alii pereãt incredibili mentium cęcitate. Quid enĩ uideant : qui ſolem non uident ? Quaſi uero ſi dii eſſent: indigerent hominum auxilio uerſus contemptores ſuos quid ergo nobis iraſcuntur:ſi illi nihil poſſũt:niſi ꝙ ipſi deos ſuos deſtruunt.de quorũ poteſtate diffidũt: magis irreligioſi q̃ qui omnino nõ colũt? Cicero in ſuis legibus cũ caſte ad ſacrificia pręciperet accedere: pietatem inquit adhibeto.opes amoueto.Q q ſecus faxit:deus ipſe uindex erit. Recte hoc quidẽ. Neq; enim fas eſt deſperare de deo: quẽ ideo colas.quia potentẽ putes. Nã quomõ uindicare colentis iniuriã poteſt:qui ſuã non poteſt? Libet igitur ex his quęrere cui potiſſimũ pſtare ſe putẽt cogẽdo inuitos ad ſacrificiũ.Iis ne quos cogũt? At nõ ẽ beneficiũ quod ingerit̃ recuſanti.ſed conſulendũ eſt etiam uolentibus q̃n quid bonum ſit:neſciunt. Cur ergo tã crudeliter uexant. debilitant.cruciant.ſi ſaluos eſſe uolũt? Aut unde pietas tam impia: ut eos miſeris modis aut perdant aut inutiles faciãt.quibus uelint eſſe conſultũ? An uero diis pręſtãt? At non eſt ſacrificiũ quod exprimit̃ ab inuito. Niſi enim ſponte atq; ex animo fiat : execratio eſt.cũ homines proſcriptione iniuriis carcere tormẽtis adacti faciunt. Si dii ſũt iſti:qui ſic colũt̃: uel propter hoc ſolũ colendi nõ ſũt ꝙ ſic coli uolũt.digni ſcilicet deteſtatione hominũ qbus cũ lachrymis cũ gemitu. cũ ſanguine de membris oĩbus fluente libatur. At nos contra:non expetimus ut deum noſtrum qui eſt omniũ creator:uelit: nolit:colat aliquis inuitus.nec ſi non coluerit:iraſcimur: confidimus enim maieſtati eius qui tam contemptum ſui poſſit ulciſci. q̃ ſeruorũ ſuorũ labores & iniurias. Et ideo cũ tã nefanda perpetimur:ne uerbo quidẽ reluctamur. ſed deo remittimus ultionem.nõ ut ii faciũt. qui defẽſores ſe eſſe deorũ ſuorũ uideri uolũt.& ſęuiũt efferate aduerſus nõ colentes Ex quo intelligi dat̃: q̃ nõ ſit bonũ deos colere:quoniam bono potius adducẽdi homines ad bonũ fuerãt nõ malo ſed qa illud malũ eſt:etiã officiũ eius bono caret. At enĩ puniendi ſunt:qui deſtruunt religiones. Num peius nos deſtruimus q̃ natio Aegyptiorũ q turpiſſimas beſtiarũ

liber q̄rtus

ac pecudum figuras colūt! Quędam etiā pudenda dictu tanq̄ deos adorabant: Num peius q̄ iidem ipsi q cū deos se colere dicant.tamen eos publice turpiterq̄ derident de quibus etiam per mimos agi cum risu & uoluptate patiuntur.Qualis hęc religio aut quanta maiestas putāda est: quę adoratur in templis:illuditur in theatris!Et qui hęc fecerint:non poenas uiolati numinis pendunt:sed honorati etiam laudatiq̄ discedunt.Nū peius nos destruimus q̄ quidam Philosophi qui omnino nullos deos esse aiunt sed omnia sua sponte esse nata : omnia fortuitu fieri quę geruntur!Num peius q̄ Epicurei: qui esse quidem deos. sed curare quicq̄ negāt.neq̄ irasci eos neq̄ gratia cōmoueri! Quibus dictis utiq̄ persuadent colendos omnino nō esse siquidem colentes respiciunt. Neq̄ non colentibus irascunt̄.Preterea cum contra metus disserūt: nihil aliud efficere conantur:q̄ ut nemo deos timeat. & hęc tamen ab hominibus & audiuntur libenter & differunt̄ impune.

Capitulum.xxii. Quare maligni spiritus instigent cultores suos in persecutionem fidelīū.Et quare uera religio uideat̄ inanis.

Non ergo ideo aduersus nos insaniunt. quia dii non colunt̄ a nobis.a multis enim non coluntur. sed q̄a ueritas penes nos est.quę ut est uerissime dictum;odium parit Quid igitur existimabimus ! nisi nescire illos quid patiantur!Pergitur enim cęco & irrationabili furore.quē nos uidemus: illi nesciunt. Non enim ipsi homines persequuntur : qui causam cur irascantur innocentibus: non habent. sed illi spiritus contaminati ac perditi : quibus ueritas & nota est & inuisa.insinuant se mentibus eorum & instigant nescios in furorem.Ii enim quamdiu pax est in populo dei: fugitant iustos:& pauent.Et cum corpora hominum occupant:animasq̄ diu uexant: adiurantur ab his.& nomine ueri dei fugantur.Quo audito tremūt. & exclamāt.& uri uerberariq̄ se testantur .Et interrogati qui sint:quādo uenerint:quomodo in hominē irrepserit:

confitentur. Sic extorti & excruciati uirtute diuini nominis exsulant.propter hęc uerbera & minas sanctos & iustos uiros semp oderūt. & quia per se nocere his nihil possunt: publicis eos odiis persequunt̃.quos sibi graues sentiunt. exercentq̧ sęuitiam quam uiolatissime possunt: ut aut eorū fidem minuāt per dolorem. aut si id efficere non quiuerint: auferāt omnino de terra: ne sint: qui possūt eorum nequitiam coercere. Nō me fugit: quid respōderi e contrario possit. Cur ergo deus ille singularis ille magnus: quem rerum potentem: quem dominum omnium cōfiteris: hęc fieri patitur? nec cultores suos aut uindicat aut tuetur? Cur deniq̧ qui eum non colunt: opulenti & potentes & beati sunt? & honoribus regnoq̧ potiuntur? eosq̧ ipsos ditioni suę ac potestati subiectos habēt? Reddenda & huius ratio est rei: ne quid remaneat erroris. Nā in primis hęc causa est: cur existimetur religio dei uim non habere. q̧ inducantur homines spe terrenorum ac pręsentium bonorū quę ad curam mentis nullo modo pertinēt. quibus quia carere iustos uident: & affluere iniustos: & dei cultum inanem arbitrātur: in quo inesse illa non cernunt. & deorum ritus existimant ueros quoniam cultores eorum & diuitiis & honoribus & regnis fruant̃. Verum ii qui sunt in hac estimatione non perficiunt altenus uim rationemq̧ hominis. quę tota non in corpore: sed in mente est. Nihil enim uident amplius quā uidetur: corpus scilicet: quod quia oculis manuq̧ tractabile est. imbecillū fragile mortale est: cuius sunt illa omnia bona: quę cupiditati ac miraculo sunt. opes. honores. imperia. quoniā corpori afferunt uoluptates. & ideo tam caduca sūt q̄ corpus ipsum. Animus uero in quo solo est homo. quoniam subiectus oculis non est: nec bona eius inspici possunt: quę in sola uirtute sunt posita. & ideo tā stabilis & constans & perpetuus sit necesse est: sicuti ipsa uirtus in qua est animi bonum.

Capitulū.xxiii. Quare deus electos suos tradita impiis potestate uexari patiatur.

LOngum est uniuersas uirtutū species promere : ut
de singulis doceam q̄ necesse sit sapientem ac iustū
uirum longe ab illis bonis abhorrere. qbus quia fruunt̄
iniusti:deorum cultus ueri & efficaces eē credunt̄. q̄d ad
pręsentem pertinet questionem: satis est si ex una uirtute
id probemus:quod intendimus. Nempe magna & p̄cipua
uirtus est patientia:quam pariter & uulgi publicę uoces
& Philosophi & oratores summis laudibus cōcelebrant.
Quod si negari nō potest quin summa sit uirtus:necesse
est iustum & sapientem uirum in potestate esse hominis
iniusti: ut capiat patientiam. Patientia. est enim malorum
quę aut inferunt̄:aut accidunt. cū ęquanimitate perlatio.
Ergo iustus ac sapiens: quia uirtutem capit: habet in se
patientiam:qua carebit omnino; si nihil patietur aduersi.
Contra qui in rebus prosperis agit:īpatiens est:& uirtute
maxima caret. impatientiā dico:quia nihil patit̄. Innocētiā
quoq; seruare non potest. quę & ipsa iusto & sapiēti uiro
propria est uirtus. sed & nocet sępe & concupiscit aliena.
& rapit quę cupierit per iniuriā. qa uirtutis expers uitio
peccatoq; subiectus est. & fragilitatis oblitus animo inso
lēter elato tumet. Inde iniusti ac deū nesciētes & diuitiis
& potētia & honoribus florēt. Hęc enim cuncta iniustitię
pręmia sunt:quia & perpetua esse non possunt. & per cu-
piditatem uiolentiāq; quęrunt̄. Iustus uero ac sapiens: qa
illa omnia humana sunt: ut est a Lęlio dictum : sua bona
diuina iudicat:nec alienum quicq̄ concupiscit. ne quem
contra ius humanitatis lędat omnino. nec ullā potentiam
honorē ue desiderat:ne cui faciat iniuriā. Scit enī cūctos
ab eodem deo & eadem conditione generatos iure frater-
nitatis esse coniunctos. sed & suo contentus & paruo : qa
fragilitatis suę memor non amplius quęrit. q̄ unde uitam
sustentet. & ex eo ipso quod habuerit expertit etiam non
habēti quia pius est pietas etiā sūma uirtus est. & accidit
ex eo q̄ uoluptates caducas uitiosasq; cōtemnit. quarum
causa opes appetunt̄:quoniam continens est: ac libidinū
uictor. & nihil tumoris ac insolentię gerens. non extollit
se altius. nec erigit superbū caput. sed placidus & cōcors

& planus & communis est. quia conditionem suã nouit. Cum ergo iniuriam nulli faciat: nec aliena rapiat. nec sua quoq; si auferantur: defendat: cum sciat etiã illatã iniuriã moderate ferre: quia uirtute preditus est. necesse est iustũ hominẽ subiectũ esse iniusto: & contumeliis ab insipiente affici sapientem ut & ille peccet quia iniustus est. & hic ĩ se uirtutem habeat: quia iustus est. Siquis autẽ uolet scire cur malos & iniustos deus potẽtes beatos & diuites fieri sinat: pios contra humiles miseros inopes esse patiatur: sumat eum Senecę librum cui titulus est. Quare bonis uiris multa mala accidant: cum sit prouidentia. In quo ille multa nõ plane imperitia sęculari. sed sapiẽter ac pene diuinitus loquutus: Deus inquit hoĩes pro liberis habet sed corruptos & uitiosos luxuriose ac delicate patitur uiuere: quia nõ putat emẽdatione sua dignos. Bonos aũt quos diligit: castigat sępius. & assiduis laboribus ad usũ uirtutis exercet. nec eos caducis: ac mortalibus bonis corrumpi ac deprauari sinit. Vnde nemini debet mirũ uideri: si ꝓ nostris sępe delictis castigamur a deo. immo uero cũ uexamur: ac premimur. tum maxime gratias agimus indulgentissimo patri: q corruptelã nostrã nõ patiẽ longius procedere: sed plagis ac uerberibus emendat Ex quo intelligimus nos esse deo curę: quoniã cũ peccamus irascit. Nã cũ posset populo suo & opes & regna largiri: sicut dederat ãte iudeis quorũ nos successores ac posteri sumus: iccirco esse uoluit sub aliena ditione atq; imperio degere: ne rerũ ꝓsperarũ foelicitate corruptus ĩ luxuriã laberetur: ac dei pręcepta contemneret. sicut illi maiores nostri: qui sępe terrenis ac fragilibus his bonis eneruati aberrauerũt a disciplina legis. uinculaq; ruperũt. ꝓuidit ergo quatenus cultoribus pręstaret quietem si mandata seruasset. & tamẽ eos emẽdaret: si pceptis nõ obtẽperasset. Itaq; ne tam corrumperentur ocio q̃ patres eorũ licẽtia: premi eos ab his uoluit: in quorũ manibus collocauit: ut & labantes confirmet: & corruptos ad fortitudinem reparet. & fictos experiatur ac temptet. Quomodo enim potest Imperator militum suorum probare uirtutẽ: nisi

habuerit hostem? Et illi tamen aduersarius exurgit inuito quia mortalis est: & uinci potest. deo autẽ quia repugnari non potest. ipse aduersarios nomini suo excitat. non qui contra ipsum deum repugnent: sed cõtra milites eius ut deuotionẽ ac fidẽ suorũ uel ꝓbet: uel corroboret. donec pressurę uerberibus defluentem corrigat disciplinã. Est & alia causa cur aduersus nos ꝑsecutiões fieri sinat: ut dei populus augeat̃. Nec est difficile monstrare cur aut quõ illud fiat. primum fugantur a deorũ cultoribus plurimi odio crudelitatis. cur enim talia sacrificia non horreant. deinde placet quibusdam uirtus ac fides ipsa. nonnulli suspicantur deorum cultũ nõ sine causa malũ putari a tã multis hominibus. ut emori malint: q̃ id facere: quod alii faciunt: ut uiuant. Aliqui cupiunt scire quidnã sit illud bonũ: quod ad mortẽ usq̃ defendit̃. quod omnibus quę in u ta iucunda & cara sunt: pręfertur. a quo nec bonorũ nec lucis amissio nec dolor corporis nec uiscerũ cruciamenta deterrent. ualent hęc plurimũ. sed ille maximę causę nostrorũ numerũ semper auxerunt. Audit circumstans populus: inter ipsa tormenta dicentes non sacrificare se lapidibus manu factis. sed deo uiuo q̃ sit i coelo. Multi hoc uerum esse intelligũt. & in pectus admittunt. Deinde ut fieri solet in rebus incertis: dum inter seinuicẽ quęrũt quę sit huius perseuerantię causa: multa quę ad religionẽ pertinẽt diuulgata: ac per rumorem uicissim aucupata discunt̃. quę quia bona sunt: placeant necesse est. Pręterea ultio sequuta sicut semp accidit: ad credendũ uehemẽter impellit. Nec quidẽ leuis causa est: quod imũdi demonũ spiritus accępta licẽtiã multorũ se corporibus imergũt. qbus postea reiectis: omnes qui resanati fuerint: adhereãt religioni: cuius potentiam senserunt. Nę tot causę in unũ collatę magnã deo multitudinem mirabiliter acquirũt.

Cap. xxiiii. Quod bonorũ tortores torquebũt̃. & malas bestias de terra auferet deus.

Q Vicquid ergo aduersũ nos mali Principes moliunt̃ fieri ipse permittit. & tamen iniustissimi ꝑsecutores

quibus dei nomē cōtumelię ac ludibrio fuit: non se putēt impune laturos qa indignationis aduersus nos eius quasi ministri fuerunt. Punientur enim iudicio dei: q accepta potestate supra humanū modū fuerit abusi. & insultauerit etiam deo superbius. eiusq nomen ęternum uestigiis suis subiecerint impie nefarieq calcandum. Propterea uindicaturum se. eos celeriter pollicet. & exterminaturū bestias malas de terra. Sed idem quanuis populi sui uexationes & hic in pſenti soleat uindicare: tamē iubet nos expectare patiēter illū cęlestis iudicii diem. quo ipse pro suis quęq meritis aut honorat aut puniat. Quapropter non sperent sacrilegę animę cōtēptos & multos fore quos sic obterūt Veniet rabiosis ac uoracibus lupis merces sua qui iustas & simplices animas nullis facinoribus admissis excruciauerunt. Nos tantummodo laboremus: ut ab hominibus nihil aliud ī nobis nisi sola iustitia puniat. Demus operā totis uiribus: ut mereamur a deo simul & ultionē passionis & proemium.

¶ Lactantii Firmiani diuinarū institutionū aduersus gentes: ¶ Liber Sextus.

Quod innocētia. uerissimus dei cultus est: quare carnalis homo corpori deditus nescit. ¶ Capitulū primum.

Liber sextus

Vod erat officium suscepti muneris diuino spiritu instruēte. ac suffragāte. ipsa ueritate cōpleuimus. Cuius asserēdę atq illustrādę causa. mihi & scientiā & fidē ipse dominus noster imposuit. sine quo nec sciri quicq potest: nec explicari Venio nūc ad ipsū quod est summū operis huius & maximum. ut doceam quo ritu quo u sacrificio deū coli oporteat. Id enim est hominis officiū. in eoq solo sūma rerū & omnis beatę uitę ratio consistit. quādoquidē propterea facti & inspirati ab eo sumus: nō ut coelū uideremus & solem quod Anaxagoras putauit. Sed ut artificem solis & coeli deum pura & integra mēte coleremus: quā uis autem precedentibus libris ꝓ ingenii

Liber sextus

mediocritate defenderim. ueritatem: tamen ex ritu quoq ipso elucere uel maxime potest. Nihil enim sancta & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat: q̄ solā innocentiam. quam siquis obtulerit deo: satis pie religioseq litauit. Homines autem neglecta iustitia: cū sint omnibus flagitiis ac sceleribus īquinati: religiosos se putāt: si tēpla ac aras hostiarū sanguie cruētauerint. si focos adorauerit ac ueteris uini perfusione madefecerit. Quin etiam sacras dapes apparant: & exquisitas epulas quasi aliquid inde li baturi offerunt. Quicquid aspectu earum quicqd operę aut odore preciosum est: & hęc grata esse diis suis nō ex aliqua diuinitatis ratione quam nesciunt. sed ex suis cupiditatibus iudicāt. nec intelligūt terrenis operibus deū non indigere. Nihil enim sapiunt nisi terrā bonaq & mala solius corporis uoluptate perpendūt. Huius arbitrio ut religionem ponderant: sic totius uitę suę acta disponunt. Et quoniam se semel a coeli contemplatione auerterunt: sensumq illum coelestem corpori mancipauerunt: Libidinibus fręna permittūt tanq̄ secum ablaturi uoluptatē: quam momentis omnibus capere festinant: cum animus ministerio corporis non corpus ministerio animi uti debeat. Iidem maximum bonū iudicant opes: quas si bonis artibus assequi non possunt: malis assequuntur: fraudant rapiunt: spoliant: insidiantur: abiurant. Nihil deniq moderati aut pensi habent: dūmodo auro coruscent argēto. gemmis. uestibus fulgeāt. auidissimo uentri opes ingerāt stipati familiarum gregibus per dimotum populū semp incedāt. sic addicti & seruiētes uoluptatibus ui uigoreq mentis extingunt. & cū uiuere se maxime putāt: ad mortē concitatissime properant. Nam sicut in secūdo libro docuimus. coeli ratio in animo: terrę autem in corpore est. quia bona negligunt animi. corporis appetūt: in tenebris ac morte uersantur. quę sūt terrę atq corporis. quia uita & lumen de coelo est. cuius quoniā expertes sūt corpori seruiendo: longe absunt ab intellectu rerum diuinarum. Eadem miseros ubiq cęcitas premit. sicut qui sit uersus deus: ita qui sit uerus cultor: ignorant.

Capit. ii. Quod deus nec esurit nec sitit nec in tenebris est. ut ei oporteat hostias immolari: aut uina offerri uel lumina. Et quare hęc offerant diis gētiū qui fidē rectā & ueram innocentiā offerre nesciunt: in qbus consistit dei cultus. Et q intra omnia quę ad cultum dei pertinent: pręstantissimum est: hoīes ad ueritatem & iustitiā erudire: Et quare nolit ab elemētis incipere.

Mactant igitur opimas ac pingues hostias deo quasi esurienti profundunt uina tanq̄ sitienti. Accendūt lumina uelut in tenebris agēti. Quod si suspicari aut percipere animo possent: quę sint bona illa cęlestia: quorum magnitudinē terreno adhuc corpore obuoluti sesu capere non possumus: ia m scēū his officiis manibus stultissimos esse cognoscant. uelsi cęleste lumen quod dicimus solem contemplari uelint: iam sentiant: q̄ non indigeat lucernis eorum deus. qui ipse in usum hominis tam candidā lucē dedit. Et tamen cum in tam paruo circulo qui propter longinquitatem non amplius q̄ humani capitis uidetur habere mensuram tātum sit fulgoris: ut eum mortalium luminū acies non queat cōtueri. Et si paulisper intēderis oculos caligo ac tenebre consequant̄. Quid tādē luminis quid claritatis apud ipsum deum penes quem nulla nox est: esse arbitremur: qui hanc ipsam lucem sic moderatus est: ut neq nimio fulgore: neq calore uehementi noceret animantibus. tantumq illarum rerum dedit ei: quantum mortalia corpa pati possūt. Aut frugū maturitas postularet! Num igitur mentis suę compos putandus est: qui authori & datori luminis candelarum ac cerarum lumen offert pro munere. Aliud uero ille a nobis exigit lumen. & quidem non fumidum: sed ut ait Poeta liquidum atq clarum: mentis scilicet propter quod a Poetis phanetes nuncupatur: quod exhibere non potest: nisi qui deū agnouerit. Illorū aūt dii quia terreni sunt: egēt luminibus ne in tenebris sint. quorū cultores qa cęleste nihil sapiūt: etiam religiones quibus deseruiunt: ad terram reuocant.

In ea eni lumine opus est: quia ratio eius & natura tene=
brosa est. Itaq dis non coelestem sensum sed humanum
potius attribuūt. Ideoq illis necessaria & grata credūt eē
quę nobis qbus aut esurientibus opus est cybo. aut sitiē
tibus potu: aut ueste algentibus. aut cum sol decesserit
lumine: ut uidere possimus. Nullis igitur ex rebus tam
probari & itelligi potest deos ipsos cū aliquādo uixerit:
mortuos esse: q̄ ex ipso ritu qui est totus e terra. Quid enī
cęlestis in se boni potest habere pecudum sanguis effusus
quo aras iquinātīnisi forte deos existimāt eo uesci: quod
homines aspernantur attingere! Et quisquis illis hanc sa=
ginam pręstiterit: quāuis ille grassator adulter ueneficus
parricida sit: beatus ac foelix erit. Hunc diligunt. hunc
tuentur. huic omnia quę optauerit: pręstant. Merito ergo
Persius huiuscemodi superstitiōes suo more deridet.
Qui tu inquit mercede deorum.
Emeris auriculas pulmone & lactibus unctis. Sentiebat
uidelicet non carne opus esse ad placandam cęlestem ma=
iestatem: sed mēte sancta & iusto animo & pectore. ut ipse
ait: quod naturali sit honestate generosum. Hęc est religio
cęlestis non quę cōstat ex rebus corruptis sed uirtutibus
animi: qui oritͤ e coelo. Hic uerus cultus est: in quo mens
colētis seipsā deo immaculatam uictimam sistit. Id aūt
ipsum quomodo consequendum quomodo pręstādum
sit: docebit huius libri disputatio. Nihil enim tā pręclarū
hominiq conueniens potest esse: q̄m erudire homines ad
iustitiam. Apud Ciceronem Catulus in hortensio philoso
phiam rebus omnibus pręferens: malle se dicit: uel unum
paruum de officio libellū: q̄ longam orationē ꝓ seditioso
homine Cornelio. Quę sententia nō utiq Catuli: q fortasse
illud non dixit: sed Ciceronis est putanda. qui scripsit:
credo: ut libellos quos de officiis erat scripturus: com=
mendaret. in quibus ipsis nihil esse testatur in omni phi=
losophia melius & fructuosius: q̄ pcępta uitę dare. Quod
si hoc illi faciunt: quibus non est ueritas cognita: quanto
magis nos facere debemus: qui a deo eruditi & illuminati
possumus uera precipere nec tamen sic docebimus: ut q̄si

prima uirtutis elementa tradamus: quod est infimū. sed tanq̄ docendum susceperimus eum: qui apud illos iam perfectus uideatur. Manētibus enim pręceptis eorū quę solēt ad probitatem recte dare: ignota illis superstruemus ad perficiendam consummandamq; iustitiam: quam non tenent. Ea uero quę possunt cum illis esse communia prętermittam: ne quid ab his uidear mutuari: quorū errores coarguere atq; aperire decreuerim.

¶ Cap. iii. ¶ De duabus uiis quarum altera uirtutum altera uitiorū est: quę in littera pythagorica figurant̄. & fidelius tractant̄ a Christianis q̄ a Philosophis. Et de duobus ducibus uiarum.

DVę sunt uię per quas humanam uitam progredi necesse est. scilicet Vna quę in coelū ferat. Altera quę ad inferos deprimat: quas & Poetę in carminibus: & Philosophi in disputationibus suis induxerunt. Et quidem alteram uirtutum esse uoluerunt. alteram uitiorum. eāq; quę sit assignata uirtutibus: primo aditu esse arduam & confragosam in qua siquis difficultate superata in sūmū eius euaserit: habere eum de cętero planum iter: amenūq; campum. & omnes laborum suorum capere fructus uberes atq; iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit: eos in eam uitiorum uiam labi atq; deflectere: quę primo ingressu sit q̄si amęna: multoq; tristior. deinde cum in eam paulo ulterius processerint: amęnitatis eius speciem repente subduci. exoriri autem uiam pręcipitem nunc saxis asperam: nunc obductam sentibus: nunc gurgitibus intercisam: uel torrentibus lapideam: ut laborare hęrere. labi. cadere. sit necesse. Quę omnia eo proferuntur: ut appareat in uirtutibus capiendis: labores esse maximos: in perceptis autem maximos fructus. & solidas atq; icorruptas uoluptates. Vitia uero quibusdā delenimētis naturalibus illicere animos hominū: & inaniū iucūditat̄ specie captos: ad acerbas amaritudies miseriasq; pducere

Sapiens prorsus disputatio: si uirtutem ipsarum formas atq; terminos sciret non enim didicerant: uel quę sint uel quid eas mercedis a deo maneat. quod nos his duobus libris docebimus. Si uero quia ignorabant: aut dubitabāt animas hominum immortales esse: & uirtutes & uitia terrenis bonoribus aut poenis ęstimauerūt. Omnis ergo hęc de duabus uiis disputatio: ad frugalitatem ac luxuriam spectat. Dicunt enim humanę uitę cursum .y. littere similē q; unusquisq; hominum cum primum adolescētię limen attigerit: & in eum locum uenerit: ubi se uia findit ī ābas hęreat nutabundus. ac nesciat: in quam se partem potius inclinet. Si ducem nactus fuerit: qui dirigat ad meliora titubantem: hoc est si aut philosophiam didicerit: aut eloquentiam: aut aliquid honestę artis quo euadat ad boni frugē: quod fieri sine labore maximo non potest: Honestā ac copiosam uitam disputant peracturū. Si uero doctorē frugalitatis non inuenerit: ad sinistram uiam quę meliorē speciem mentiatur: incedere. id est: desidię luxurię. iertięq; se tradere: quę suauia quidem uidentur ad tempus: uera bona ignoranti. Post autem amissa omni dignitate ac refamiliari in omnibus miseriis ignominiaq; uicturum. Ad corpus ergo & ad hanc uitam quam in terra ducimus: fines earum uiarum retulerunt. Poetę fortasse melius qui biuium hoc apud inferos esse uoluerūt. sed in eo fallunt quia eas uias mortuis proposuerūt. Vtriq; ergo uere: sed tamen utriq; non recte quia oportuit uias ipsas ad uitā: fines earū ad mortem referri. Nos igitur melius & uerius quia duas istas uias coeli & inferorum esse dicimus: quia iustis immortalitas: iniustis poena ęterna proposita est. Quomodo autem uię istę uel in coelum tollant: uel ad inferna pręcipitent: explicabo. & aperiam: quę sint uirtutes quas Philosophi nescierunt. tum etiā quę sint earū pmia simul etiam quę sint uitia: quę ue eorum supplicia: monstrabo. Nam fortasse aliquis expectet: ut separatim de uitiis ac uirtutibus dicam: cum de bono ac malo differentibus nobis etiam quod est contrarium: possit intelligi. Siue enim uirtutes inferas: uitia sponte decedent.

siue uitia eximas: uirtutes ultro subibunt. sic bonorũ ac malorum constituta natura est: ut se inuicem semper op pugnent: semper expellant. ita fit: ut neq̃ uitia retrahi sine uirtutibus possit: nec uirtutes iseri sine detractiõe uitiorum. Has igit̃ uias lõge aliter inducimus: q̃ a Philosophis induci soleãt. Primũ: quod utrãq̃ propositũ esse dicimus ducem: utrũq̃ immortalem. sed alterum bonoratũ qui uirtutibus ac bonis sit pr̨ditus. Alterum damnatum q̃ uitiis ac malis. Illi autem in dexteriore tantũ uia ducem ponunt: neq̃ unum neq̃ perpetuum. Siquidẽ quemlibet doctorẽ bon̨ artis inducunt. quia desidia reuocet hoĩes: & frugi esse doceat. Sed neq̃ ingredi faciunt in eam uiam nisi pueros & adolescentes. uidelicet q̃ artes discantur in his ̨tatibus. Nos autẽ omnis sexus & generis & ̨tatis in hoc c̨leste iter iducimus: quia deus qui eius uį dux est: immortalitat̨m nulli homini nato negat. Forma quoq̃ uiarum ipsarum non ita est: ut illi putauerunt. Quid enĩ opus ẽ. y. litter̃a i rebus cõtrariis atq̃ diuersis? Sed altera illa melior conuersa est ad solis ortum: altera illa deterior ad occasum. quoniam qui ueritatem ac iustitiam sequit̃: is accepto immortalitatis proemio: peremni luce potieẽ. qui autem ab illo malo duce illectus pr̨tulerit uitia uirtutibus: mẽdaciũ ueritati: necesse ẽ ad occasũ & tenebras deferatur. Describam igitur utranq̃. & earũ proprietates habitusq̃ monstrabo.

Cap. iiii. De uia uirtutis qų in Elysios campos deducere dicit̃ & uitiorũ qų ad impia tartara ducit. & ducibus utriusq̃.

VNa est igitur uirtutis ac bonorum uia: qų fert in Elysios campos ut Poet̨ loquuntur. sed ad ipsam mundi arcem. At leua malorum Exercet poenas: & ad impia tartara mittit. Est enĩ criminatoris illius: q̃ prauis religionibus institutis auertit homines ab itinere c̨lesti. & in uiam perditionis inducit. cuius uį species & figura sic est cõposita in aspectu: ut plana & patens omni

genere florū atq fructuum delectabilis esse uideatur. In ea enī posuit deus omnia quę pro bonis habent̄ in terra: opulentiā dico: honorem: quietē: uoluptatē: illecebras oēs sed cum his pariter iniustitiam: crudelitatem superbiam: pfidiā. libidinē: cupiditatē: discordiā: ignorātiā: mēdaciū: stultitiā: cęteraq uitia. Exitus aūt talis est uię. Cū uentū fuerit ad extremū: unde iā regredi non licet: cū omni sua pulchritudine tā subito pręcidit̄: ut nō ante qs fraudem prospicere possit: q̄ precipitatus in altitudinem profūdā cadat. Quisquis eni pręsentiū bonorum specie captus: & in his consequendis ac fruēdis occupatus: nō pręuiderit ea: quę post mortem secutura sunt: seq̄ a deo auerterit: is uero ad inferos deiectus in ęternā damnabitur poenā. Via ergo illa cęlestis difficilis & cliuosa ꝓposita ē: uel spinis horrentibus aspera: uel saxis extantibus impedita: ut cum summo labore ac pedum tritu: cūq magna cadendi sollicitudine sit cuiq gradiendum. in hac posuit iustitiam temperantiā: patientiā: fidē: castitatē: abstinentiā: cōcordiā scientiā: ueritatē: sapientiā: cęterasq uirtutes. sed simul cū his paupertatē: ignominiā: laborem: dolorē: amaritudines oēs. Quisqs eni spem suā porrexerit lōgius: & meliora maluerit: carebit his terrę bonis: ut expeditus ac leuis difficultatē uię superet. Nec enim potest qui se apparatu regio circūdederit: aut diuitiis onerauerit: angustias illas uel ingredi: uel tenere. Vnde intelligitur iccirco malis & iniustis facilius prouenire: quę cupiant: quia prona & decliuis est eorū uia. bonis aūt quę optēt: difficile ꝓcedere: quia difficili & arduo itinere gradiūtur. Iustus ergo qm̄ durum asperumq iter ingressus est: contemptui: derisui: odio sit necesse est. Omnes enim quos cupiditas aut uoluptas precipites trahit: inuident ei: qui uirtute capere potuit. & inique ferunt id habere aliquem: quod ipsi non habēt. Erit itaq paup humilis ignobilis. subiectus iniurię & tamen omnia quę amara sunt: perferens. Et si patientiā iugem ad summū illū gradum finemq perduxerit: dabit̄ ei corona uirtutis. & a deo pro laboribus quos in uita propter iustitiam pertulit: immortalitate donabitur.

Hę sunt uię quas deus humanę uitę assignauit. in quibus singulis & bona ostendit & mala : sed ordine prępostero atq; conuerso. In unā enim monstrauit temporalia prius mala cū ęternis bonis qui est ordo melior. in altera tēporalia prius bona cū ęternis malis. qui est ordo deterior: ut quicūq; presentia mala cum iustitia delegerit : maiora & certiora bona consequatur: q̄m fuerunt illa quę spreuit. Quisquis autem pręsentia bona pręposuerit iustitię : in maiora & longiora incidet mala : q̄ fuerūt illa quę fugit. Hęc enim uita temporalis quia breuis est: iccirco & bona eius & mala breuia sint: necesse ē. Illa uero spiritualis quę huic terrenę contraria est: qa sempiterna ē: iccirco & bona eius & mala sempiterna sunt. Ita fit: ut & bonis breuibus mala ęterna: & malis breuibus bona ęterna succedāt. Itaq; cū simul proposita sint homini bona: & mala: cōsiderare unūquenq; secū decet: quāto satius sit pro ppetuis bonis mala breuia pēsare: q̄ pro breuibus & caducis bonis mala perpetua sustinere Nā sicut ī hoc sęculo cū est propositū cū hoste certamen: prius laborandū est. ut sis postmodū in ocio: esuriēdū sitiendū: Aestus frigora perferēda humi quiescēdū: uigilāndū: periclitādū est: ut saluis pignoribus: & domo & re familiari: & omībus pacis ac uictorię bonis perfrui possis. Sin aūt pręsens ociū malueris: q̄ laborem: malū tibi maximū facias necesse est: Pręoccupabit enī aduersarius non resistentē. uastabunt agri: deripiet̄ domus. in prędā uxor ac liberi uenient. ipsi interficiere ac rapiere: quę omnia ne accidāt: pręsens cōmodū differendū est: ut maius longiūsq; rapiat̄: Sic in omni hac uita : quia nobis aduersariū deus reseruauit: ut possemus capere uirtutē: omittēda ē pręsēs uoluptas: ne hostis opprimat. uigilādū stationes agēdę: militares expeditiones obeūdę: fundēdus ad ultimū cruor. Omnia denicq; amara & grauia patienter ferenda : eo quidem promptius : quo nobis Imperator noster deus pręmia pro laboribus ęterna cōstituit. & cū in hac terrena militia tantum homines laboris exhauriant: aut ea sibi pareant quę possunt eodem modo perire : quo parta sunt: certe nobis nullus labor est recusādus:

quo id acquirat quod nullo modo possit amitti. Voluit enim deus qui homines ad hanc militiã genuit: expeditos i acie stare. & attẽtis acriter animis ad unius uel inuisibilis hostis isidias: uel apertos impetus uigilare: qui nos sicut periti & exercitati duces solent: uariis artibus captat pro cuiusq; natura & moribus sęuiens. Aliis enim cupiditatẽ insatiabilem immittit: ut opibus suis tanq̃ compedibus alligatos a uia ueritatis excutiat. Alios inflammat irę stimulis: ut ad nocendũ potius intentos a dei contẽplatiõe detorqueat. Alios immoderatis libidinibus immergit: ut uoluptati & corpori seruientes: ad uirtutem respicere nõ possint. Aliis uero inspirat inuidiam: ut suis ipsi tormẽtis occupati: nihil aliud cogitent: nisi eorum quos oderint: foelicitatem. Alios inflammat ambitionibus. Ii sunt qui ad gerendos magistratus: omnem uitę suę operam curãq; conuertunt: ut fastos signent: & annis nomen imponant. Quorundam cupiditas tendit altius: non ut prouintias temporali gladio regant: sed ut infinita & perpetua potestate dominos se dici uelint uniuersi generis humani. Quos autẽ pios uiderit: inanibus implicat religionibus: ut impios faciat. Iis uero q̃ sapientiã quęrit: philosophiã i oculos ipingit: ut specie lucis excęcet ne q̃s cõprehẽdat aut teneat ueritatẽ. Sic oibus obstruxit aditus oẽs. & obsepsit oẽs uias publicis latas erroribus. q̃s ut discutere possemus: ipsũq; authorẽ malorũ uicere: illuminauit nos deus & armauit uera cęlestiq; uirtute. de q̃ mihi nunc differendum est.

¶ Capit. v. ¶ De falsa definitione philosophię quã authore Lucillio posuerũt Philosophi & uera differentia scientię & uirtutis.

Sed priusq̃ singulas uirtutes exponere incipiam: determinanda est ipsa uirtus: quam Philosophi non recte definierunt: quid esset: aut in quibus rebus: quid operis: quid habeat officii. Nomen itaque solum retinuerunt. Vim uero & effectum & rationem perdiderunt. Quęcunq; autẽ in definitione uirtutis solẽt dicere: paucis

uersibus colligit & enumerat Lucillius. quos malo eqdē ponere. ne dum multorum sententias refello: sim longior q̄ necesse est.
Virtus Albine est: precium persoluere uerum:
Quis inuersamur. quis uiuimus rebus potesse.
Virtus est homini scire id : quod quęq; habeat res:
Virtus scire homini rectum: utile: quid sit honestum.
Quę bona quę mala. Item quid inutile: turpe: inhonestū.
Virtus quęrendę rei finem scire: modumq;.
Virtus diuitiis: prēmiū persoluere posse.
Virtus id dare: quod re ipsa debetur honori.
Hostem esse atq; inimicum hominū morūq; malorū
Contra defensorem hominū: morūq; bonorum.
Hos magnificare: his bene uelle: his uiuere amicum.
Commoda pręterea patriai prima putare.
Deinde parentū: tertia iam postremaq; nostra.
Ab his definitionibus quas Poeta breuiter comprehēdit. M. Tullius traxit officia uiuēdi: Panętiū Stoicū secutus: eaq; tribus uoluminibus inclusit. Hęc autem q̄ falsa sine mox uidebimus ut appareat quātū nobis dignatio diuia contulerit. quę nobis apperuit ueritatem. Virtutem esse dixit: scire quid sit bonum & malum. quid turpe : quid honestū: quid utile. quid minus breuiusq; facere potuit: si tantū bonū ac malū diceret quia nihil potest esse utile uel honestū: quod nō idē bonū sit. Nihil inutile ac turpe quod nō idem malū sit. Quod & Philosophis uidetur: & idem. Cicero in tertio supradicti operis libro ostendit. Verum scientia non potest esse uirtus: quia nō est uirtus in nobis. sed ad nos extrinsecus uenit. Quod autē trāsire ab altero ad alterū potest: uirtus non est : quia intus sua cuiq; est. Scientia igitur alieni beneficii est: quia posita est in audiendo. Virtus tota nostra est. quia posita est in uoluntate faciēdi bona. Sicut ergo in itinere cęlebrando nihil prodest uiā nosse. nisi conatus ac uires suppeditēt ambulādi: ita ueri sciētia nihil prodest: si uirtus ,ppria deficiat. Nā fere etiā ii qui peccant: & si non perfecte: tamē quid sit bonum & malum sentiunt. Et quotiens aliquid improbe

faciunt: peccare se sciunt. & ideo celare nituntur. sed cum eos boni & mali natura nõ fallat: cupiditate mala uincũtur: ut peccent. qa deest illis uirtus. id est cupiditas recta & bonesta faciendi. Ex hoc igit apparet aliud esse sciẽtiã boni maliq;: aliud uirtutem. quia potest esse scientia sine uirtute sicut in plurimis Philosophorum fuit. In quo quoniam recte ad culpam pertinet: nõ fecisse quę scieris: recte uoluntas praua & uitiosus animus quem excusare ignoratio non potest. punietur. Ergo sicut uirtus nõ est: bonum ac malum scire: ita uirtus est: bonũ facere: malũ non facere. Et tamen scientia sic cum uirtute coniuncta est: ut scientia pręcedat uirtutẽ: uirtus sequatur scientiã. qa nihil pdest cognitio: nisi & actio subsequat. Horacius ergo paulo melius definiuit.

Virtus est uitium fugere. & sapientia prima.

Sed inepte: quia eam contrario terminauit: ut si diceret: bonum est: quod malum nõ est. Cũ enim quid sit uirtus nescio: ne uitium quidem quid sit: scio. Vtrunq; igitur indiget definitione: quia natura rei talis est: ut utrũq; aut intelligi aut nõ intelligi sit necesse. Verum nos faciamus: quod ille debuit. Virtus est iram cohibere. cupiditatem compescere: libidinem refrenare. Id est enim uitiũ fugere Nam fere omnia quę fiunt iniuste atq; improbe: ab his oriuntur affectibus. Si enim commotionis huius quę ira dicitur: impetus retundatur: omnes hominũ contentiões male sopientur. nemo insidiabitur: nemo prosiliet ad nocendum. Item si cupiditas temperetur: nemo terra mariq; grassabit. nemo exercitũ ducet: ut rapiat: & uastet aliena. Item si ardor libidinum comprimat: omnis ętas & sexus retinebit suam sanctitatem. Nemo quicq̃ putendum aut patietur: aut faciet. ergo uniuersa scelera & flagitia his cõmotionibus uirtute sedatis: ex hominum uita moribusq; tollentur. Quę sedatio commotionum & affectuum hanc habet rationem: ut omnia recta faciamus. Omne igitur uirtutis officium: est nõ peccare. quo profecto fungi nõ põt: q deũ nescit. qm ignoratio eius a quo bona oriunt: imprudẽter impingit in uitia necesse est. Itaq; ut breuius

& significantius utriusq; rei summa officia determinem: scientia est deum nosse. uirtus colere. in illo sapientia: in hoc iustitia continetur.

Cap. vi. Quod philosophi nesciuerũt quid esset bonum aut malum. quia fontem boni lucidũ nesciebant. nec intellexerunt quis debeat rerum & operum finis esse. & quomõ constet Lucillium falso definiuisse uirtutis officia.

Dixi quod erat primũ: scientiã boni nõ esse uirtutẽ. deinde quid sit uirtus: & in quo sit. sequitur ut id quoq; ipsum quid sit bonum: & malum: nescisse philosophos breuiter ostendam. quia pene declaratum est libro tertio: cum de summo bono disputarẽ. Qui autem quid esset summũ bonum nescierunt: & in cęteris bonis malis ue quę summa non sunt: errauerint: necesse est. quod non potest uero iuditio examinare: qui fontẽ ipsum nõ tenet. unde illa descendunt. Fons autem bonorum deus est: malorum uero ille scilicet diuini nominis semper inimicus: de quo sępe diximus. Ab his duobus principiis bona malaq; oriuntur. Quę ueniunt a deo hanc habent rationẽ ut immortalitatem parẽt: quod est summũ bonum. Quę aũt ab illo altero: id habẽt officiũ ut a cęlestibus auocatũ terrenisq; demersum: ad poenam interficiant sempiternã: quod est summum malum. Non igitur dubium est: quin omnes illi: quid esset bonum & malum ignorauerint: qui nec deum nec aduersarium eius scierit. Itaq; finẽ bonorũ ad corpus & ad hanc breuẽ uitã retulerũt. quod scilicet solui & occidere necesse est: non sunt progressi ulterius. sed omnia pręcepta: ut omnia quę inducunt, bona: terrę inhęrent. & humi iacent. quoniã simul cũ corpore quod est terra: moriuntur. pertinent enim nõ ad uitam hominis comparandã. sed ad quęrẽdas uel augẽdas opes: honores: gloriam: potẽtiam. quę sunt uniuersa mortalia tã scilicet q̃ ille qui ut ea sibi cõtingerẽt: laborauit. Hic est illud. Virtus quęrendę rei finem scire modumq;.

Precipiũt eni q̃bus modis & q̃bus artibus res familiaris quęrenda sit.quia uidẽt male queri solere.Sed huiusmodi uirtus nõ est proposita sapiẽti. Nec enim est uirtus opes quęrere : quarũ neq̧ inuentio neq̧ possessio in nostra potestate est.Itaq̧ & quęstu & obtentu faciliores sũt malis q̧ bonis.Nõ potest ergo uirtus esse in his rebus quęrendis: in quarũ contemptu uis ac ratio uirtutis apparet.nec ad ea ipsa trãsfugiet: quę magno ac excęlso animo calcare ac proterere gestit.neq̧ fas est animã cęlestibus itentã bonis: ut hęc fragilia sibi cõparet:ab immortalibus suis opibus auocari.sed potissimũ in his rebus comparandis uirtutis ratio cõsistit:quas nobis nec homo ullus ; nec mors ipsa possit auferre.cũ hęc ita se habeant: illud quod sequitur: uerum est.

Virtus diuitiis precium persoluere posse.

Qui uersus idem fere significat:quod primi duo sed neq̧ ipse neq̧ quisq̃ Philosophorũ scire potuit: preciũ ipsum uel quale uel quod sit. Idẽ enim Poetę & illi omẽs quos sequutus est putauerunt recte opibus uti. hoc est frugi esse:non instruere cõuiuia sumptuose. nec largiri temere nõ effundere in res superuacuas aut turpes rem familiarẽ Dicet aliq̃s fortasse:Quid tu? Negas ne hanc esse ueritatẽ: Non equidẽ nego. contraria eni uideor probare : si negẽ. sed uerã nego.quia nõ sit illa cęlestis sed tota terrena.quãdoquidẽ nihil efficit : nisi quod remaneat in terra. Quid sit autem recte opibus uti & qui sit ex diuitiis fructus petendus: declarabo apertius:cum de pietatis officio loqui cępero. Iam cętera quę sequunẽ nullo modo uera sũt.Nã improbis inimicitias indicere:aut bonorum defensionem suscipere : potest cum malis esse commune. Quidã enim probitate ficta uiam sibi ad potentiam muniunt.faciũtq̧ multa quę boni solent.eo quidem promptius: q̧ fallendi gratia faciunt.Vtrũq̧ tam facile esset pręstare:q̃ facile est simulare bonitatem.Sed hi cum esse cęperint propositi ac uoti sui compotes:& summũ potentię gradum coeperit: tũ uero simulatiõe deposita mores suos detegũt. rapiũt. omnia.uiolant.& uexant. eosq̧ ipsos bonos quorũ causã

susceperant:insequuntur.& gradus per quos ascenderũt: amputant. ne quis illos contra ipsos possit imitari. Verũ tamen putemus hoc officium nõ nisi boni esse: ut bonos defendant. at id suscipere facile est. implere difficile. quia cum te certamini congressioniq; commiseris : in arbitrio dei non tuo posita uictoria est. Et plerunq; improbi & numero & conspiratione sunt potẽtiores q̃ boni. ut ad eos superandos non tam uirtus sit q̃ foelicitas necessaria. An aliquis ignorat quotiens melior iustiorq; pars uicta sit? Hinc semper damnationes acerbę in ciues extitterũt. Plena est exemplis omnis historia: sed nos contẽti erimus uno. Cn. Pompeius bonorum uoluit esse defensor. siquidẽ pro republica pro Senatu pro libertate: arma suscepit. Idem tamen uictus cũ ipsa libertate occiditur: & a spadonibus Egyptus detrũcatus insepultus abiectus est. Nõ est igiẽ uirtus aut hostem malorum : aut defensorẽ bonorũ esse. quia uirtus in certis casibus non potest esse subiecta.

Commoda preterea patriai prima putare.

Sublata hominũ concordia uirtus nulla est omnino. quę sũt enim patrię commoda nisi alterius ciuitatis aut gẽtis incommoda? Id est fines propagare aliis uiolẽter ereptos augere imperiũ. uectigalia facere meliora. Quę omnia nõ utiq; uirtutes: sed uirtutum sũt euersiones. In primis enĩ tollitur humanę societatis coniunctio. tollitur innocentia tollitur alieni abstinentia. tollitur deniq; ipsa iustitia: quę discidium generis humani facere non potest. & ubicunq; arma fulserint: hinc eam fugari & exterminari necesse est. Verum est Ciceronis illud : Qui autem ciuium rationem dicunt habendam: externorum negant: dirimunt ii cõmunem generis humani societatem: qua sublata: beneficentia liberalitas iustitia funditus tollitur. Nam quomõ potest iustus esse q nocet. qui odit qui spoliat. qui occidit? Quę omnia faciunt: qui patrię prodesse nituntur. Id enim ipsũ prodesse quid sit: ignorant : qui nihil putant utile : nihil commodum: nisi quod teneri manu potest: quod solum teneri nõ potest: q̃a eripi potest. Hęc itaq; ut ipsi appellant bona: q̃squis patrię acq̃sierit: hoc est q̃ euersis ciuitatibus

gentibusque deletis erarium pecunia referserit: agros ceperit: ciues suos locupletiores fecerit: hic laudibus fert̃ i coelũ hec putatur summa & perfecta esse uirtus. Qui error non modo populi & imperitorum sed etiam Philosophorum est. qui precepta quoque dant ad iustitiã: ne stultitie ac malitie disciplineque authoritas desit. Itaque cum de officiis ad rem militarem pertinentibus disputent: neque ad iustitiã neque ad ueram uirtutem commodatur illa omnis oratio. sed ad hanc uitam moremque ciuilem: quem nõ esse iustitiã & res indicat: & ipse Cicero testatus est. Sed nos inqt ueri iuris germaneque iusticie solidam & expressam effigiẽ nullã tenemus. Vmbra & imaginibus utimur. easque ipsas utinã sequeremur: feruntur enim ab optimis nature ac uirtutis exemplis. Vmbra est igitur & imago iustitie: quam illi iustitiam putauerunt. Quid sapientiã? Nonne idẽ confitet̃ in Philosophis esse nullam? Aut cum Fabritius inquit aut Aristites iustus nominatur: aut ab illis fortitudinis: aut ab hoc iustitie tanq̃ a sapiẽte petitur exemplũ. Nemo enim horum sic sapiens: ut sapientem uolumus intelligi. Nec hi qui sapientes habiti & nominati. M. Cato. Catulus Lelius sapientes fuerunt Ne illi quidem septẽ; sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quandam gerebãt speciemque sapientie. Si ergo & Philosophis ipsorũ confessione. adẽpta sapientia est: & iis qui iusti habiti sũt: adẽpta iustitia est: Omnis igitur ille uirtutis descriptiões false sint: necesse est: quia que sit uera uirtus scire nõ põt: nisi iustus ac sapiens. Iustus autẽ ac sapiens nemo est: nisi quem dominus preceptis celestibus erudiuit.

Capitulum. vii. Quod in uia erroris est species sapientie & uirtutis. Et quod uia ueritatis & sapiẽtie ẽ siplex & angusta & ardua & deum habet ducem.

Nam illi omnes qui per aliorum confessam stultitiã sapiẽtes existimant̃: specie uirtutis inducti umbras & imagines apprehendunt nihil uerũ. Quod ea fit ratiõe:

quoniam uia illa ut mendax: quę fert ad occasum: multos tramites habet. propter studiorum & disciplinarũ uarietates: quę sunt in uita hominum dissimiles atqꝫ diuersę. Nam sicut illa uia sapientię habet aliquid simile stultitię quod libro precedente monstrauimus: ita hęc cũ sit tota stultitię: habet aliquid simile sapientię. quod arripiãt ii q stultitiam publicã intelligunt. & ut habet uitia manifesta sic habet aliquid quod simile esse uideaẽ uirtuti. ut habet apertum scelus: sic imaginem quandam speciemqꝫ iustitię. Quomodo enim precursor eius uię cuius uis & potestas omnis in fallendo est: uniuersos in fraudẽ posset inducere: nisi uerisimilia hominibus ostentaret? Deus enim ut immortale illud arcanum eius in aperto esset: posuit in uia sua: quę homines pro malis & turpibus aspernarentur. ut auersi a sapientia & ueritate: quã sine duce illo requirebãt in idipsum inciderent: quod uitare ac fugere cupiebant. Itaqꝫ illam perditionis ac mortis uiã multiplicẽ ostendit: uel qꝫ multa sint genera uitę: uel qꝫ dii multi qui coluñt. Huius dux preuaricator ac subdolus: ut uideaẽ eẽ discrimen aliquod falsi & ueri: mali ac boni. Alia ducit luxu rio sos: alia eos q frugi appellañt. alia imperitos: alia idoctos alia inertes: alia strennuos: alia stultos alia Philosophos. Et eos quidem nõ uno tramite. Illos enim qui aut uoluptates aut diuitias nõ refugiunt: ab hac publica & celebri uia modice segregat. Eos autem qui aut uirtutem sequi uolunt: aut contemptum rerum confitentur per confragosa quędam precipitia trahit. Sed tamen illa omnia itinera quę speciem bonorum ostentant: non sunt alię uię: sed diuerticula & semitę. quę uidentur quidem ab illa cõmuni dextro uersum separari. ad eandem tamen & ad unũ omnes exitum sub ipso fine referuntur. Ibi enim dux ille coniungit omnes: ubi opus fuerat bonos a malis: fortes ab inertibus: sapientes a stultis separari. Deorum scilicet cultu: in quo ille uniuersos qa sine ullo discrimine stulti fuerunt: uno mucrone iugulat & precipitat in mortem. Hęc autem uia quę est ueritatis: & sapientię: & uirtutis & iustitię: quorum omniũ fons unus est: una uis: una sedes:

& simplex est. quod paribus animis summaq; concordia unum sequamur:& colamus deum.& angusta: quoniam pautioribus uirtus data est. & ardua : quoniam ad bonū quod summum & sublime est:nisi cū summa difficultate & labore non potest perueniri.

Capitulum.viii. Quare a Philosophis ueritas inueniri non poterat. nec ab his qui terrenis dediti sunt.sed ab electis in ueniꝰ per legem dei. cui potest Ciceroīs definitio adaptari.

Haec est uia:quam Philosophi quęrunt.sed ideo non inuenīūt: quia in terra potius ubi apparere non potest:quęrunt.Errant ergo uelut in mari magno.nec quo ferantur:intelligunt: quia nec uiam cernunt ; nec ducem sequuntur ullum. Eadem nanq; ratione hanc uitę uiam quęri oportet: qua in alto iter nauibus quęritur. quę nisi aliquod coeli lumen obseruent:in certis cursibus uagant̄ Quisquis autem rectum iter uitę tenere nititur:non terrā debet aspicere sed coelū.& ut apertius loquar:nō hominē sequi debet:sed deum.non his terrestribus simulacris:sed deo seruire coelesti.non ad corpus referri omnia ; sed ad mentem. non huic uitę dare operam : sed ęternę. Itaq; si oculos in coelum semper intendas : & solem qua oritur: obserues:eūq; habeas uitę quasi nauigii ducem :sua spōte in uiam pedes dirigentur. & illud coeleste lumen quod sanis mentibus multo clarius sole est: q̄ hic quē in carne mortali uidemus:sic reget:sic gubernabit : ut ad summū sapientię uirtutisq; portū sine ullo errore perducat.Suscipienda igitur dei lex est: quę nos ad hoc iter dirigat : illa sancta illa coelestis:quā.M.Tullius ī libro de Republica tertio pene diuīa uoce depinxit: cuius ego ne plura dicerem uerba subieci. Est quidē uera lex. recta ratio naturę congruēs:diffusa in omnes:constās:sempiterna:quę uocet ad officiū iubendo: uetando a fraude deterreat. quę tamē neq; probos frustra iubet: aut uetat. nec īprobos iubēdo

aut uetando monet. Huic legi nec propagari fas est: neqꝫ derogari ex hac aliqd licet. neqꝫ tota abrogari potest. nec uero aut per Senatum: aut per Populum solui hac lege possumus. Neqꝫ est querendus explanator: aut interpres eius. Nec erit alia lex Romę: alia Athenis: alia nunc: alia post hanc. sed & omnes gentes & omni tempore una lex & sempiterna & immutabilis continebit. Vnusqꝫ erit communis quasi magister & imperator omniũ deus. Ille legis huius inuentor: disceptator: lator: cui qui non parebit: ipse se fugiet. ac naturam hominis aspernatus. hoc ipso luet maximas poenas: etiam si cętera supplicia quę putãt effugerit. Quis sacramentum dei sciens. tam significanter enarrare legem dei potuisset: quam illam homo longe a ueritatis notitia remotus expressit. Ego uero eos qui uera imprudentes loquuntur: sic habendos puto tanq̃ diuinent spiritu aliquo instincti. Quod si ut legis sanctę uim ratio nemqꝫ peruidit: ita illud quoqꝫ sciset: aut explicasset: in qbus pręceptis lex ipsa cõsisteret: nõ Philosophi functus esset officio: sed Prophętę. quod quia facere ille non poterat: nobis faciẽdum est: quibus ipsa lex tradita est: ab illo uno magistro & Imperatore omnium deo.

¶ Capitulum. ix. ¶ Quod caput religionis & uia ueritatis est deum fideliter noscere & fideliter colere. Et quare diuersę leges sint a gentibus institutę. Et quis sensuũ integritate uigeat. q̃ gratia largit̃ potius q̃ natura.

Cuius legis caput est primum ipsum deũ nosse. soli obtemperare: solum colere. Nõ potest enim rationẽ hominis obtinere. qui parentem animę suę deum nescit. quod est summum nephas. Quę ignoratio facit. ut diis alienis seruiat. quo nihil sceleratius committi potest. Hic procliuis est ad malitiam gradus per ignorãtiam ueri ac singularis boni. quia deus quẽ nosse refugit: fons est ipse bonitatis. uel si iustitiam sequi uolet dei: diuini tamen

iuris ignarus. gentis suę lęges tanq̃ uerum ius amplectit̃.
quas non utiq; iustitia sed utilitas repperit. Cur enim per
omnes populos diuersa & uaria iura sunt condita: nisi q;
unaquęq; gens id sibi sanxit: q̃d putauit rebus suis utile?
Quantum autem a iustitia recedat utilitas: populus ipse
Romanus docet. qui per Feciales bella indicendo: & le-
gittime iniurias faciendo: semperq; aliena cupiendo: atq;
rapiendo: possessionē sibi totius orbis comparauit. Verū
hi se iustos putant: si contra lęges suas nihil faciant. quod
etiam timori ascribi potest: si pręsentiū poenarum metu
sceleribus abstineant. Sed concedamus sane: ut id natura
uel ut ait Philosophus sua sponte faciant: quod lęgibus
facere coguntur. Num iccirco iusti erunt: qui parent in-
stitutis hominum? qui & ipsi aut errare: aut iniusti esse
potuerunt? Sicut illi duodecim tabularum conditores.
qui publicę utilitati pro cōditione temporum seruierūt.
Aliud est igitur ciuile ius: quod pro moribus ubiq; ua-
riatur. Aliud est uera iustitia: quā uniformē ac simplicē
proposuit omnibus deus. quē qui ignorat: & ipsam iusti
tiam ignoret: necesse est. Sed putemus fieri posse: ut aliq̄s
naturali & ingenito bono ueras uirtutes capiat: qualem
fuisse Timonē Athenis accepimus: qui & egentibus stipē
dedit: & pauperes inuitauit. & nudos induit. tamen cum
illud unum quod est maximum: deest agnitio dei iā illa
bona omnia superuacua sunt & inania: ut frustra in his
assequendis laborauerit. Omnis enim iustitia eius similis
est humano corpori caput non habenti: in quo tametsi
membra omnia & locis suis constent: & figura & habitu
dine. tamē quoniam deest id: quod est omniū principale.
& uita & omni sensu caret. Itaq; membra illa formam tan
tummodo membrorum habent. usum non habent. tam
scilicet q̃ caput sine corpore cui similis est: qui cum deū
nō ignoret: uiuit iniuste. Id eni solū habet q̃d est summū
sed frustra: quoniam uirtutibus tanq̃ mēbris caret: Itaq;
ut sit uiuum ac sensibile corpus: & agnitio dei necessaria
est quasi caput. & uirtutes oēs quasi corpus ita fiet homo
perfectus ac uiuus. sed tamen summa omnis in capite est.

quod quãuis constare non possit sine omnibus: sine qui-
busdã tamen potest. Et erit quidem animal uitiosum ac
debile. sed tamen uiuet. sicut & iis qui deum nouit. & in
aliqua re peccat. dat enim peccatis ueniam deus. Itaqꝫ sine
membris aliquibus uiui potest. sine capite nullo modo.
Hęc res efficit: ut Philosophi etiam si natura boni sunt:
tamen nihil sciant: nihil sapiant. Omnis doctrina & uirtus
eorum sine capite est: quia deum nesciũt: qui est uirtutis
ac doctrinę caput. quem qui agnoscit: licet uideat: cęcus
est. licet audiat: surdus. licet loquatur: elinguis est. Cum
uero conditorem rerum parentemque cognouerit: tunc
& uidebit: & audiet: & loquetur. Habere enim caput cępit
in quo sunt sensus omnes collocati. hoc est oculi auris &
lĩgua. Nam profecto is uidet: qui ueritatem in qua deus
est: uel deũ in quo ueritas est: oculis cordis aspexerit. Is
audit: qui diuinas uoces ac pręcepta uitalia pectori suo
affigit. Is loquitur: qui cęlestia differens: uirtutem ac ma
iestatem dei singularis enarrat. Quare nõ est dubiũ quin
impius sit: quisqꝫ deũ non agnouerit: omnesqꝫ uirtutes
eius quas habere aut tenere se putat: in illa mortifera uia
reperiuntur: quę est tota tenebrarũ. Quapropter nihil est
ꝙ aliquis sibi gratuletur: si has inanes uirtutes adeptus
est: quia non tantum miser qui bonis pręsentibus careat:
sed etiã stultus sit necesse est: ꝗ labores in uita sua maxios
suscipiat incassum. Nã dẽpta spe immortalitatis quã deus
pollicetur in sua religione uẽrsantibus: cuius assequendę
gratia uirtus appetenda est: & quicqd malorũ acciderit:
perferendũ est: Maxima erit ꝓfecto uanitas: obsequi uelle
uirtutibus: quę frustra homini calamites afferũt & labo-
res. Nam si uirtus est: egestatem: exsiliũ: dolorem: mortẽqꝫ
quę timent̃ a cęteris pati fortiter ac subire: quid tandem
boni in se habet: Cur eã Philosophi propter seipsam dicãt
expetendam. Nimirum superuacuis & inanibus poenis
delectantur. quibus licet agere tranquille. Si enĩ mortales
sũt anĩmę: si uirtus dissoluto corpe nihil futura est: quid
fugimus attributa nobis bona. ꝗsi aut ingrati aut idigni
ꝗ diuinis muneribus pfruamur: Quę bona ut habeamus

scelerate impieq; uiuendū est quia uirtutem idest iustitiā paupertas sequit̃. Sanus igitur nō est: qui nulla spe maiori proposita: his bonis quibus ceteri utunt̃ in uita: labores & cruciatus & miserias ãteponat. Si autē uirtus ut ab his rectissime dicit̃: capescenda est: quia constet ad eam nasci hominē subesse debet spes aliqua maior. quę malorum & laborū quos pferre uirtutis est: magnū afferat pręclarūq; solatium. Nec aliter uirtus cū per se dura sit: haberi pro bono potest: q̄ si acerbitatē suā maximo bono pēset. Aeq; non aliter his bonis pręsentibus abstinendū est: q̄ si sint aliqua maiora: propter quę tāti sit & uoluptates omittere & mala omnia sustinere. Ea uero nulla sūt dona alia ut in tertio docui: nisi perpetue uitę. Hanc aūt pręstare qs pōt: nisi deus: qui uirtutē ipsā proposuit? Ergo i dei agnitiōe & cultu rerū sūma uersat̃: in hoc est spes omnis & salus hominis. hic est sapiētię gradus primus: ut sciamus quis sit nobis uerus pater. eūq; solū pietate debita psequamur huic pareamus. huic deuotissie seruiamus i eo pmerēdo actus omnis & cura & opera collocetur.

Ca. x. Quod religio deo misericordia homini debet̃. Et quas causas ędificandi ciuitates & con uiuendi socialiter. & inuentionis uerborū falso commenti sunt.

Dixit quid debeat̃ deo. dicā nūc quid homini tribuē dum sit: quanq̄ id ipsum quod homini tribueris. deo tribuitur. quia homo dei simulacrum est. Sed tamen primū officiū iustitię est coniungi cū deo. secundū cum homine. sed illud primum religio dicit̃. hoc scdū mise ricordia uel humanitas nominat̃. Quę uirtus propria est iustorum et cultorum dei. q; ea sola uite communis in se continet rationē. Deus eni qui ceteris animalibus sapiētiā nō dedit: naturalibus ea munimētis ab incursu & piculo tutiora generauit. Hominē uero quia nudū fragilēq; for mauit: ut eum sapientia potius instrueret. dedit ei pręter cetera hunc pietatis affectum: ut homo hominē tueatur: diligat: foueat: cōtraq; omnia picula & accipiat: & pręstet

auxilium. Summū igitur inter se hominum uinculū est humanitas. quod qui dirupérit: nefarius & paricida existimandus est. Nam si ab uno homine quem deus finxit: omes orimur. certe cōsanguinei sumus. & ideo maximū scelus putandum est odisse hominem uel nocentē. Propterea deus pręcępit inimicitias per nos nunq̄m faciendas. semper esse tollēdas. scilicet ut eos qui sint nobis inimici. necessitudinis admonitos mitigemus. Item si ab uno deo inspirati sumus omnes & animati quid aliud q̄m fratres sumus? Et quidem coniunctiores quidem animis: q̄ qui corporibus. Itaq; non errat. Lucretius: cum dicit.
Denicq; cęlesti sumus omnes semine oriundi.
Omnibus ille idem pater est.
Ergo pro beluis: imanibus sunt habendi: qui hominibus nocent. qui contra ius humanitatis & fas omne spoliant: cruciant: occidunt: exterminant. Ob hanc necessitudinē germanitatis docet nos deus mala nunq̄ facere: bonum autem semper. Id autem ipsum bene facere quid sit: idem ipse pręscribit. Prestare auxilium depressis & laborātibus impartiri uictum non habentibus. Deus enim quoniam pius est: animal nos uoluit esse sociale: Itaq; in aliis hominibus nos ipsos cogitare debemus Non meremur in periculo liberari: si non succurrimus. nō meremur auxilium: si negamus. Ad hanc partem Philosophorum nulla pręcepta sūt. quippe qui falsę uirtutis specie capti: misericordiam de homie sustulerūt. & dū uolūt sanare: uitiauerūt. Et cum iidem plerunq; fateantur: societatis humanę cōmunionem esse retinendam. ab ea plane seipsos inhumanę uirtutis suę rigore dissociant. Conuincendus ergo etiam hic error illorum est: qui nihil cuiq̄ impartiendū putāt. Vrbis condendę originē atq; causam nō unam intulerūt. sed alii eos homines qui sint ex terra primitus nati: cum per siluas & campos erraticam degerent uitam: nec ullo inter se sermonis: aut iuris uinculo cohęrerent: sed frōdes & herbā pro cubilibus: speluncas & antra pro domibus haberent: bestiis & fortioribus anialibus prędę fuisse cōmemorant. Tum eos qui aut laniati effugerant: aut laniari

proximos uiderãt: admonitos periculi sui: ad alios hoĩes decurrisse. presidium implorasse. & primo nutibus uoluntatem significasse. Deinde sermonis initia temperasse: ac singulis quibusq; rebus nomina imprimẽdo: paulatim loquendi perfecisse rationem. Cum autẽ nec multitudinẽ ipsam uiderent cõtra bestias esse tutam: opida etiã cepisse munire. uel ut quietem noctis tutam sibi facerent: uel ut incursiones atq; impetus bestiarum non pugnando: sed obiectis aggeribus arcerẽt. O ingenia hominibus indigna quę has ineptias protulerũt. miseros atq; miserabiles: qui stultitiam suam litteris memorieq; mandauerunt. Qui cũ uiderent mutis quoq; animalibus ingenitam esse rationẽ: uel conueniendi: uel inuicem appetendi: uel periculi fugiendi: uel mali cauẽdi: uel cubicula sibi & latibula parãdi: homines autẽ ipsos existimauerint non nisi exemplis admoneri: ac discere potuisse. quid metuere sibi qd cauere: quid facere deberent. aut nunq̃ cõuenturos inter se fuisse nec loquẽdi rationẽ reperturos: nisi eos bestię cõmedissẽt Hęc aliis delira uisa sunt: ut fuerũt. dixeruntq;: nõ ferarũ laniatus causam fuisse coeundi: sed ipsam potius humanitatem. Itaq; inter se congregatos: q; natura hominum solitudinis fugiẽs: & communionis ac societatis appetẽs esset: non magna inter eos disceptatio est. siquidem causę dispares sunt: res eadem est. Potuit utrunq; igiť quia non repugnat. sed tamen utrunq̃ nullo modo uerum est: quia non per omnem terram nati sunt homines e terra. tanq̃ ex draconis alicuius dentibus perseminati. ut Poetę ferunt. sed unus homo a deo fictus est. ab eoq; uno omnis terra humano genere completa est. eadem scilicet ratione qua rursus post diluuiũ: quod certe negare nõ possũt. Nulla igitur in principio facta est eiusmodi congregatio. nec unq̃ fuisse homines in terra: qui propter infantiam non loquerentur: intelligit: cui ratio nõ deest. Fingamus tamẽ illa uera esse: quę ociosi & inepti homines senes fabulanť: ut eos potissimum sensibus & suis rationibus refellamus Si hac de causa sunt homines congregati ut mutuis auxiliis imbecillitatem suam tuerentur. Succurrendũ est igi ť

homini:qui egeat auxilio. Cum enim presidii causa homines societatē cū hominibus inierint:& sanxerit: foedus illud a principio sui ortus inter homines initū aut uiolare aut non conseruare:summū nefas putandum est. Nam qui se a prestando auxilio remouet: etiam ab accipiēdo se remo ueat necesse est. qa nullius ope īdigere se putat:qui alteri suam denegat. Huic uero qui se ipse dissociat: ac secernit a corpore: non ritu hominis:sed ferarum more uiuendū est. Quod si fieri non potest: retinendum est omni modo uinculū societatis humanę: quia homo sine homīe nullo modo potest uiuere. Retentio autem societatis est cō mu nitas:id est auxiliū pstare ut possimus accipere. Sin uero ut illi alii disputāt : humanitatis ipsius causa facta est ho minū congregatio. Homo certe hominē debet agnoscere. Quod si fecerūt illi rudes & adhuc feri hoīes : & fecerūt nondū cōstituta loquēdi ratione:quid putemus hoībus expolitis. & sermonibus rerūq omniū commertio inter se copulatis esse faciendū:q asueti hominibus solitudinē ferre non possunt.

¶ Cap xi. ¶ In quos precipue sit humanitas exercenda. & in quibus liberalitatibus ima ginariis pereat opa. & quę impēsa prestātis.

Conseruanda est igitur humanitas : si homines recte uelimus dici. Id aūt ipsum conseruare humanitatē quid aliud est: q̄ diligere hominem quia homo sit. & id quod nos sumus. Discordia igitur atq dissensio non est secundū hoīs rationē. Verumq est illud Ciceronis:quod ait:hoīem naturę obediētē homini nocere nō posse. Ergo si nocere homini cōtra naturā est : pdesse igit homini secundū naturam sit:necesse est. Quod qui non facit: hoīs se appellatione dispoliat. quia humanitatis officium est: necessitati hominis ac periculo subuenire. Quero igit ab his:q flecti ac misereri nō putāt esse sapiētis : si homo ab aliq bestia cōprehensus auxiliū sibi armati hoīs imploret: utrū ne succurrēdū putēt an minime. Nō sūt tā īprudētes: ut negēt fieri oportere:quod flagitat q̄d exposcit huma nitas. Item si aliquis circumueniat igni:ruina opprimat

liber sextus [illegible]

mergat̃ mari: flumine rapiatur: num putent hominis esse nõ auxiliari? Non sunt ipsi homines: si putẽt. Nemo enim potest eiusmodi periculis non esse subiectus. immo uero & hominis & fortis uiri esse dicent seruare periturum. Si ergo in eiusmodi casibus q periculũ uitę homini afferũt succurrere humanitatis esse concedunt: Quid causę est cur si homo esuriat: sitiat: algeat: succurrendum esse non putent? Quę cum sint paria natura cum illis casibus fortuitis: & unam eandemq̃ humanitatem desiderent: tamen illa discernũt: quia nõ re illa ipsa uera: sed utilitate prę̃seti omnia metiuntur. Illos enim quos periculo surripiunt: sperant sibi gratiam relaturos. Egentes autem quia non sperant: perire arbitrant̃ quicquid hominibus impartiãt. Hinc est illa Plauti detestanda sententia.

Male meretur: qui mendico dat: quod edat:

Nam & illud quod dat: perit: & illi producit uitam ad miseriam. At enim Poeta fortasse pro persona loquutus est. Quid. M. Tullius in suis officialibus libris nõne hoc idẽ persuadet: nõ esse omnino largiendum? Sic enim dixit Largitio quę fit ex refamiliari: fontẽ ipsum benignitatis exhaurit. ita benignitas benignitate tollitur. Qua quo in plures usus sis: eo minus in multos uti possis. Et idem paulo post. Quid autẽ est stultius: q̃ quod libenter facias: curare ut id diutius facere nõ possis? Videlicet professor sapiẽtię refrenat homines ab humanitate. monetq̃ ut rem familiarem diligenter custodiant. malintq̃ arcã q̃ iustitiã conseruare. Quod cum intelligeret inhumanum esse: ac nefarium: ex alio capite quasi actus poenitentia sic ait. Nõ nunq̃ tamen est largiendum. nec hoc benignitatis genus omnino repudiandũ: & sępe idoneis hominibus egẽtibus de refamiliari impartiendum. Quid est idoneis? Nempe iis qui restituere ac referre gratiam possint. Si nũc Cicero uiueret. exclamarem profecto. Hic hic. M. Tulli aberrasti a uera iustitia. eamq̃ uno uerbo sustulisti: cum pietatis & humanitatis officia utilitate metitus es. Nõ enim idoneis hoibus largiendũ est: sed quantũ potest nõ idoneis id enĩ iuste: id pie: id humane fit: quod sine spe recipiẽdi fęceris.

Hęc est uera illa & germana iustitia: cuius solidam & ex-
pressam effigiē nullā tenere nos dicis. Ipse pluribus locis
clamas mercēnariā non esse uirtutē. faterisq; in libr s legū
tuarū liberalitatē gratuitā esse his uerbis: Nec est dubiū
quin is qui liberalis benignusq; dicit̄: officiū nō fructū
sequatur. Cur ergo idoneis potius largiris: nisi ut postea
mercedē recipias? Te ergo authore ac pręceptore iustitię
quisquis idoneus nō erit: nuditate siti fame conficiet̄: nec
homines copiosi & usq; ad delitias abundantes subueniēt
ultimę necessitati. Si uirtus mercedē non exigit: si ꝓpter
se ut dicitis: expetēda est: Ergo iustitiā principē matrēq;
uirtutū suo precio nō tuo cōmodo ęstima. ei potissimū
tribue: a quo nihil speres. Quid personas eligis? qd mēbra
inspicis? pro hoīe tibi habendus est quisquis precat̄. ideo
qa te hominē putet. Abiice umbras illas imaginesq; iusti
tię atq; ipsā uerā & expressā tene. largire cęcis: debilibus:
claudis: destitutis: quibus nisi largiare: moriendum est.
Inutiles sunt hominibus: sed utiles deo: qui eos retinet
in uita: q spiritu donat: q luce dignat̄: foue quantū in te
est: & animas hominū: ne extinguant̄: humanitate sustenta
Qui succurrere perituro potest: si nō succurrerit: occidit.
Verū isti quare neq; naturā retinēt: neq; pręmiū in eo q̊d
sit: sciūt? dū perdere timent: perdūt. & in id quod maxie
cauent: incidunt. ut quicqd largiunt̄: aut pereat omnino
aut ad tempus breuissimū prosit. Nā qui exiguā stipem
miseris negant: q cōseruare humanitatē sine dāno suo no
lunt: patrimonia sua effundūt: ut aut peritura & fragilia
sibi cōparent: aut certe suis maximis dānis nihil cōsequāt̄
Quid enī dicendū est de his qui populari leuitate ducti:
uel magnis urbibus suffecturas opes exhibendis munera
bus impendūt? nisi eos demētes atq; furiosos qui pręstēt
id populo quod & ipsi perdant: & nemo eorum quibus
pręstatur: accipiat? Itaq; ut est omnis uoluptas caduca
& breuis: oculorum maxime & aurium: aut obliuiscun
tur homines: & alterius damna pro ingratis habent: aut
etiam offenduntur: si non est libidini uulgi satisfactum.
ut etiā homines stultissimi malū sibi malo cōparauerint:

aut si a deo placuerint: nihil amplius q̄ inanem fauorem paucorumq; dierum fabulas assequuntur. sic quottidie leuissimorum hominum patrimonia in res superuacuas prodiguntur. Num ergo illi sapientius qui utiliora & diuturniora ciuibus suis exhibent munera? Ii scilicet: qui publicis operibus extructis: memoriam nomini suo quęrunt. Ne isti quidem recte bona sua in terram sepeliunt: quia nec memoria quicq̄ mortuis cōfert: nec opera eorū sempiterna sunt: siquidē aut uno tremore terrę dissipant̄: & corruunt: aut fortuito consummuntur incendio: aut hostili aliquo impetu diruuntur: aut certe uetustate ipsa dissoluta labuntur. Nihil est enim ut ait Orator: opere & manu factum quod nō conficiat: & consummat uetustas Ad hęc iustitia & lenitas florescit quottidie magis. Illi ergo melius: qui tribulibus suis aut clientibus largiuntur. aliquid enim pręstant hominibus & prosunt. sed non est illa uera & iusta largitio. Beneficētia enī nulla est: ubicūq; necessitas nō est. perit ergo quicquid gratię causa tribuit̄ non indigentibus. aut cum foenore redit; & beneficentia non erit. Quod etsi gratum est his quibus datur: iustum tamen non est: quia si non fiat: nihil mali sequitur. Vnum igitur certum & uerum liberalitatis officium est: egentes atq; inutiles alere.

Capi xii. A quo sit speranda & expetēda & quę & quāta sit uerę liberalitatis merces & quam inanis & nulla falsę. & qui sūt gradus humanitatis.

Haec est illa perfecta iustitia: quę custodit humanam de qua Philosophi loquuntur societatem. Hic diuitiarum maximus & uerissimus fructus est: non uti opibus ad propriam unius uoluptatem: sed multorum salutem: non ad pręsentem suum fructum sed ad iustitiam: quę sola non interit. Tenendum est igitur omnino ut ab officio misericordię spes recipiēdi absit omino. huius enī operis & officii merces a deo expetenda est solo. nam si ab homine expetes: iam non humanitas erit illa: sed beneficii

remuneratio. Nec potest uideri bene meruisse: qui quod fecit non alteri sed sibi prestat. & tamẽ eo redit: ut quod alteri quisq̧ prestiterit: nihil ab eo commodi sperãs. uere sibi prestet: qui mercedem capiet a deo. Item deus pcepit ut siquando cenam parauerimus: eos in coniunctum adhibeamus: qui reuocare non possint: & uicem reddere: ut omnis actus uite nostre non careat misericordie munere. Nec tamẽ quisq̃ interdictam sibi putet aut communionẽ cum amicis: aut caritatẽ cum proximis. sed notũ nobis deus fecit: quod sit uerum & iustũ opus. ita nos oportet cum proximis uiuere: dũmodo sciamus illud ad hominem hoc ad deum pertinere. Precipua igitur uirtus est hospitalitas: quod Philosophi quoq̧ aiunt. sed eam detorquent a uera iustitia & ad cõmodum rapiunt. Recte inqt Cicero a Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enĩ ut mihi quidem uidetur ualde decorum patere domos hominum illustrium hospitalibus illustribus. Eodẽ modo rursus errauit: quo tum cũ idoneis esse diceret largiẽdũ. Non enim iusti & sapientis uiri domus illustribus debet patere: sed humilibus & abiectis. nam illustres illi ac potẽtes nulla re possunt indigere. quos opulentia sua & muniti: & honorat. Nihil a uiro iusto faciẽdum est: nisi quod sit beneficium: Beneficium si referatur interit: atq̧ finitur Nec enim possumus id habere integrum: cuius precium nobis persolutum est. In iis itaq̧ beneficiis iustitie ratio uersatur: que salua & incorrupta permanserint. Permanẽt autem non aliter q̃ si prestentur iis hominibus: qui prodesse nullo possunt. At ille in recipiẽdis illustribus nihil spectauit aliud. nisi utilitatem. nec dissimulauit homo ingeniosus: quid ex eo commodi speraret. At enim quid faciat potentem apud exteros futurum per gratiã principũ quos sibi hospicii & amicitie iure cõstruxerit. O q̃ multis argumentis Ciceronis inconstantia si id agerem: redargui posset: nec tam nostris q̃m suis uerbis refelleretur. Idem quippe ait: ut quisq̧ maxime ad suum commodum referat quecunque agit. Ita neminem esse uirum bonum. Idem etiam negat simplicis & aperti hominis esse: ambire

ſimulare aliquid.& prętēdere aliud agere uideri:cū aliud agat:prędſtare ſe alteri fingere. quod ſibi pręſtet. ſed malicioſi potius & aſtuti & fallacis: & ſubdoli. Quomō ergo defenderet quo minus ambicioſa illa hoſpitalitas malitia eſſet. Tu mihi omnes portas circumcurſes ut aduenietis populorum atq; urbium Principes domū tuam inuites: ut per eos apud ciues eorum potentiam conſequare. uelisq; te iuſtū & humanū & hoſpitalem uideri: cū ſtudeas utilitati tuę. Verum hoc ille nō potius incaute. Quid enī minus in Ciceronem conuenit! Sed ignorantia ueri iuris prudēs ac ſciēs in hos ſe laqueos īduit. Quod ut ei poſſit ignoſci teſtificatus eſt: non ad ueram iuſtitiam quam nō teneat: pręcępta ſe dare: ſed ad umbram imaginēq; iuſtitię. Ignoſcendū eſt igitur umbratico & imaginario pceptori. nec ab eo ueritas exigenda eſt: qui ſe neſcire fateatur. Captiuorum redemptio magnum atq; pręclarum iuſtitię munus eſt. quod idem ipſe Tullius approbauit. Atq; hęc benignitatis inquit etiam Reipublicę eſt utilis. redimi a ſeruitute captos locupletare tenuiores. hāc ego cōſuetudinē benignitatis largitioni munerum lōge antepono. Hęc eſt grauium hominum: atq; magnorum. Proprium igitur iuſtorum opus eſt: alere pauperes. ac redimere captiuos. cum apud iniuſtos ſi qui hęc faciant: graues & magni appellent̃. His enī maxime laudis eſt benefacere: quos nemo ſperauit eſſe facturos. nā qui bonū facit uel conſanguineo uel proximo uel amico: aut nullam uel certe non magnā laudem meretur: quia facere debet. Sitq; impius ac deteſtabilis niſi fęcerit: id q̊d ab eo & natura ipſa & neceſſitudo exigit: & ſi facit: non tam glorię aſſequendę q̃ reprehenſionis uitandę cauſa facit. Qui autem facit alieno & ignotoris non dignus eſt laude: quoniam ut faceret ſola ductus ē humanitate. Ibi ergo iuſtitia ē: ubi ad benefaciēdū neceſſitatis uinculū nullū ē. Hoc igit̃ benignitatis officiū nō anteponere quidē largitioni munerū debuit. quod ē cōparātis: & e duobus bonis id q̊d ſit melius: eligētis. Illa uera largitio hominum patrimonia in mari abiicientium inanis & leuis & ab omni iuſtitia remotiſſima eſt.

Itaq; ne dici quidē munera oportet: in quibus nemo ac- cipit: nisi q accipere non meret. Nō minus magnū iustitię opus ē: pupillos & uiduas destitutos & auxilio indigētes tueri atq; defendere: quod adeo uniuersis diuina illa lex pręscribit: quandoquidem boni quiq; iudices ad officiū suū iudicant pertinere: ut eos humanitate naturali foueāt ac prodesse nitātur. Verum hęc opera propria nostra sūt: qui legem: qui uerba ipsius dei pręcipientis accępimus. Nam illi sentiunt natura esse iustum: tueri eos qui tutela carent. sed cur ita sit: non prospiciunt. Deus enim cuius perpetua clementia est: iccirco uiduas pupillosq; defendi ac tueri iubet: ne quis respectu ac miseratione pignorum suorum retardetur: quo minus mortē pro iustitia fideq; suscipiat. sed incontanter ac fortiter subeat: cum sciat se caros suos deo relinquere: nec his unq̄ pręsidiū defuturū Aegros q̄q; qbus defuerint: qui assistāt: curandos fouen- dosq; suscipere summę humanitatis & magnę operationis est Quod qui fecerit: hic uiuam hostiam deo acquiret. & q alteri dederit ad tempus: ipse a deo accipiet in eternum. Vltimum illud & maximum pietatis officium est: peregri norum & pauperū sepultura. quod illi uirtutis iustitięq; doctores prorsus non attigerunt. Nec enim poterant id uidere: qui utilitate omnia officia sua metiebantur. In cę- teris enim quę supradicta sunt: quāuis uerum limitē non tenuerunt: tamē quoniam commodi aliquid in his depre henderunt: quasi odore quodam ueritatis retenti ꝓpius aberrarunt. Hoc autem quia nihil uidere in eo commodi poterant: reliquerunt. Quin etiam non defuerunt qui su- peruacaneā facerent sepulturam. nihilq; dicerent esse mali iacere inhumatum atq; abiectum. quorū impiā sapiētiam tam omne humanū genus respuit: quā diuinę uoces quę id fieri iubēt. Verū illi nō audēt dicere id nō esse faciēdū sed si forte nō fiat: nihil esse īcomodi. Itaq; ī ea re nō tā pͣ cipiētiū q̄ cōsolantiū fūgunt officio ut si forte id sapiēti euenerit: ne se ob hoc miserū putet. Nos aūt nō quid sapi enti ferendū sit. dicimus. sed quid facere ipse debeat. Itaq; non quęrimus nūc utrū ne tota sepeliendi ratio sit utilis

nec ne: licet hęc etiam si sit inanis ut illi existimant: tamē facienda est: uel ob hoc solum: q̄ apud homines. bene & humane fieri uidetur. animus enim quęrit: & propositū ponderatur. Non enim patiemur figuram & figmentum dei feris ac uolucribus ī prędam iacere. sed reddemus id terrę: unde ortum est. Et quāuis in homīe ignoto necessariorum sepulturam nulli negandam munus implebimus in quorum locum quia desunt: succedat humanitas. & ubicunq; homo desiderabit: ibi exigi officium nostrum putabimus. In quo autem magis iustitię ratio consistit: q̄ in eo: ut quod prestamus nostris per affectum: prestemus alienis per humanitatem. quę est multo certior iustiorq;. cū iam nō homini prestatur: qui nihil sentit: sed deo: cui carissimū sacrificiū est opus iustū. Dicet aliquis fortasse. si hęc omnia fęcero: nihil habebo. Quid enī? si magnus hominū numerus egebit: algebit: capietur: morietur: ut hęc faciētem uel uno die patrimonio exui sit necesse. perdamne rem familiarem meo aut meorum labore quęsitam: ut iam ipsi mihi aliena misericordia uiuendum sit? Quid tu tam pusillo animo paupertatem times: quam etiam uestri Philosophi laudant? nihilq; hac tutius nihilq; trāquillius esse testantur? Hoc quod times: sollicitudinū portus est. An ignoras quot periculis: quot casibus cum his malis opibus subiaceas? Quę tecū bene agent: si sine tuo cruore transierint: tu uero pręda onustus incedis. & spolia geris: quę irritent animos etiam tuorum? Quid ergo dubitas bene collocarę id: quod tibi forsitan eripiet aut unum latrocinium: aut existens repente proscriptio: aut hostilis aliqua direptio? Quid uerere fluxum: ac fragile bonum facere sempiternum: aut thesauros tuos custodi dto tradere ubi non furem prędonemq; timeas. non rubiginem: non tyrannum? Qui apud deum diues est: pauper esse nunquā poterit. Si iustitiam tanti putas: sequere abiectis oneribus quę te premunt. Libera te ipsum compedibus & cathęnis: ut expeditus ad deum curras. Magni & excelsi animi est: despicere & calcare mortalia. Sed si hanc uirtutem non capis: ut diuitias tuas in arcā dei conferas: ut

fragilibus tibi cõpares firmiora. Liberabo te metu. Omnia ista pręcepta non soli tibi dantur: sed omni populo. qui mente cõiunctus est: & cohęret sicut unus homo. Si solus magnis operibus nõ sufficis. pro uirili parte operare iustitiam sic tamen ut quantum diuitiis inter cęteros tantum opere pcellas. Neq; nũc suaderi tibi putes: ut rẽ familiarẽ tuam minuas: uel exhaurias sed quę in superuacua fueras impensurus: ad meliora conuertas. Vnde bestias emis: hic captos redime. unde feras pascis: hinc pauperes ale. unde homines ad gladium comparas: hinc innocẽtes mortuos sepeli. Quid prodest perdite nequitię bistiarios facere locupletes: & instruere ad flagitia? Transfer ad magnum sacrificium male peritura: ut pro his ueris muneribus habeas a deo munus ęternũ. Magna ẽ misericordię merces: cui deus pollicetur peccata se omnia remissurum. Si audieris inquit preces supplicis tui: & audiam ego tuas. si misertus laborãtiũ fueris: & ego i tuo labore miserebor si autem nõ respexeris: nec adiuueris: & ego animũ tuum contra te geram: tuisq; te legibus iudicabo.

Capitulum. xiii. De proemio: & q; in necessitate & precibus pauperũ quisq; teneat a deo. & tribus gradibus uirtutis.

Quotiens igitur rogaris: temptari te a deo crede: an sis dignus exaudiri. Circumspice conscientiam tuã. & quantũ potes medere uulneribus. nec tamen quia peccata largitione tollunt: dari tibi licentiam peccãdi putes Abolentur enim si deo largiare: quia peccaueras. Nam si fiducia largiendi pecces: nõ abolentur. Deus enĩ purgari homines a peccatis maxime cupit. ideoq; agi poenitentiã iubet. Agere autem poenitentiam nihil aliud est: q̃ pfiteri & affirmare se ulterius nõ peccaturũ. ignoscit itaq; iis qui ad peccatũ ignorãter ĩprudẽter ĩcauteq; labunt. ueniã nõ habet: qui sciẽs peccat. Nec tñ si aliqs purificatus fuerit ab omni labe peccati: temperandum sibi ab opere largitiõis existimet: quia nõ habeat peccata: quę deleat. immo uero

lex sextus

tũ magis iustitiã debet operari:cum factus est iustus. ut quod ante in medelam uulnerũ fecerat: postmodũ faciat i gloriam laudemq́ uirtutis. Eo accidit:q́ nemo esse sine delicto potest:q̃diu indumẽto carnis oneratus est. Cuius infirmitas triplici modo subiacet domino peccati.factis: dictis:cogitationibus. Per hos gradus ad summũ culmen iustitia ꝓcedit: Primus ẽ uirtutis gradus:malis opibus abstinere·secũdus etiã malis uerbis. tertius etiam cogitatione rerum malarum. Qui primũ gradum ascendit:satis iustus est.qui secundum:iam perfecte uirtutis: siquidem neq́ factis:neq́ sermone delinquat. Qui tertium : is uere similitudinẽ dei assecutus uidetur. Est enim pene supra humanũ modũ ne i cogitatiõe quidẽ admittere: quod sit uel factu malum : uel improbum dictu. Itaq́ etiam iusti hoies qui frenare se possũt ab omni opere iiusto:nõnunq̃ tamen ipsa fragilitate uincuntur.ut uel in ira malũ dicãt: uel in aspectu rerũ delectabilium tacita cogitatiõe concupiscant. Quod si mortalis cõditio non patiẽ hominẽ esse ab omni macula purum: debẽt ergo largitione perpetua peccata carnis aboleri. unum est enim sapientis & iusti & uitalis uiri opus:diuitias suas in sola iustitia collocare.q̃ profecto qui eget: licet ille Croesum aut crassum diuitiis superet:hic pauper:hic nudus:hic mendicus putãdus est Danda igiẽ opera est:ut indumento iustitie pietatisq́ uelimur.quo nos nemo exuat:quod nobis sempiternũ prebeat ornatum. Nam si deorum cultores simulachra insẽsibilia excolũt. & quicquid preciosi habẽt: in ea conferũt:q̃bus nec uti possũt:nec gratias agere q́ acceperit : q̃nto iustius ẽ & uerius : uiuẽtia dei simulachra excolere:ut ꝓmereare inuenire uiuentem. Quod sicut usui habent:quicq́d accẽperint:& gratias agunt: ita deus in cuius cõspectu bonũ feceris: & probabit:& mercedem pietatis exsoluet.

¶ Capitulũ.xiiii.¶ Quod Philosophi uera caruerint humanitate.qui cum Stoicis eã inter morbos animi posuerunt.

SI ergo in homine preclarum & excellens est bonum misericordia: idq; diuinis testimoniis & bonorum malorumq; consensu optimum iudicatur: apparet Philosophos lõge abfuisse ab humano bono: q neq; perceperũt eiusmodi quicq̃: neq; fecerũt. sed uirtutẽ que propemodũ in homine est singularis: p uitio semper habuerũt. Libet hic interponere unum de Philosophia locum. ut illorũ plenius coarguamus errores: q misericordiã: cupiditatẽ: metum: morbos animi appellant. Conantur illi quidem uirtutes a uitiis disiungere: q̊d est sane facillimũ. Quis enim nõ posset liberalẽ a prodigo separare: ut illi faciũt: aut purum a sordido: aut quietum ab inerti: aut cautum a timido. q; hec que sunt bona: fines suos habeant: quos si excesserint in uitia labuntur. ita ut constantia nisi pro ueritate sit suscepta: fit imprudentia. Item fortitudo si nulla necessitate cogente: aut non pro causa honesta certum periculum subierit: in temeritatem cõuertitur. Liberalitas quoq; si alios insectetur: potius q̃ insectantibus resistat: contumacia est. Seueritas etiam nisi se intra congruentes nocẽtium poenas coerceat: fit seua crudelitas. Itaq; dicũt eos: qui mali uideantur: non sua sponte peccare. nec mala potius eligere. sed bonorum specie lapsos ĩcidere in mala dum bonorum ac malorũ discrimen ignorãt. Hec quidẽ falsa non sunt: sed ad corpus cuncta referunt. Nam parcũ esse aut constantem: aut cautum: aut quietum: aut seuerũ uirtutes sũt quidem: sed huius temporarie uite. Nos aũt qui hanc uitam contemnimus: alias nobis uirtutes propositas habemus. de qbus Philosophi ne suspicari quidẽ ulla ratione potuerunt. Itaq; & uirtutes quasdã pro uitiis & uitia quedam pro uirtutibus habuerunt. Nam Stoici affectus omnes quorum impulsu animus commouetur: ex homine tollũt. cupiditatem: atq; letitiã: metũ: mestitiã: quorum duo priora ex bonis sunt: aut futuris: aut presẽtibus. posteriora ex malis. Eodem modo haec quattuor morbos: ut dixi uocant. non tam natura insitos q̃ praua opinione susceptos. Et iccirco censent eos extirpari posse radicitus: si bonorum malorumq; opinio falsa tollatur. Si

enim nihil censeat sapiens bonum nihilq; malum: nec cupiditate ardescet: nec lętitia gestiet: nec metu terrebitur: nec ęgritudine contrahetur. Mox uidebimus an efficiant quod uelint; aut quid efficiāt. interim propositū arrogās ac pene furiosum: qui se putēt mederi & eniti posse cōtra tum rationemq; naturę.

¶ Cap. xv. ¶ Quomodo Peripatetici uincant Stoicos & doceant affectuum naturalium stimulos euelli non posse: sed mitigari. Et q ea quę brutis animalibus data sunt: singulo homini insita sunt uniuersa. Et quō Stoici mentis affectiones definiant.

HAec enim naturalia esse non uoluntaria: omniū uiuentium ratio demonstrat: quę hisdem omnibus quatitur affectibus. Peripatetici ergo rectius: qui hęc oīa detrahi posse negant: quia nobiscum simul nata sunt: & conatur ostendere q̄ prouidenter & q̄ necessarie deus siue natura: sic enim dicunt: his nos armarit affectibus: quos tamen quia plerunq; uitiosi fiunt: si nimii sint: posse ab homine adhibito modo salubriter temperari. ut tantum homini quantum naturę satis est: relinquat. Nō insipiēs disputatio: si ut dixi: omnia non ad hanc uitam referent. Stoici ergo furiosi: qui ea non temperant: sed abscidunt. rebusq; a natura insitis castrare hominem quodammodo uolūt. Quod tale est: quale si uelint: aut metum detrahere ceruis: aut uenenum anguibus: aut iram feris: aut placiditatē pecudibus. Nam quę singula mutis animalibus data sunt: ea uero uniuersa homini simul. Quod si ut medici dicunt: letitię affectus in splene est: irę in felle: libidinis in iecore: timoris ī corde. facilius est interficere animal ipsū q̄ ex corpore aliquid euellere: quod est animantis naturā uelle mutare. Sed homines prudentes non intelligunt: cū uitia ex homine tollunt: etiam uirtutem se tollere. cui soli locum faciunt. Nam si uirtus est in emdio irę impetu se ipsum cohibere: & reprimere: quod negare non possunt:

Caret ergo uirtute quisquis ira caret. Si uirtus est libidinē corporis cōtinere: uirtute careat necesse est: qui libidinē quam temperet: non habet. Si uirtus est: cupiditatem ab alieni appetitione frenare: nullam certe uirtutem potest habere: qui caret eo: ad quod cohibendum uirtutis usus adhibetur. Vbi ergo uitia non sunt. ne uirtuti locus est quidem sicut ne uictorię quidē: ubi aduersarius nullus est: ita fit ut bonum sine malo esse in hac uita non possit. Affectus igitur quasi ubertas animorum est naturalis. Nā sicut in sentes ager qui est natura fęcundus: exuberat: sic animus incultus uitiis sua sponte inualescentibus uelut spinis obducitur. Sed cum uerus cultor accesserit: statim cadentibus uitiis fruges uirtutis oriuntur. Deus itaq; cū hominem primum fingeret: mirabili prouidentia ingenerauit ei prius istas animi commotiones: ut posset capere uirtutem: sicut terra culturam. Positaq; materiā uitiorū in affectibus: uirtutis in uitiis. Quę profecto aut nulla est aut in usu esse non poterit: si desint ea per quę uis eius aut appareat: aut constet. Videamus nūc: iidem illi qui uitia penitus excidunt: quid effecerint. Quattuor illos affectus quos ex opinione bonorum malorūq; nasci putant: q̄bus euulsis sanandum esse animū sapientis existimant: quoniā intelligunt & natura insitos esse: & sine his nihil moueri nihil agi posse alia quędam in eorū locū uiceq; supponūt Pro cupiditate substituunt uoluntatem. quasi uero non multo sit pręstabilius: bonum cupere: q̄ malum uelle. Itē pro lętitia gaudium: pro metu cautionē. At i illo quarto immutādi nominis eius ratio deficit. Itaq; ęgritudinem penitus id est mestitiam doloremq; animi sustulerūt. q̄d fieri nequaq̄ potest. Quis enim potest nō dolere: si patriā aut pestilētia exhauserit: aut hostis inuaserit: aut tyrānus oppresserit? Potest aliquis non dolere si sublatam uiderit libertatem: si proximos: si amicos: si bonos uiros aut exterminatos: aut crudelissime trucidatos: nisi cuius mens ita obstupuerit: ut sit ei sensus omnis ereptus? Quare aut omnia tollere debuerunt: aut implenda fuerat curta hęc & debilis disputatio. id est etiam pro ęgritudine aliquid

reponendum : quoniam superioribus ita ordinatis hoc consequens erat. Ut enim præsentibus lętamur bonis : sic malis angimur : ac dolemus. Si ergo letitię quam uitiosã putabant: nomen aliud indiderũt : sic ęgritudini quoniã & ipsam uitiosam putabant: aliud uocabulum tribui cõgruebat. Unde apparet: non illis rem defuisse sed uerbum cuius indigẽtia cum totũ affectum qui est uel maximus: contra q̃ natura pateretur: auferre uoluerunt. nam illas nominum commutationes poteram coarguere pluribus & ostendere. aut sermonis ornandi : augendęq́ copię gratia: multa nomina bisdẽ rebus imposita : aut certe nõ multũ inter se illa distare. Nam & cupiditas a uoluntate incipit. & cautio a metu oriť. & lętitia nihil aliud est q̃ profugũ gaudium. Sed putemus: ut ipsi uolunt: esse diuersa. Nẽpe igitur cupiditatem esse dicẽt perseuerantem ac perpetuã uoluntatem. lętitiam uero insolenter se efferens gaudium metum autem nimiam & excedentem modum cautionẽ. Ita fit ut ea quę tollenda esse censent: non tollant: sed tem perent: siquidem nomina tantummodo immutãt: res ipsę manent. Eo igitur imprudentes reuoluuntur : quo Peripatetici ratione perueniunt : ut uitia quoniam tolli non possunt: medie temperanda sint. Errant ergo: quoniã non efficiunt: quod uolũt: & longo asperoq́ circuitu in eandẽ uiam redeunt.

¶ Cap. xvi. ¶ Quomõ Peripatetici errauerũt. Et q̃ bonus usus affectuũ uirtus ẽ: malus uitiũ. Et q̃ usus ipse ex causa pẽsandus est.

At ego ne Peripateticos quidẽ accessisse ad ueritatẽ puto : quia uitia esse concedunt. sed ea mediocriter temperant. Carendum est enim uitiis: etiam mediocribus quin potius efficiendum fuit primum ne uitia essẽt. Nec enim quicq̃ uitiosum nasci potest: sed uitia fieri : si malis utamur affectibus. uirtutes: si bene. Deinde mõstrandum est non ipsos affectus: sed eorum causas esse moderandas. Non est inquiunt nimia lętitia gestiendum. sed modice ac

temperate. Hoc uero tale est: quale si dicerent: non esse currendum concitate. sed gradiendum moderate. At potest & qui graditur: errare. & qui currit: rectam uiam tenere. Quid si ostendo esse aliquid: ubi non tantum modicum sed uel punctum gaudere uitiosum siti & aliud contra: i quo uel exultare letitia: minime criminosū? Quid tandē nobis ista mediocritas proderit? Quero utrum ne sapiēti letandū putent: si quid inimico suo mali uidēt accidere? aut utrum ne letitiam refrenare debeat: si uictis hostibus aut oppresso tyranno libertas & salus ciuibus parta sit? Nemo dubitat. quin & in illo exiguū letari: & i hoc parū letari sit maximum crimen. Eadem de ceteris affectibus licet dicere. Sed ut dixi: non in his moderandis sapientie ratio uersatur: sed in causis eorum. quoniam extrinsecus cōmouentur. nec his potissimū frenos imponi oportuit: quoniā & exigui possunt esse in maximo crimine: & maximi possunt esse sine crimine. sed assignandi fuerūt certis tēporibus: & rebus: & locis: ne uitia sint: quibus uti recte licet. Sicut enim recte ambulare bonum est: errare autem malum: sic moueri affectibus in rectū: bonū est i prauū: malum. Nam libido si extra legittimū torum non euagetur: licet sit uehemēs: tamē culpa caret. Sin uero appetit alienū licet sit mediocris: uitium tamen maximum est. Non est itaq morbus irasci. nec cupere: nec libidine commoueri. sed iracundū esse morbus est. Cupidū. libidinosum. qui enim iracundus est: etiā cui non debet: aut cū nō oportet irascitur. Qui cupidus: etiā quod nō opus est: cōcupiscit Qui libidinosus: etiā quod legibus uetat: affectat. Omnis ergo ratio in eo uersari debuit: ut quoniam earū rerum impetus inhiberi nō potest: nec debet: quia necessario est insitus ad tuenda officia uite: dirigeretur potius in uiam rectam: ubi etiam cursus offensione ac periculo caret.

Cap. xvii. Quod ea que Philosophi uitia putant: uirtutes sunt: si tamē referantur ad finem debitum id est ad deum. Et q insani sunt: qui humanā naturā ingenitis affectibus spoliare nituntur.

SEd euectus sum coarguendi studio longius : cum sit mihi propositum ea quę uitia Philosophi putauerunt:ostendere. non tantum uitia non esse ; uerum etiā magnas esse uirtutes. Ex aliis docendi gratia summā:quę pertinere ad rem maxime puto. Metum seu timorem in maximo uitio ponūt:summāq; imbecillitatem esse animi putant : cui sit contraria fortitudo. quę si sit in homine: locū timori esse nullū. Credit ergo ne aliquis fieri posse: ut iidem metus summa sit fortitudo? Minime. Neq; enim uidetur capere natura:ut aliquid in contrarium recidat. Quin ego nō arguta aliqua cōclusione: ut apud Platonē Socrates facit:qui eos quos contra disputat:cogit:ea quę negauerant: confiteri : sed simpliciter ostendam summū metum : summam uirtutem. Nemo dubitat quin timidi & imbecilli sit animi: aut dolorem metuere:aut egestatē aut exsilium:aut carcerem: aut mortē. quę omnia quisqs nō exhorruerit:fortissimus iudicatur. Qui autem deum metuit: illa uniuersa non metuit. Ad quod probandum argumentis opus non est. Spectatę sunt eni semper:spectāturq; adhuc per orbem pene cultorū dei. in qbus excruciandis noua & inusitata tormenta excogitata sunt. Nam de mortis generibus horret animus recordari. cum immaniū bestiarum ultra ipsam mortē carnificina sęuierit. Has tamen execrabiles corporum lacerationes: foelix atq; inuicta patiētia sine ullo gemitu pertulit. Hęc uirtus omnibus populis atq; puinciis & ipsis tortoribus miraculū maximum prębuit:cum patientia crudelitas uinceretur. Atqui hanc uirtutem nihil aliud q̄ metus dei fecit. Itaq; ut dicebam non euellendus ut Stoici : neq; temperandus timor ut Peripatetici uolunt:sed in ueră uiam dirigēdus est:auferendiq; sunt metus. sed ita ut his solus relinquat: qui quoniā legittimus ac uerus est:solus efficit:ut possit cętera non timeri. Cupiditas quoq; inter uitia numeratur. sed si hęc quę terrena sunt concupiscit uitium est:uirtus autem si cęlestia. Qui enim iustitiam:qui deum: qui uitā perpetuam:qui lucem sempiternam:eaq; omnia quę deus homini pollicetur consequi cupit: opes istas & honores

& potētatus: & regna ipsa cōtēnet. Dicet fortasse Stoicus: uoluntate opus esse ad hęc consequenda non cupiditate. immo uero parum est uelle. Multi enim uolunt. sed cum dolor uisceribus accesserit: uoluntas cedit. cupiditas perseuerat. quę si efficit: ut contēptui sint omnia: quę a cęteris appetuntur: summa uirtus est. siquidē continentię mater ē. Ideoq; potius illud efficere debemus: ut affectus q̄bus praue uti uitium est: dirigamus in rectum. Nam istę concitationes animorum iuncto currui similes sunt: in quo recte moderādo summum rectoris officium est: ut uiam nouerit: quam si tenebit: quamlibet concitate ierit: non offendet. Si autem errauerit: licet placide ac leniter eat: aut per confragosa uexabitur: aut per pręcipitia labetur: aut certe quo non opus est: deferetur. Sic cursus ille uitę: qui affectibus uelut equis pernicibus ducitur. si rectam uiam tenear. fungetur officio. Metus igitur & cupiditas si prouiciantur in terram: uitia fient. Virtutes autem si ad diuina referantur. Parsimoniam contra uirtutis loco habēt. quę si studium est habendi: non potest esse uirtus. quia in augendis uel tuendis terrestribus bonis tota uersatur. Nos autem summum bonum non referimus ad corpus. sed omne officiū solius animę conuersatione metimur. quod si ut supra docui: patrimonio minime parcendum est: ut humanitatem iustitiamq; teneamus: non est uirtus frugi esse. quod nomen uirtutis specie fallit ac decipit. Est enī frugalitas abstinentia quidem uoluptatum. sed eo uitiū quia ex habendi amore descēdit. cum sit & uoluptatibus abstinendum. & pecunię minime temperandum. Nā parce id est mediocriter uti pecunia: quasi quędā pusillitas est animi: aut prętimentis ne sibi desit: aut desperantis posse se illam reparare: aut contemptū terrestrium non capiētis. Sed illi rursus eū qui reifamiliari suę nō parcat: prodigū uocant. Nam ita liberalem distinguunt a prodigo: q̄ is liberalis sit: qui benemeritis & cum oportet: & quantum satis est. largiatur. prodigus uero qui & non meritis & cū opus non est: & sine respectu reifamiliaris effundat. Quid ergo? prodigum ne dicemus eum: qui misericordię causa

tribuit. egentibus uictum! At quin multum refert utrũ ne scortis propter libidinem largiare: an miseris propter humanitatem. Vtrum pecuniam tuam perd uctores aleæ tores lenonesq; diripiant : an illam pietati ac deo prestes. Vtrũ ne illã uentri ac gulę ingeras: an in thesauro iustitię reponas. Vt ergo uitium est effundere in malam partẽ: sic in bonam uirtus. Si uirtus est non parcere opibus : quę possunt reparari: ut bonis uitam sustentes : quę reparari non potest: uitiũ igitur parsimonia est. Quare nihil aliud dixerim q̃ insanos : qui hominem mite ac sociale animal orbant suo nomine qui euulsis affectibus quibus omnis constat humanitas: ad immobilem stuporem mentis perducere uolunt. dum student animũ a perturbationibus liberare. & ut ipsi dicunt: quietum tranquillũq; reddere. quod fieri nõ tantũ nõ potest: quia & ratio eius in motu est: sed ne oportet quidem. quia sicut aqua quidẽ semper iacẽs & quieta insalubris & magis turbata est: sic animus immotus ac torpẽs inutilis est etiam sibi. nec uitã ipsam tueri poterit : quia nec faciet quicq̃: nec cogitabit. cum cogitatio ipsa nihil aliud sit: q̃ mentis agitatio. Deniq; qui hanc immutabilitatem animi afferunt : priuare animum uita uolunt. quia uita actuosa est. mors quieta. Quędam etiã recte pro uirtutibus habent. sed earum modum non tenent. Virtus est constãtię : nõ ut inferentibus iniuriam resistamus. His enim cedendũ. quod cur fieri debeat: mox docebo. sed ut iubẽtibus facere nos cõtra dei lẽgẽ cotraq; iustitiã nullis minis aut suppliciis terreamur: quominus dei iussionem hominis iussioni preferamus. Itẽ uirtus est mortem contemnere: non ut appetamus: eãq; ultro nobis inferamus. sicut Philosophorum plurimi & maximi sępe fecerunt : quod est sceleratũ ac nefariũ. sed ut coacti deũ relinquere ac fidem perdere: mortẽ suscipere malimus. libertatemq; defendamus aduersus impotentiam stultam uecordemq; uiolentiã ut oẽs sęculi minas atq; terrores fortitudine animi prouocemus. Sic ea quę alii timent: excelsa & insuperabili mente dolorem mortemq; calcamus Hęc est uirtus: hęc uera cõstãtia: i hoc tuẽda & cõseruãda

solo:ut nullus nos terror:nulla uis a deo possit auertere. Vera igit̃ Ciceronis illa sententia est:Nemo inquit iustus potest esse:qui mortem:qui dolorem : qui exsilium : qui egestatē timet. Item Senecę in libris moralis philosophię dicentis.Hic est ille homo honestus : non apice purpura ue:non lictorū insignis ministerio:se nulla re minor:qui cum mortem in uicinia uidet: non sic perturbatur tanq̃ rem nouam uiderit:qui siue toto corpore tormenta patienda sunt: siue flamma ore rapienda est : siue extendende per patibulum manus:nō quęrit quid patiat̃:sed q̃ bene. Qui aūt deū colit:hęc patitur:nec timet.Ergo iustus est. His rebus efficitur:ut neq̨ uirtutes:neq̨ uirtutū exactissimos limites nosse aut tenere possit omnino quisquis est a religione dei singularis alienus.

Capi.xviii. Quomō pręcepta dei quibus insistendum est:a philosophicis dissideant institutis.& quis sit patientię titulus.

SEd omittamus Philosophos:qui aut omnino nihil sciunt:id est ipsū pro sūma scientia pręse ferūt: aut qui non perspiciunt etiam quę sciunt.aut qui quoniam se putant scire:quę nesciunt: inepte arroganterq̨ desipiunt. Nos ergo ut ad propositum reuertamur : quibus solis a deo ueritas reuelata:& celitus missa sapiētia est: faciamus quę iubet illuminator noster deus.sustineamus inuicem & labores huius uitę mutuis adiumētis perferamus. Nec tamen si quid boni fecerimus : gloriam captemus ex eo. Monet enim deus operatorem iustitię non oportere esse iactantem:ne non tam mandatis celestibus obsequendi: q̃ studio placendi humanitatis officio fūctus esse uideatur Habeatq̨ iam precium glorię: quod captauit. nec pręmiū celestis illius ac diuinę mercedis accipiat.Cetera quę obseruare cultor dei debet:facilia sunt : illis uirtutibus cōprehensis.non mentiat̃ unq̃ decipiendi aūt nocendi causa Est enim nephas eū qui ueritati studeat in aliqua re esse. fallacem.atq̨ ab ipsa quā sequit̃:ueritate discedere.In hac iustitię uirtutūq̨ omniū uia:nullus mēdacio locus ē.Itaq̨

uator ille uerus ac iustus non dicet illud lucillianum Homini amico ac familiari nõ est mentiri meum: sed etiã inimico atq; ignoto existimabit non esse mentiri suũ. nec aliquãdo committet: ut lingua interpres animi a sensu & cogitatione discordet. pecuniam si quam crediderit: non accipiat usuram. ut & beneficium incolume sit: quod succurrit necessitati. & abstineat se prorsus alieno. In hoc enĩ genere officii debet suo esse contentus: quẽ oporteat alias: ne proprio quidem parcere: ut bonum faciat. plus autem accipere: q̃ dederit iniustum est. Quod qui facit: insidiat̃ quodammodo: ut ex alterius necessitate prędet̃. At iustus nunq̃ ꝑtermittet quo minus aliqd misericorditer faciat. nec inquinabit se huiusmodi questu. sed efficiet: ut sine ullo suo damno idipsum quod cõmodat: inter bona opa numeretur. Munus nõ accipiet a paupere: ut si quid ipse prestiterit: eo bonum sit: quo fuerit gratuitũ. Maledicẽti benedicto respõdeat. nunq̃ ipse maledicat. ne uerbũ malũ procedat ex ore hominis: qui colit uerbum bonũ. Quin etiam caueat diligenter: nequando inimicum sua culpa faciat. & siquis extiterit tã proteruus. qui bono & iusto faciat iniuriam: clementer ac moderate ferat. & ultionem suam non sibi assumat: sed dei iudicio reseruet. innocentiã semper & ubiq; custodiat. Quod pręceptum non ad hoc tantum ualet: ut ipse iniuriam non inferat: sed ut illatam sibi non uindicet. sedet enĩ maximus & equissimus iudex speculator ac testis omnium. Hunc homini pręferat: hũc malit de sua causa pronunciare: cuius sententiam nemo effugere potest nec defensione cuiusq̃ nec gratia. Ita fit ut homo iustus contemptui sit omnibus. & quia putabitur semetipsum defendere non posse: habebitur pro segni & inerti. Qui autem fuerit ultus inimicum: hic fortis: hic strennuus iudicatur. hunc colũt. hũc oẽs uerent̃. Bonus uero ille tametsi prodesse omnibus uel pluribus possit: illũ tamẽ suscipiunt: qui nocere q̃ qui ꝓdesse possit: sed iustũ prauitas hominũ deprauare nõ poterit. quo minus deo studeat obtẽperare. malitiaq; contemni: dũmodo semp boni fungatur officio mali nunq̃. Cicero in iisdem illis

officialibus. At uero ſi quis uoluerit inquit ſui animi cõ
plicatã notionem euoluere : iã ſe ipſe doceat : eum uirum
bonum eſſe: qui proſit quibus poſſit: noceat nemini : niſi
laceſſitus iniuria: O q̃ ſimplicem ueráq; ſententiã duorum
uerborum adiectione corrupit. Quid enim opus fuerat
adiungere : niſi laceſſitus iniuria ? ut uitium bono uiro
quaſi cauſam turpiſſimam apponeret. patientię quę om-
nium uirtutum maxima eſt facere expertem? Nocitur ũ
eſſe dixit bonum uirum ſi fuerit laceſſitus. Iã ex hoc ipſo
boni uiri nomen amittat neceſſe eſt ſi nocebit. Non minus
enim mali eſt referre iniuriã: q̃ inferre. Nã unde certamina
ĩter hoĩes? unde pugnę cõtentioneſq; naſcunť: niſi q̃ imꝓ
bitati appoſita impatiẽtia: magnas ſępe cõcitat tẽpeſtates.
Quod ſi patientiã qua uirtute nihil uerius : nihil homine
dignius inueniri poteſt: ĩprobitati oppoſueris: extinguetᷣ
protinus: tanq̃ igni aquã ſuperfuderis. Sin aũt ꝓuocatrix
illa improbitas impatientiã ſibi comparẽ nacta eſt : tanq̃
ꝑfuſa oleo tantũ excitabit incẽdiũ: ut id nõ flumẽ aliq̃d:
ſed effuſio cruoris extinguat. magna itaq; patientię ratio
eſt: quã ſapiẽs ademit bono uiro. ut enĩ nihil malorũ fiat:
hęc ſola efficit. quę ſi detur omnibus: nullum ſcelus nulla
fraus ĩ rebus humanis erit. Quid ergo bono uiro poteſt
eſſe tam calametoſum: tanq; contrariũ: q̃ irę frena permit
tere? quę illum nõ modo boni: ſed etiam hominis appella
tione diſpoliet? Siquidẽ nocere alteri ut ipſe ait uerissime:
non eſt ſecundum hominis naturam. nam & pecudes ſi la
ceſſas: aut calce aut cornu repugnant. Et ſerpentes ac ferę
niſi perſequaris ut occidas: negotium non exhibent. Et
ut ad hominum exempla redeamus : imperiti quoq; &
inſipiẽtes ſiquãdo accipiũt iniurias : cęco & irrationabili
furore ducuntur. & iis qui ſibi nocent : uicem tribuere
conantur. In quo igitur ſapiens ac bonus uir a malis &
inſipiẽtibus differt niſi q̃ habet inuictam patientiam: qua
ſtulti carẽt? niſi q̃ regere ſe ac mitigare iram ſuam nouit:
quam illi quia uirtute indigent : frenare non poſſunt?
Sed uidelicet hęc illum res fefellit : quia cum de uirtute
quęritur : in quacunq; conditione uinceret : putauit eſſe

uirtutis. Nec uidere ullo modo potuit hominem dolori
& irę ſuccumbẽtem:& his affectibus indulgentẽ:quibus
debet potius reluctari. Et ruentem quacũq; in parte pro-
uocarit improbitas:uirtutis officium non tenere. qui enĩ
referre iniuriam nititur: cum ipſum a quo lęſus eſt geſtit
imitari. ita qui malum imitatur : bonus eſſe nullo pacto
poteſt. Duobus igiť uerbis duas uirtutes maximas: bono
& ſapienti uiro: innocentiã patientiamq; detraxit. ſed quia
ipſe caninam illam facundiam ſicut Saluſtius ab Appio
dictum refert : exercuit ; uoluit quoq; hominem canino
modo uiuere: ut remordeat laceſſitus. Quę retributio cõ-
tumelię q̃ pernicioſa ſit:& quas edere ſoleat ſtrages: unde
oportunius petetur exemplum : q̃ ex ipſius pręceptoris
triſtiſſimo caſu. qui cum his Philoſophorum pręceptis
obtẽperare geſtit: ipſe ſe perdidit. Qui ſi laceſſitus iniuria
patientiam tenuiſſet: ſi diſſimulare : ſi ferre contumeliam
boni uiri eſſe didiciſſet: nec illas nobiles orationes alieno
titulo iſcriptas: impatiẽtia & leuitas: & inſania ꝑdidiſſet:
nũq̃ capite ſuo roſtra in quibus ante floruerat: cruẽtaſſet
nec Rempublicam funditus proſcriptio illa deleſſet. Sapi-
entis ergo ac boni uiri non eſt uelle certare: ac ſe periculo
committere. quoniã & uincere non eſt in noſtra poteſtate
& eſt anceps omne certamẽ. ſed eſt ſapiẽtis & optimi uiri
non aduerſarium uelle tollere : quod fieri ſine ſcelere ac
periculo non poteſt. ſed certamen ipſum quod fieri & uti-
liter & iuſte poteſt. Summa igitur uirtus habẽda patiẽtia
eſt. quam ut caperet homo iuſtus : uoluit illum deus ut
ſupra dictũ eſt: pro inerte contemni. Niſi enĩ cõtumeliis
fuerit affectus: quantum habeat fortitudinis in ſeipſo co-
hibendo: ignorabitur. Si autem laceſſitus iniuria lędentẽ
perſequi cęperit: uictus eſt. Si uero motum illum ratione
cõpreſſerit: hic plane ĩperat ſibi. & hic regere ſe poteſt. quę
ſuſtentatio ſui recte patientia nominatur. quę una uirtus
omnibus eſt oppoſita uitiis & affectibus. Hęc perturba-
tum animum ac fluctuantem ad tranquillitatem ſuam re-
uocat. hęc mitigat : hęc hominem ſibi reddit. Ergo quo-
niam naturę repugnare impoſſibile eſt: & inutile : ut non

commoueamur omnino : prius tamen q̄ commotio illa prosiliat ad nocendum quoad fieri potest ; maturius sopiatur. Precepit deus non occidere solem super irā nostrā ne furoris nostri testis abscedat Denique. M. Tullius cōtra suum preceptum de quo paulo ante dixi: obliuionē iniuriarum in magnis laudibus posuit. Spero inquit Cesar q̄ obliuisci nihil soles : nisi iniurias. Quod si hoc ille faciebat homo: non a celesti tantū: sed a publica quoque ciuilique iustitia remotissimus: quātomagis id nos facere debemus qui immortalitatis uelamine candidati sumus.

¶ Ca. xix. ¶ Quod Peripatetici Stoicis obuiāt in defensione affectionum. Et que sint tres furie quas Poete finxerunt. & quis earum usus sit & abusus.

Stoici cum affectus ex homine tāq̄ morbos conantē euellere: Peripatetici se opponunt : eosque non modo retinent: sed etiam defendūt. Nihilque in homine esse dicūt quod non magna ratione ac prouidentia sit innatū. Recte id quidem. si singularum rerum ueros terminos scirent. Itaque hanc ipsam iram comitem esse dicunt uirtutis. tanq̄ nemo possit aduersus hostes fortiter dimicare: nisi fuerit ira concitatus. Quo plane ostendunt: nec quid sit uirtus scire se: nec cur homini tribuerit iram deus. Que si nobis ideo data est: ut ea utamur ad occidēdos homines: quid immanius homine: quid similius feris beluis existimandū est: q̄ id animal quod ad cōmunionē & innocentiā deus fecit? Tres sunt igitur affectus qui homines in omnia facinora precipites agant. ira: cupiditas: libido. Propterea Poete tres furias esse dixerūt. que mētes hominū exagitēt. ira ultionē desiderat. cupiditas opes. libido uoluptates. Sed his omnibus deus certos limites statuit: quos si trāscenderit: maioresque esse ceperit: necesse ē naturā suā deprauēt. & in morbos ac uitia uertanē. Qui aūt sint isti limites: nō est magni laboris ostēdere. Cupiditas ad ea comperanda nobis data est: que sunt ad uitam necessaria. libido ad sobolem propagandam. ire affectus ad coercenda peccata.

eorum qui sunt in nostra potestate: id est ut artiore disci
plina minor ętas ad probitatem iustitiamq; formet. quę
nisi in metu cohibeatur: licentia pariet audaciam. quę ad
omne flagitium & facinus euadet. Itaq; ut ira uti aduersus
minores & iustũ est & necessarium: sic & aduersum pares
& perniciosum est & impium. Impium q violatur hu
manitas. perniciosum q illis repugnantibus aut perdere
necesse est: aut perire. Hanc autem quam dixi esse rationẽ
cur homini sit irę affęctus datus: ex ipsius dei pręceptis
intelligi potest. qui iubet uti maledictis & lędentibus ne
irascamur. manus autem nostras supra minores semper
habeamus. hoc est ut peccantes eos assiduis uerberibus
corrigamus: ne amore inutili & indulgentia nimia edu
centur ad malum. & ad uitia nutriãtur. Sed rerũ imperiti
& rationis ignari: eos affęctus qui sunt homini ad usus
bonos dari exterminauerunt. & latius q̃ ratio postulat
euagãtur. Inde iniuste atq; impie uiuitur: utunt̃ ira cõtra
pares. hinc diss dia: hinc expulsiones: hinc bella contra
iustitiã nata sunt. Vtuntur cupiditate ad cogendas opes.
hinc fraudes. hinc latrocinia. hinc omnia scelerum genera
orta sunt. Vtunt̃ libidine ad capiendas tantũ uoluptates.
Hinc stupra. hinc adulteria. hic corruptelę omnes extite
runt. Quicunq; igitur illos affęctus intra fines suos redę
gerit: quod ignorantes deũ facere non possunt: hic patiẽs
hic fortis: hic iustus est.

Cap. xx. De quinq; sensuũ uoluptatibus. Et quare plus uoluptatis datũ sit homini a natura q̃ cęteris animantibus. Et primũ de uoluptate uisus. & de spectaculis euitandis. Et de ludorum & spectaculorum authoribus.

Restat ut contra quinq; sensuũ uoluptates dicã bre
uiter. Nã & ipsius libri mẽsura iã modũ flagitat. quę
oẽs quoniã uitiosę ac mortiferę sunt: uirtute superari atq;
opprimi debẽt. uel q̊d paulo ante dicebã. de affectibus: ad
rationem suam reuocari. Cęterę animantes pręter unam
uoluptatẽ quę ad generandum pertinet: nullam sentiunt.

Vtuntur ergo sensibus ad naturę suę necessitatē. Vidēt ut appetant ea quibus opus est ad uitam tuendā. audiūt inuicem seq; dinoscunt: ut possint congregari. Quę utilia sunt ad uictum aut ex odore inueniunt: aut ex sapore percipiunt. inutilia respuunt aut recusant. Edendi & bibēdi officium uentris plenitudine metiuntur. Homini uero solertissimi artificis prouidentia dedit uoluptatē infinitā & in uitium cadentem: quia proposuit ei uirtutem quę cū uoluptate semper tanq̄ cū domestico hoste pugnaret. Cicero in Catone maiore: Stupra uero inquit & adulteria & omne flagitiū nullis excitari aliis illecebris nisi uoluptatis. Cumq; homini siue natura siue quis deus nihil mēte prestabilius dedisset: huic diuino muneri ac dono nihil tam inimicum q̄ uoluptatē. Nec enim libidine dominātē temperantię locum esse: neq; in uoluptatis regno uirtutē posse consistere. sed ecōtrario deus iccirco uirtutē dedit: ut expugnaret: & uinceret uoluptatem. eamq; egredientē fines sibi datos: infra prescriptum coerceret. ne hominem suauitatibus delenitū atq; captum: ditioni suę subiiceret ac sempiterna morte mulctaret. Voluptas oculorū uaria & multiplex: quę capitur ex aspectu rerū quę sunt in usu hominū: uel natura uel ope delectabiles. hāc Philosophi rectissime sustulerunt. Aiunt enim multo esse preclarius & homine dignius coelū potius q̄ cęlata intueri. Et hoc pulcherrimū opus intermicātibus astrorum luminibus tanq̄ floribus adornatū: q̄ picta & ficta & gēmis distincta mirari. Sed cum diserte ad contemptum terrestrium nos exhortati sunt: & ad coeli spectaculū excitauerunt: tamen spectacula hęc publica nō contēnūt. itaq; his & delectāť & libenter intersunt. quę quoniā maxima sunt irritamēta uitiorum: & ad corrumpendos animos potissime ualent: tollenda sunt nobis. quia non modo ad beatam uitā nihil conferunt: sed etiam nocent plurimū. Nam qui hominem quāuis ob merita damnatū in cōspectu suo iugulare pro uoluptate cōputat: conscientiā suam polluit: tam scilicet q̄ si homicidiū q̄d fit occulte spectator & particeps fiat. Hos tamē ludos uocāt in q̄bus humanus sāguis effūdiť.

Adeo longe ab hoibus secessit humanitas : ut cũ animas hominum interficiant : ludere se opinentur. nocentiores his omnibus. quorum sanguiné uoluptati habent. Quero nunc an possint pii & iusti homines esse: qui constitutos sub ictu mortis ac misericordiam deprecantes: non tantũ patiuntur occidi: sed efflagitant : feruntq̧ ad mortẽ crudelia & inhumana suffragia. nec uulneribus satiati : nec cruore contẽti. quin etiã percussos iacentesq̧ repeti iubẽt: & cadauera ictibus dissipari: ne quis illos simulata morte deludat. Irascuntur etiam pugnãtibus: nisi celeriter alter e duobus occisus est. & tanq̃ humanum sanguinem sitiãt oderũt moras. alios illis compares dari poscũt recẽtiores ut q̃primum oculos suos satiẽt. Hac consuetudie imbuti humanitatem perdiderunt. Itaq̧ non parcunt etiam innocentibus. sed exercent in omnes quod in malorum trucidatione didicerunt. Huius igit̃ publici homicidii socios & participes esse non conuenit eos qui iustitię uiã tenere nitũtur. Non enim cum occidere deus uetat: latrocinari nos tantũ prohibet : quod ne per lęges quidem publicas licet. sed ea quoq̧ ne fiant: monet: quę apud homines pro licitis habent̃. Ita neq̧ militare iusto licebit: cuius militia est ipsa iustitia. neq̧ uero accusare quenq̃ crimine capitali quia nihil distat utrũ ne ferro an uerbo potius occidas: quoniam occisio ipsa prohibetur. Itaq̧ in hoc dei pcepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet: quin occidere hominem sit semper nephas: quem deus sanctum animal esse uoluit. Ergo ne illud quidem concedi aliquis existimet: ut recens natos liceat oblidere : quę uel maxima est impietas. Ad uitam enim deus inspirat animas : non ad mortem. Verũ homines: ne quod sit facinus: quo manus suas non polluant: rudibus adhuc & simplicibus animis abnegant lucem. non a se datam. Expectet uero aliquis: ut alieno sanguini parcant : qui non parcunt suo. se dii sine ulla cõtrouersia scelerati & iiusti. Quid illi q̃s falsa pietas cogit exponere? Nõ possũt inocẽtes existimari: qui uiscera sua canibus obiciunt. & quantum in ipsis est: crudelius necãt: q̃ si strangulassent. Quis dubitet quin impius sit: q̧

alienę misericordię locū non tribuit: qui etiā si contingat ei: quod uoluit: ut alatur: addixit certe sanguinem suum uel ad seruitutem: uel ad lupanar. Quę autem possint: uel soleant accidere in utroq; sexu uel per errorem quis non intelligit: quis ignorat? Quod uel unius Aedipodis decla rat exemplū: duplici scelere cōfusum. Tam igit nephariū est exponere: q̄ necare. At eni paricide facultatū angustias conquęruntur. nec se pluribus liberis educādis sufficere posse prętendūt. quasi uero aut facultates ī potestate sint possidentium: aut nō quotidie deus ex diuitibus paupes & ex pauperibus diuites faciat. Quare si quis liberos ob paupertatem non poterit educare: satius est ut ab uxoris congressione cōtineat: q̄ sceleratis manibus dei opera cor rumpat. Ergo si homicidiū facere nullo modo licet: nec interesse omnino conceditur. ne conscientiam perfundat ullus cruor. Siquidē populo sanguis ille pręstat̄. in scęnis quoq; nescio an sit corruptela uitiosior. Nam & Comicę fabulę de stupris uirginum loquunt̄: aut amoribus mere tricū. & quo magis sunt eloquētes q flagitia illa finxerūt eo magis sentētiarum elegantia suadēt. & facilius inhęrēt. audientiū memorię uersus numerosi & ornati. Itē Tragi cę historicę subiiciunt oculis paricidia & incęsta Regum malorum: & coturnata scelera demonstrant. Histrionū quoq; impudicissimi motus: quid aliud nisi libidines do cent: & instigāt? quorū eneruata corpora: & in mulierū incessum habitūq; mollita. impudicas foeminas ihonestis gestibus mentiunt̄. Quid de mimis loquar corruptelarū pręferentibus disciplinā: qui docent adulteria: dū fingūt & simulatis erudiunt ad uera? Quid iuuenes aut uirgies faciāt: cum & fieri sine pudore: & spectari libenter ab om nibus cernunt. Admonentur utiq; quid facere possint. & inflammantur libidine: quę aspectu maxime concitatur ac se quisq; pro sexu in illis imaginibus pręfigurat. pro bantq; illa dū rident. & adhęrentibus uitiis corruptiores ad cubicula reuertūtur. nec pueri modo: quos pmaturis uitiis imbui nō oportet: sed etiam senes quos peccare nō decet. in talem uitiorum semitam dilabuntur. Circensiū

quoq; ludorum ratio quid aliud habet: nisi leuitatem: uanitatem: insaniam? Tanto nanq; impetu concitantur animi in furorem: quanto illic impetu curritur. ut iam plus spectaculi exhibeant: qui spectandi gratia ueniunt: cum exclamari & efferri & exilire ceperint. Vitanda ergo spectacula omnia: non solum ne quid uitiorum pectoribus insideat: que sedata & pacifica esse debent: sed ne cuius nos uoluptatis consuetudo deliniat. & a deo atq; a bonis operibus auertat. Nam ludorum celebrationes deorum festa sunt. siquidem ob natales eorum uel templorum nouorum dedicationes sunt constituti. Et primitus quidem uenationes que uocantur munera: Saturno attribute sunt. Ludi autem scenici Libero. Circenses uero Neptuno. Paulatim uero & ceteris diis iidem honores tribui cepit. singulisq; ludi nominibus eorum consecrati sunt. Sicut Sisinnius Capito in libris spectaculorum docet. Si quis igitur spectaculis interest: ad que religionis gratia conuenitur: discessit a dei cultu: & ad deos se contulit quorum natales & festa celebrauit.

¶ Cap. xxi. ¶ De uoluptate aurium. Et quod sibi uelit diuinorum eloquiorum simplicitas: que omnibus carminibus & floribus pompisq; uerborum preferenda est.

AVrium uoluptas ex uocum & cantuum suauitate percipitur. que scilicet tam uitiosa est: quam oblectatio illa de qua diximus oculorum. Quis enim non luxuriosum ac nequam putet eum: qui scenicas artes domi habeat? Atq; nihil refert. utrum ne luxuriam solus domi: an cum populo exerceas in theatro. Sed iam de spectaculis dictum est: restat unum quod est nobis expugnandum: ne capiamur his que ad sensum integrum penetrant. Nam illa omnia que uerbis carent: id est aeris & neruorum suaues sonus: possunt facile contemni. quia non adherent: nec scribi possunt. Carmen autem compositum & oratio cum suauitate decipiens: capit mentes. & quo uoluerit impellit. Inde homines litterati cum ad religionem accesserint dei: ab aliquo imperito doctore fundati minus credunt.

Assueti enim dulcibus & politis : siue orationibus : siue carminibus: diuinarum litterarum simplicem cōmuneq́ sermonem pro sordido aspernātur. id enim quę rūt quod sensum demulceat. Persuadet autem quicquid est suaue. & animo penitus dum delectat: insidit. Num igitur deus & mentis & uocis & linguę artifex: diserte loqui nō pōt? Immo uero summa prouidentia carere ꝑfuco uoluit ea: quę diuina sunt: ut omnes intelligerēt: quę ipse omnibus loquebatur. Ergo qui ueritati studet: qui non uult ipse se decipere: abiiciat inimicas & noxias uoluptates quę animā sibi uinciāt. ut corpus cibi dulces. prę ferantur uera falsis ęterna breuibus. utilia iucundis. Nihil aspectu gratū sit: nisi quod pie quod iuste fieri uideas. nihil auditu suaue: nisi quod alit animam : melioremq́ te reddit. Maximeq́ hic sensus nō est ad uitium detorquēdus: qui nobis ideo datus est : ut doctrinam dei percipere possemus. Itaq́ si uoluptas est audire cantus & carmina: dei laudes canere : & audire iucūdum sit. Hęc est uoluptas uera: quę comes est & socia uirtutis. Hęc est non caduca & breuis : ut ille quas appetūt: qui corpori ut pecudes seruiūt. sed ꝑpetua & sine ulla intermissione delectans. Cuius terminos siq́s excesserit : nihilq́ aliud ex uoluptate petierit : nisi ipsam uoluptatem: hic mortem meditat̃. quia sicut uita ꝑpetua in uirtute est: ita mors in uoluptate. Qui enim tēporalia maluerit: carebit ęternis. qui terrena protulerit: cęlestia nō habebit.

Cap. xxii. De uoluptate olfactus & gustus quam uir prudēs euitare debet : ut laqueos & tendiculas mortis.

De uoluptates autē saporis & odoris: qui duo sēsus ad solū corpus pertinēt: nihil ē q̄d a nobis disputet̃ nisi forte q̄s exigit: ut dicamus turpe esse sapiēti ac bono: si uentri & gulę seruiat: si unguentis oblitus: ac floribus coronatus icedat. q̄ q facit: utiq́ icipiēs & ieptus & nihil ē. & quē ne odor q̄dē uirtutis attigerit. Fortasse q̄spiā dix erit. Cur ergo illa facta sūt: nisi ut illis fruamur? At enim

iam sepe dictum est: uirtutem fuisse futuram nullam: nisi haberet que opprimeret. Itaque fecit oia deus ad instruendū certamē rerū duarum. ergo illecebre iste uoluptatū: arma sunt illius cuius opus unum est expugnare uirtutē: iustitiamque ab omnibus excludere. His blandimentis titillat anima & suauitatibus. Scit enī quia mortis est fabricatrix uoluptas. Nam sicut deus hominem ad uitā non nisi per uirtutem ac laborē uocat: ita ille ad mortem per delitias ac uoluptates. & sicut ad uerum bonum per fallacia mala sic ad uerū malum per bona fallacia peruenitur. Cauēda sunt igitur oblectamenta ista tanquam laquei & plage. ne suauitudinum mollicie capti: subditione mortis cum ipso corpore redigamur: cui nos mancipauimus.

Cap. xxiii. De uoluptate tactus. & quare sit in homie uehemētior quam in ceteris animalibus. & quātas p eū diabolus turpitudīes igerat & spicula gehēne. Et de licito coitu & illicito. Et quare intra omnia animantia sola mulier post conceptū sit patiens uiri. Et quis sit continentie uel incontinentie fructus.

Venio nunc ad eam que percipitur ex tactu uoluptatē qui sensus est quidem totius corporis. sed ego non de ornamentis aut uestibus: sed de sola libidine dicendū mihi puto. que maxime coercēda est. quia maxime nocet. Cum excogitasset deus duorum sexuū rationē: attribuit ipsis ut se inuicem appeterent. & coniunctione gauderēt. Itaque ardentissimam cupiditatem cunctorum animantiū admiscuit corpibus. ut in hos affectus auidissime ruerēt eaque ratione propagari & multiplicari genera possent. Que cupiditas & appetentia in homine uehementior & acrior inuenitur. uel quia hominum multitudinem uoluit esse maiorem: uel quoniam uirtutē soli homini dedit: ut esset laus & gloria in coercendis uoluptatibus: & sui abstinētia. Scit ergo aduersarius ille noster quāta sit uis huius

cupiditatis. quam quidem necessitatem dicere maluerũt. eamq͂ a recto & bono ad malum & ad prauum trafferũt. illicita enim desideria immittit: ut aliena contaminent: quibus habere propria sine delicto licet. obiicit quippe oculis irritabiles formas. suggeritq͂ fomenta & uitiis pabulum subministrat. tũ intimis uisceribus stimulos oĩs conturbat: & commouet. & naturalem illum incitat atq͂ inflammat ardorem. donec irretitũ hominẽ implicatũq͂ decipiat. At ne quis esset qui poenarum metu abstineret alieno: lupanaria quoq͂ constituit. & pudorem infoeliciũ mulierum publicauit. ut ludibrio haberet tam eos qui faciunt: q͂ quas pati necesse est. His obscœnitatibus animas ad sanctitatem genitas uelut in cœni gurgite demersit: pudorem extinxit: pudicitiam fugauit. Idem etiã mares maribus admiscuit. & nefandos coitus cõtra naturã: cõtraq͂ institutum dei machinatus est. sic imbuit homines & armauit ad nefas omne. Quid enim potest esse sanctum iis qui ætatem imbecillam & præsidio indigentẽ. libidini suę depopulandam fœdandamq͂ substrauerint? Nõ potest hęc res pro magnitudie sceleris enarrari. Nihil amplius istos appellare possum: q͂ impios & parricidas: quibus nõ suffiiat sexus a deo datus: nisi & suum sexum prophane ac petulanter illudant. Hęc tamen apud nos leuia & quasi honesta sunt. Quid dicam de his: qui abominandam non libidinem sed insaniam potius exercent? Piget dicere. Sed quid iis fore credamus: quos non piget facere. & tamen dicendum est: quia fit. de istis loquor quorum: teterrima libido & execrabilis furor: ne capiti qdẽ parcit. Quibus hoc uerbis aut qua indignatione tantũ nefas prosequar? Vicit officium linguę sceleris magnitudo. Cum igitur libido hęc edat opera: & hęc facinora designet: armandi ad uersus eã uirtute maxima sumus. Quisquis affectus illos frenare nõ potest: cohibeat eos intra præscriptũ legittimi tori: ut & illud quod auide expetit: assequatur. & tamen in peccatum non incidat. Nam quid sibi homines perditi uolũt? Nempe honesta opera uoluptas sequitur: si ipsam p se appetunt: iusta & legittima frui licet. Quod si aliqua

necessitas prohibet:tum uero maxima adhibenda uirtus erit: ut cupiditati continētia reluctetur. Nec tantū alienis quę attingere non licet: uerum etiam publicis uulgatisq; corporibus abstinendum deus pręcępit. Docetq; nos cū duo inter se corpa fuerint copulata:unū corpus efficere. Itaq; qui se cęno immerserit:cęno sit oblitus necesse est.& corpus quidem cito ablui potest: mens autem contagiōe impudici corporis inquinata non potest : nisi ex longo tempore & multis bonis ab ea quę inhęserit : colluuione purgari. Oportet ergo sibi quenq; pręponere duorum sexuum coniunctionem generandi causa datā esse uiuētibus Eamq; lęgem his affectibus positam:ut successionē parēt. sicut autem dedit nobis oculos deus : non ut spectemus uoluptatēq; capiamus : sed ut uideamus ꝑpter eos actus qui pertinēt ad uitę necessitatem: Ita genitalem corporis partęm quod nomē ipsum docet:nulla alia causa nisi efficiēdę sobolis accępimus. Huic diuinę lęgi summa deuotiōe parēdum est. sint omnes qui dei discipulos se ꝑfitebunt ita morati & instituti: ut imperare sibi possint. Nam qui uoluptatibus indulgēt:qui libidini obsequunt: ii animā suam corpori mancipant:ad mortemq; condemnant. qui se corpori addixerunt : in quo habet mors potestatem. Vnusquisq; igitur quātū potest formet se ad uerecundiā: pudoremq; colat. castitatem mente & conscientia tueatur nec tantum lęgibus publicis pareat : sed sit supra omnes lęges:qui lęgem dei sequitur. quibus bonis si assueuerit: iam pudebit eum in deteriora descendere. Modo placeāt recta & honesta quę melioribus iucundiora sunt:q̄ praua & inhonesta peioribus. Non dum omnia castitatis officia executus sum.quā nō modo deus intra priuatos parietes sed etiam pręscripto lectuli terminat : ut cū quis habeat uxorem:neq; seruam neq; liberā habere insuper uelit. sed matrimonia fidem seruet. Non enim sicut iuris publici ratio est:sola mulier adultera est quę habet aliū: Maritus autem etiam si plures habeat: a crimine adulterii solutus est. Sed diuia lex duos in matrimoniū quod est i corpus unum:pari iure cōiungit: ut adulter habeatur: quisquis

compagem corporis in diuersa distraxerit. Nec ob aliam causam deus cũ ceteras animantes suscepto fetu maribus repugnare uoluisset: solam omnium mulierem patientem uiri fecit: scilicet ne factis repugnantibus libido cogeret uiros aliud appetere: eoq̃ facto castitatis gloriam non tenerẽt. sed neq̃ mulier uirtutẽ pudicitie caperet: si peccare non posset. Nam quis mutum animal pudicũ esse dixerit: quod suscepto fetu mari repugnat? Quod ideo facit: quia necesse est in dolorem atq̃ in periculũ ueniat: si admiserit Nulla igitur laus est non facere: quod non possis facere. Ideo autem pudicitia in homine laudatur: quia non naturalis est sed uolũtaria. Seruanda igitur fides ab utroq̃ alteri est: immo exemplo continentie docenda uxor ut se caste gerat. Iniquũ est enĩ ut id exigas: quod ipse prestare nõ possis. Que iniquitas id effecit profecto: ut essent adulteria foeminis egre ferentibus prestare se fidem: nõ exhibentibus mutuam caritatem. Deniq̃ nulla est tã perditi pudoris adultera: que nõ hãc causam uitiis suis ꝓtendat: iniuriam se peccando nõ facere: sed referre. quod optime Quintilianus expressit. homo inq̃t neq̃ alieni matrimonii abstinens: neq̃ sui custos: que inter se natura connexa sũt. Nam neq̃ maritus circa corrumpendas aliorũ coniuges occupatus: potest uacare domestice sãctitati. Et uxor cũ in tale incidit matrimonium exemplo ipso concitata: aut imitari se putat; aut uindicari. Cauendũ igiť ne occasionẽ uitiis nostra intemperantia demus: sed assuescant inuicẽ mores duorum: & iugum paribus animis inferant. Nos ipsos in altero cogitemus. Nam fere in hoc iustitie sũma consistit: ut non facias alteri: quicquid ipse ab altero pati nolis. Hec sunt que ad continentiam precipiuntur a deo. sed tamen siquis diuina precepta circumscribere se putet posse: addãtur illa: ut omnis calumnia & occasio fraudis remoueatur. adulterum esse qui a marito dimissã duxerit & eum qui preter crimen adulterii uxorem dimiserit. ut alterã ducat. Dissotiari enĩ corpus & distrahi deus noluit Preterea non tantum adulterium esse uitandum: sed etiam cogitationẽ: ne quis aspiciat alienã. & animo concupiscat.

Adulteram enim fieri mentem: si uel imaginē uoluptatis ipsa sibi depinxerit. mens est enim profecto quę peccat. quę immoderate libidinis fructum cogitatione cōplectiť In hac crimen est: in hac omne delictum. Nam & si corpus nulla sit labe maculatū: nō constat tamen pudicitię ratio: si animus incęstus est. nec illibata castitas uideri potest: ubi conscientiam cupiditas inquinauit. Nec uero aliquis existimet difficile esse imponere frenos uoluptati. eamq uagam & errantem castitatis pudicitięq limitibus includere: cū propositū sit hominibus omnibus etiā uincere. ac plurimi beatam atq incorruptam corporis integritatē retinuerūt. multiq sint q hoc cęlesti genere uitę felicissime perfruantur. Quod quidem non ita deus fieri pręcepit: tanq astringat: quia generari homines oportet: sed tanq sinat. Scit enim quantam his affectibus imposuerit necessitatem. si quis hoc inquit facere potuerit: habebit eximiam incomparabilemq mercedem. Quod continentię genus quasi fastigium est. omniumq cōsumatio uirtutum. Ad quam si quis eniti atq eluctari potuerit: hunc seruum dominus: hunc discipulum magister agnoscet. hic terram triumphauit. hic erit consimilis deo: qui uirtutem dei cęperit Hęc quidē difficilia uident̄: sed de eo loquimur: cui calcatis omnibus terrenis iter in coelum parat̄. Nam quia uirtus in dei agnitione consistit: omnia grauia sunt: dū ignores: ubi cognoueris: facilia. per ipsas difficultates nobis exeundum est. qui ad summum bonum tendimus.

¶ Cap. xxiiii. ¶ De penitentia & fructu eius & conscientię stimulis: & districto dei iudicio. ex qbus sacrificiis & in qua ara possit placari.

Nec tamen deficiat aliquis: aut de se desperet. si aut cupiditate uictus: aut libidine impulsus: aut errore deceptus: aut ui coactus: ad iniustitię uiam lapsus est. Pōt enim reduci ac liberari si eum pęniteat actorū: & ad meliora conuersus satis deo faciat. q fieri posse Cicero non

putauit. Cuius hęc in academico tertio uerba sunt. Quod si liceret iis qui in itinere deerrassent: sic uiam deuiam secutos corrigere errorē in pęnitēdo: facilior esset emēdatio temeritatis. Licet plane. Nā si liberos nostros cū delictorum suorū cernimus pęnitere: correptos esse arbitramur: & abdicatos abiectosq; rursus tamē suscipimus: fouemus amplectimur: cur desperemus clementiam dei patris pęnitendo posse placari? Ergo idem dominus ac parēs indulgentissimus: remissurum se pęnitentibus peccata promittit & obliturum omnes iniquitates nostras: si iustitiā denuo cęperimus operari. Sicut enim nihil prodest male uiuenti ante actę uitę probitas: quia superueniēs nequitia iustitię opera deleuit: ita nihil officiunt peccata uetera correcto: qa superueniens iustitia labem uitę prioris aboleuit. Quē enim facti sui pęnitet: errorem suum pristinum intelligit. Ideoq; Gręci melius & significantius μετανοιαν dicūt: quā nos latine possumus dicere resipiscentiam. Resipiscit enim ac suam mentem quasi ab insania recipit: quē errati piget castigatq; seipsum dementię. & confirmat animum suum ad rectius uiuēdum. tū illud ipsum maxime cauet: ne rursus in eosdē laqueos inducatur. Deniq; muta quoq; animalia cum fraude capiuntur: si aliquo se modo in fugam extricauerint: fiunt postmodum cautiora. uitantq; semper ea omnia in quibus dolos insidiasq; senserunt. Sic hominem pęnitentia cautū ac diligentem facit: ad euitāda peccata: in quę semel fraude deciderit. Nemo enim potest esse tam prudens: tam circumspectus: ut non aliquando labatur. Et iccirco deus imbecillitatem nostram sciens: pro sua pietate aperuit nobis portum salutis: ut huic necessitati cui fragilitas carnis subiecta est: medicina pęnitentię subueniret. Ergo quicunq; aberrauerit: referat pedem: seq; q̄ primum recipiat ac reformet.

Sed reuocare gradum: superasq; euadere ad auras:
Hoc opus hic labor est.

Degustatis enim male iucundis uoluptatibus: uix diuelli ab his possunt. facilius recta sequerētur: si earū suauitates nō attigissent. Sed si eripiāt se male seruituti: condonabit

bis omnis error.si errorem suum uita meliore correxerit. Nec lucrari se quisq̃ putet: si delicti consciũ nõ habebit: scit ille oĩa in cuius conspectu uiuimus. Nec si uniuersos homines celare possumus. deum possumus. cui nihil abscõditum: Nihil potest esse secretũ. Seneca exhortatiões suas mirabili sentẽtia terminauit. Magnum inquit nescio quid maiusq̃ q̃ cogitari potest numen est: cui uiuendo operam damus. Huic nos approbemus. nã nihil prodest inclusam esse conscientiã. patemus deo. Quid uerius dici potest ab eo qui deum nosset: q̃ dictum est ab homĩe uerę religionis ignaro! Nam & maiestatem dei expressit maiorẽ esse dicẽdo: q̃ ut eã cogitatio mẽtis humanę capere posset: & ipsum ueritatis attigit fontem: sentiẽdo uitam hominũ superuacuam non esse. ut Epicuri uolunt sed deo ab his operam uiuendo dari: siquidẽ iuste ac pie uixerint. Potuit esse uerus dei cultor: siquis illi mõstrasset: ut contẽpsisset: profecto Zenonem: & magistrum suum Sotionem: si uerę sapientię ducẽ nactus esset. Huic nos inquit approbemus Cęlestis prorsus oratio nisi antecederet ignorãtię cõfessio nihil prodest inclusam habere cõscientiam: patemus deo Nullus ergo mendacio nullus dissimulationi locus est: quia parietibus oculi hominum submouentur: dei autem diuinitas nec uisceribus submoueri potest: quo minus totum hominẽ perspiciat & norit. Idem in eiusdẽ operis primo. Quid agis inquit: quid machinaris: qd abscõdis: Custos te tuus sequitur. Aliũ tibi peregrinatio subduxit alium mors: alium ualitudo. Hęret hic: quo carere nunq̃ potes. Quid locum abditum legis: & arbitrum remoues: puta tibi contigisse ut oculos omnium effugias demens. Quid tibi prodest non habere conscium: habenti conscientiã: Nõ minus mirabiliter de consciẽtia & deo Tullius Meminerit inquit deum se habere testem: id est ut Ego arbitror mentem suã: qua nihil homini dedit ipse diuinius Item cũ de bono & iusto uiro loqueretur. Itaq; talis uir inquit. non modo facere: sed ne cogitare quidem quicq̃ audebit: quod non audeat predicare. Purgemus igitur conscientiam quę oculis dei est peruia & ut ait idẽ: semp

ita uiuamus: ut rationem nobis reddendam arbitremur. putemusq; nos momentis omnibus non in aliquo: ut ille dixit orbis terre theatro ab hoibus : sed desuper spectari ab eo: qui & iudex & testis ipse futurus est. cui rationem uite reposcēti actos suos inficiari nō licebit. Ergo satius est aut fugere conscientiam : aut nos ipsos ultro aperire animū. & perniciem rescissis uulneribus effundere. q̄bus nemo alius mederi potest: nisi solus ille q gressū claudis: uisū cecis reddidit. maculata purgauit mēbra : mortuos excitauit. Ille ardorem cupiditatis extinguet: exstirpabit libidines: inuidiam distrahet: iram mitigabit. Ille reddet ueram & perpetuam sanitatem. Appetenda est hec oibus medicina. quoniā maiori periculo uexat anima q̄ corpus & q̄ primū latentibus morbis adhibēda est curatio. Neq; enim si utatur aliquis oculorum acie clara: mēbris oibus integris corporis totius fortissima ualitudine: tamē eum dixerim sanū: si efferatur ira : superbia tumidus infletur: libidini seruiat: cupiditatibus inardescat. sed eum potius qui ad alienam foelicitatem non attollat oculos: opes nō admiretur: alienam mulierem sancte uideat: nihil omnino appetat. non concupiscat alienum: non inuideat ulli: non fastidiat quenq̄ sit humilis: misericors: beneficus : mitis: humanus: pax i animo eius perpetua uersetur. Ille homo sanus: ille iustus : ille perfectus est. Quisquis igitur his omnibus preceptis celestibus obtēperauerit : hic est ueri dei cultor. cuius sacrificia sunt māsuetudo animi: & uita innocens & actus boni. Que omnia qui exhibet : totiens sacrificat: quotiens bonum aliquid ac pium fecerit. Deus eni non desiderat uictimā. neq; muti animalis: neq; mortis ac sanguinis: sed hominis & uite. Ad quod sacrificiū neq; uerbenis opus est: neq; fibris neq; cespitibus: que sūt utiq; uanissima. sed his que de inti mo corde proferuntur. Itaq; in aram dei que uere maxima est: & que in corde hominis collocata coinquinari nō potest sanguie: iustitia imponit̄ patientia: fides: innocentia: castitas: abstinentia. hic est uerissimus ritus. hec illa lex dei. ut a Cicerone est dictum. preclara & diuina semperq; recta & honesta iubet. uetat

liber sextus

praua & turpia. cui parentē sanctissimę ac certissimę legi: iuste ac legittime necesse est uiuere. Cuius legis pauca eq; dem capita posui. q sum pollicitus ea me tantummodo esse dicturum: quę summū fastigium uirtuti & iustitię imponerēt. Si quis uolet cętera omnia comprehendere: ex fonte ipso petat unde ad nos riuus iste manauit.

Capi. xxv. De differentia doni & sacrificii diuini: & forma laudandi deū: & oratiōis forma & fructu.

NVnc de sacrificio ipso dicamus pauca. Ebur inqt Plato nō castū donū deo. Quid ergo? picta scilicet & tecta preciosa: immo uero nō castū donū deo: quicqd surripi quicquid corrūpi potest. Sed sicut hoc uidit non oportere uiuenti offerre aliqd: quod sit ex mortuo corpe. cur illud non uidit nō debere incorporali corporale munus offerri? Quāto melius & uerius Seneca? Vultis ne uos inquit deum cogitare magnum & placidum: & maiestate leni uerendum: amicum & semp in proximo nō immolationibus & sanguine multo colendum. Quę enim ex trucidatione immerentiū uoluptas est. sed mēte pura: bono honestoq proposito: non templa illi cōgestis ī altitudinē saxis struenda sunt: in suo cuiq consecrandus est pectore. Vestes igitur gemmas & cętera quę habentur in precio: si qs putat deo caras: is plane quid sit deus: nescit. cui putat uoluptati esse eas res: quas etiam homo si contempserit: iure laudabitur. Quid ergo castum: quid deo dignū: nisi q ipse ī illa diuiā lege sua poposcit? Duo sunt quę offerri debeant: donum & sacrificiū: donū in perpetuum: sacrificiū ad tempus. Verū apud istos qui nullo modo rationē diuinitatis intelligunt: donū est quicquid auro argētoq fabricatur. Itē quicqd serico & purpura texit̄: sacrificiū est & uictima: & quęcunq in ara cremant̄. sed utroq non utitur deus. quia & ipse incorruptus est: & illud totum corruptibile. itaq deo utrunq incorporale offerendū est quo utitur. Donum est integritas animi. sacrificium laus & hymnus. Si enim deus non uidetur: ergo his rebus coli

debet:quę non uidentur. Nulla igitur alia religio est uerá nisi quę uirtute ac iustitia cõstat. Quomodo autem deus iustitia hominis utatur:intellectu facile est. Si eni iustus fuerit homo: accępta immortalitate inęternũ deo seruiet. Homines autem non nisi ad iustitiã nasci. Tũ Philosophi ueteres: tum etiam Cicero suspicat̃. differẽs eni de legibus Sed omnium inquit quę in hominũ doctorũ disputatiõe uersantur: nihil est profecto pręstabilius: q̃ plane intelligi nos ad iustitiam esse natos. Id ergo solũ deo exhibere atq; offerre debemus: ad quod capiendum nos ipse generauit. Hoc autem duplex sacrificii genus: q̃ sit uerissimum Trismegistus Hermes idoneus testis est. Qui nobiscum id est cum Philosophis quos sequimur: tã re q̃ uerbis cõgruit: de iustitia sic locutus est. Hoc uerbũ o fili adora & cole. Cultus autem dei unus est : malum non esse. Item in illo sermone perfecto cum exaudisset. Asclepium quęrentem a filio suo: utrum placeret patri eius offerri thus & alios odores: ad sacrificiũ dei : exclamauit bene bene o mi nate: o Asclepi: Est enĩ maxima impietas tale quid de illo uno ac singulari bono in animum inducere. Hęc & his similia huic non conueniunt. Omniũ enim quęcũq; sunt plenus est: & omnium minime indigens. Nos uero gratias agẽtes adoremus. huius enĩ sacrificiũ sola benedictio. Et recte. uerbo enim sacrificari oportet deo: siquidem deus uerbũ est: ut ipse confessus est. Summus igitur colendi ritus est: ex ore iusti hominis ad deum directa laudatio. quę tamẽ ipsa ut deo sit accępta & humilitate & timore & deuotione maxima opus est: nequis forte ĩtegritatis & innocẽtię fiduciam gerens: tumoris & arrogantię crimen incurrat. eoq; facto gratiam uirtutis amittat. Sed ut sit deo carus: omniq; macula careat: misericordiã dei semper imploret. nihilq; aliud precetur; nisi peccatis suis ueniã: licet nulla sint. Siquid aliud desiderauerit: Non est opus dicto scienti quid uelimus. siquid ei boni euenerit: gratias agat: siquid mali: satisfaciat. & illud sibi ob peccata sua fateat̃ euenisse. & nihilominus in malis gratias agat: & ĩ bonis satisfaciat. ut idem sit semper & stabilis & imutabilis & incõcussus.

Nec tantum hoc in tēplo putet sibi esse faciendum: sed & domi & ī ipso etiam cubili suo. Secum denique habeat deū semper in corde suo consecratū. quoniā ipse est dei tēplū quod si deo patri ac domino hac assiduitate hoc obsequio hac deuotione seruierit. consumata & perfecta iustitia est: quam qui tenuerit: hic ut ante testati sumus deo paruit: hic religioni atque suo officio satisfecit.

¶ Lactantii Firmiani institutionum diuinarum Liber vii. De uita beata. Quid sit dictū ī pcedētibus libris; qd restat dicendū in ultimo. q sint credituri ueritati: & q nō: & q̃re: pfatio. ¶ Cap. i.

BEne habet. iacta sunt fundamenta: ut ait eximius Orator. Verum nos non tantū fundamēta iecimus: quę firma & idonea essent operi perficiendo. sed magnis robustisque molibus: ędificium totum pene usque ad summam perduximus. Restat id quod est multo facilius: uel tegere uel ornare. sine quo tamen priora opera inutilia sunt: & ingrata. Nā qd pdest aut falsis religionibus liberari: aut intelligere uerā? Quid aut uanitatem falsę sapientię peruidere: aut quę sit uera: cognoscere? quid inq̃ prodest cęlestē illā iustitiā defēdere? quid cum magnis difficultatibus cultū dei tenere? Quę est summa uirtus: nisi eū diuinum pręmiū beatitudinis ppetuę subsequat̃? de qua nobis ē ī hoc libro disserendū. ne priora oīa irrita & infructuosa uideant̃: si hoc cuius causa illa suscępta sūt: in incertū relinquamus. ne qs forte arbitret̃ tātos labores incassū suscipi: dū eorū cęlesti mercede diffidit: quā deus statuit ei: q hęc suauia terrę bona pro sola nudaque uirtute contempserit. Satis & huic parti faciamus. tū testimoniis diuinarū litterarū: tū etiā probabilibus argumētis. ut ęque clarū sit: & futura prę sētibus: & diuina terrenis: & perpetua breuibus esse anteponenda. quoniam temporalia sunt pręmia uitiorum. sempiterna uirtutū. Exponam igit̃ rationem mundi: ut facile possit·

intelligi:quādo & quare sit effectus a deo. quod Plato qui de mundi fabricatiōe disseruit:nec scire potuit:nec explicare. quippe qui celeste mysteriū quod nō nisi prophetis ac deo docente discitur: ignorabat. ideoq in perpetuum dixit esse fabricatū. quod longe secus est. quoniā quicqd est solido & graui corpe. ut initiū cępit aliquādo: ita finē capiat: necesse ē. Nā Aristoteles cū nō uideret: queadmodū posset tāta rerū magnitudo interire: & hāc pręscriptionē uellet effugere: semper ait fuisse mundū: ac semper futurū prorsus nihil uidit. quia quicqd est: aliquādo habuerit principium: necesse est. nec omnino quicq potest esse nisi cęperit. Nam cū terrā & aquā & ignem disperire: consumi extinguiq uideamus: quę sunt utiq mundi partes: intelligif totū esse mortale: cuius membra sūt mortalia. Ita fit: ut natū sit: quicqd potest interire. sed & omne quod sub uisu oculorū uenit: & corporale ut ait Plato: & solubile sit: necesse est. Vnus igif Epicurus authore Democrito: ueridicus i hac re fuit. q ait & ortū aliquādo & aliquādo esse peritturū. nec tamen rationem ullam reddere potuit. scilicet aut quibus de causis hoc tantū opus aut quo tpe resoluatur. Quod quoniā nobis deus reuelauit: nec consiecturis id assequimur: sed traditione cęlesti: docebimus sedulo ut tandē studiosis ueritas appareat. nec uidisse nec comprehendisse Philosophos ueritatē. sed ita leuiter odoratos: ut tñ ūde eos ille odor sapiētię tā suauis tā iucūdus afflaret. nullo mō senserit. Interim necessariū puto admonere lecturos: qꝫ hęc nostra quę tradimus: praue uitiosęq mentes aut omnino nō intelligent: Hebetaf enī acies eorū terrenis cupiditatibus: quę sensus oēs grauāt. ibecillosq reddunt: aut etiam si intelligent: dissimulabunt tamen. & esse hęc uera nolent: qa trahunf a uitiis. & sciētes malis suis fauēt. quorū suauitate capiūf: & uirtutis uiā deserūt. cuius acerbitate offēdunf. Nā q auaritia & opū iexplebili quadā siti flagrant: quia nō possunt uēdītis aut elargitis quę amant: tenui cultu uitam degere. sine dubio malunt id esse fictum: quo desideriis suis renunciare coguntur: Itē qui libidinum stimulis incitati: ut ait Poeta in furias

ignemq ruunt. utiq incredibilia nos afferre dicunt. quia uulnerant aures eorum pręcepta continentię. quę illos uoluptatibus suis prohibēt. quibus animam suam cū corpe adiudicauerūt. Qui uero ambitione inflati aut amore potentię inflammari: omne studiū suū ad honores acq̄rēdos contulerūt. ne si solem quidē ipsum gestemus i manibus: fidem commodabunt ei doctrinę: quę illos iubet omni potentia & honore contempto: humiles uiuere. atq ita humiles: ut & accipere iniuriam possint & referre nolint: si acceperint. Ii sunt homines: qui contra ueritatem clausis oculis quoquomodo latrant. Qui autē sani sunt uel erūt: id est non ita uitiis immersi ut sanabiles nō sint: & credēt his: & libenter accedent: & quęcunq dicimus: aperta & plana & simplicia: & quod maxime opus est: uera & inexpugnabilia illis uidebuntur. Nemo uirtuti fauet: nisi qui sequi potest. sequi autem nō facile est omnibus. Ii possūt: quos paupertas & rerum indigentia exercuit: & capaces uirtutis effecit. Nam si uirtus est tollerātia malorū: non capiunt ergo uirtutem: qui semper in bonis fuerūt: quia mala neq experti sunt: neq ferre possunt: assuetudine ac desiderio bonorum: quę sola nouerunt. Eo fit ut paupes & humiles deo credant facilius: q sunt expediti q̄ diuites qui sunt impedimentis suis implicati. immo cathenati & compediti seruiūt ad nutū dominę cupiditati: quę illos inextricabilibus uinculis irretiuit. nec possunt in coelū aspicere. quoniam mens eorum in terram prona humiq defixa est. Virtutis autem uia non capit magna onera portantes. Angustus admodum trames est: per quem iustitia hominem deducit in coelum. Hunc tenere non potest: nisi qui fuerit expeditus & nudus. Nā isti locupletes multis & ingentibus sarcinis onerati: per uiam mortis incedūt: quę latissima est. quoniam late perditio dominatur. His acerba sunt: his uenena: quę deus ad iustitiam pręcepit: quęque nos dei magisterio de uirtute ac ueritate disserimus. Quibus si repugnare audebunt: hostes se necesse est uirtutis iustitięque fateantur. Aggrediar nunc quod superest: ut finis operi possit imponi. Id autem superest:

ut de iudicio dei differamus. quod tunc constituetur: cũ dominus noster redierit in terram: ut unicuiq; ꝓ merito aut premium persoluat aut pęnã. Itaq; ut in quarto libro de primo aduentu eius diximus: sic in hoc secundum re feramus aduentum. quem iudei quoq; & confitentur: & superant: sed frustra quoniã necesse est ad eos consolãdos reuertatur: ad quos conuocandos prius uenerat. nam qui uiolarunt impie humilem: sentient in potestate uictorem. Eaq; omnia quę legunt: & non intelligunt: deo cõpẽsante patient. quippe qui peccatis omnibus inquinati: & insup sancto cruore perfusi: ab illo ipso cui nephandas manus intulerũt: sint ad ęterna supplicia destinati. Sed erit nobis contra iudęos separata materia: in qua illos erroris & sce leris conuincemus.

¶ Cap. ii. ¶ Quod aureum sęculũ id est fęlicissi mus status futurus est post iudiciũ. Et quare ratio mundi non potest ab homine apprehẽdi & q̃ ueram sapientiã nõ assequit̃ q̃s beneficio naturę: sed gratię.

NVnc ignaros ueritatis instruamus dispositiõe sũmi dei sic ordinatũ: ut iniustum hoc sęculum decurso temporum spatio terminũ sumat. extinctaq; protinus omĩ malitia: & piorum animis ad beatã uitã reuocatis: quietũ tranquillum pacificum aureum deniq; ut Poetę uocant sęculũ: deo ipso regnante florescat. In primis causa errorũ omnium Philosophis hęc fuit. q̃ rationem mundi quę totã sapientiã continet nõ cõprehenderunt. Ea uero sensu ꝓprio & interna intelligentia nõ põt cõprehendi. q̃d illi sine doctore per se ipsos facere uoluerunt. Itaq; in uarias sibiq; sępe contrarias sententias inciderunt. ex quibus exitum non haberẽt. & in eodem luto sicut Comicus ait hę sitauerunt: scilicet assumptionibus eorũ non respondẽte ratione cum assumpsissent quidẽ uera: sed quę affirmari ꝓbariq; nõ possẽt sine sciẽtia ueritatis rerũq; cęlestiũ. quę ut sępe iã dixi nõ potest esse in homine: nisi deo docente pcepta. Nã si potest homo intelligere diuia: põt & facere.

nã intelligere est quasi euestigio subsequi. Non potest aũt facere quę deus: quia mortali corpore indutus est. ergo nec intelligere quidem potest: quę facit deus. quod autẽ fieri non possit: ex immensitate rerum atq; operum diuinorum facile est unicuiq; metiri. Nam si mundum cum omnibus quę sunt in eo: contemplari uelis: intelliges profecto quantum dei opus humanis operibus antestet. Ita quantum inter opera diuina & humana interest: tantum distare inter dei hominisq; sapientiam est necesse. Nã quia deus incorruptus atq; immortalis est: & ideo perfectus quia sempiternus est: sapientia quoq; eius perinde ut ipsa perfecta est. nec obstare illi quicq; potest: qa nulli rei deus ipse subiectus est. Homo autẽ quia subiectus est passioni: subiecta est & sapiẽtia eius errori. & sicut hominis uitam multe res impediunt: quominus possit esse perpetua: ita sapientiam quoq; eius multis rebus impediri necesse est: quominus in perspicienda penitus ueritate perfecta sit. Ergo nulla est humana sapientia: si per se ad notionẽ ueri scientiamq; nitatur. quoniam mens hominis cum fragili corpore illigata: & in tenebroso domicilio inclusa: neq; liberius euagari: neq; clarius perspicere ueritatem potest: cuius notio diuinę conditionis est. Deo enim soli opera sua nota sunt. homo autem non cogitãdo aut disputãdo assequi eã potest. Sed discẽdo & audiendo ab eo qui scire solus potest & docere. Ideo. M. Tullius sentẽtiã Socratis de Platone transferens dicentis: uenisse tempus ut ipse migraret e uita: illos autem apud quos causã suã perorabat: agere uitã. utrũ melius sit inquit: dii immortales sciunt: hominẽ autẽ arbitror scire neminem. Quare necesse est oẽs philosophię sectas alienas esse a ueritate: quia homies erãt: qui eas constituerunt. nec ullũ fundamentũ aut firmitatẽ possũt habere: quę nullis diuinarũ uocũ fulciũr oraculis

¶ Ca. iii. ¶ Quantũ errauerit Stoici de ratione mundi & authore omniũ deo & homine p quẽ factus mundus. & q̃ manifeste cõtra Epicurũ ratiõibus doceatur mundũ & oia quę i eo sũt: dei ꝓuidentia gubernari.

ET quoniam de Philosophorũ erroribus loquimur: Stoici naturam in duas diuidunt partes: unam quę efficiat: alteram quę se ad faciendum tractabilem prębeat In illa prima esse uim sentiẽdi: in hac materiam. nec alterũ sine altero posse. Quomodo idẽ esse potest quod tractat: & quod tractatur? Si quis dicat idem esse figulum quod lutum: aut lutum idem esse quod figulum: nonne aperte insanire uideatur? At isti uno naturę nomine duas res di uersissimas comprębendunt. deum & mundum: artificẽ & opus. dicũtq; alterum sine altero nihil posse: tãq̃ natura sit deus mundo terminatus. Nam interdũ sic confundũt ut sit deus ipse mens mundi: & mundus sit corpus dei. quasi uero simul esse cęperint mundus & deus. ac nõ ipse mundum fęcerit. quod & ipsi fatentur alias: cũ hominum causa prędicant esse fabricatum: & esse sine mũdo si uelit: possit. Siquidem deus est diuina mens & ęterna: a corpore soluta & libera. cuius uim maiestatẽq; quoniã intelligere non poterant: miscuerunt eum mundo: id est operi suo. Vnde est illud Virgilianum.

Totamq; infusa per artus
Mens agitat molem. & magno se corpore miscet.

Vbi est ergo illud? quod iidem ipsi aiunt. & factum esse diuina prouidentia & regi? Si enim fecit mundum: fuit ergo sine mundo. si regit non utiq; sicut mens corpus re git: sed tanquã dominus domum: nauimq; gubernator: auriga currum. Nec tamen mixti sunt his rebus: quas re gunt. Nam si hęc omnia quę uidemus dei membra sunt: iam insensibilis ab his constituitur deus. quoniã mẽbra sensu carẽt. & mortalis est. quoniã uidemus membra esse mortalia. Possum enumerare quotiens repentinis quassatę motibus: uel hiauerint terrę: uel desederint in abruptum: quotiẽs demersę fluctibus & urbes & insulę abierit in p fundũ: frugiferos cãpos paludes inundauerit: flumina & stagna siccauerit: montes etiã uel deciderint abrupti: uel planis fuerit adęq̃ti. plurias regiões: & multorũ fũdamẽta montiũ latẽs & internus ignis absumit. Et hoc parũ est: si mẽbris suis nõ parcit deus. nisi etiã homini liceat aliqd

in dei corpus. Maria exstruuntur. montes exciduntur. & ad eruendas opes interiora terrę uiscera effodiuntur. Quid q̄ ne arari quidem sine laceratione diuini corporis potest? ut iam scelerati & impii simus: qui dei membra uiolemus! Patitur ne ergo uexari corpus suum deus? & debilē se uel ipse facere: uel ab homīe fieri sinit! nisi forte diuinus ille sensus qui mundo & omnibus mundi parti bus permixtus est. primam terrę faciem reliquit. ac se in ima demersit. ne qd doloris de assidua laceratiōe sentiret. Quod si hoc uanum & absurdum est: tā igitur ipsi eguerunt: q̄ hęc indigent sensu: qui non perspexerunt diuinū quidem spiritum esse ubiq̧ diffusum. eoq̧ omnia cōtineri non tamen ita ut deus ipse qui est incorruptus: gratuibus corruptibilibus elementis misceatur. illud ergo rectius quod a Platone sumpserunt: a deo factum esse mundum: & eius prouidentia gubernari. Oportebat igit̄ & Platonē & eos qui idem senserunt docere atq̧ explicare: quę causa quę ratio fuerit tāti operis fabricādi. quare hoc aut cuius gratia fecerit. At iidem Stoici hominum inquiunt causa mundus effectus est: audio. sed Epicurus ignorat ipsos homines: quare aut quis effecerit. Nam Lucretius cum diceret mundum non esse a diis constitutum: sic ait:

Dicere porro hominum causa uoluisse parare
Preclaram mundi naturam.

Deinde intulit:

Desipere est. Quid enim immortalibus atq̧ beatis.
Gratia nostra queat largiri & emolumenti:
Vt nostra quicq̄ causa agere aggrediantur?

Merito enī illi nullā rationē afferebāt: cur humanū genus uel creatum uel institutū esset a deo. Nostrū hoc officiū est: sacramentum mundi & hominis exponere. cuius illi expertes sacrarium ueritatis nec attingere: nec uidere potuerūt. Ergo ut paulo ante dicebam: cum assumpsissent id: quod erat uerum: id est mundum a deo factum & hominū causa esse factū: tamen quoniā eos in consequētibus ratio defecit: nō potuerūt defēdere id quod assumpserāt. Deniq̧ Plato ne dei opus imbecillū & ruinosum faceret:

in ęternum dixit esse mansurū. Si hominum causa factus est: & ita factus est: ut esset ęternus: cur ergo ipsi quorum causa factus est: non sunt sempiterni? si mortales propter quos factus ē: ergo & ipse mortalis atq; solubilis. neq; enī pluris est ipse q̄ ii quorum gratia factus est. q̄ si ei ratio quadraret: intelligeret periturum esse quia factus est. nec posse in ęternum manere: nisi quod tangi non potest. Qui autem negat hominum causa factum: hic nullam ratione tenet. Si enim dicit ipsum fabricatorem sua causa tāta hęc opera esse molitum: cur ergo nos nati sumus? Cur mūdo ipso fruimur? Quid sibi uult humani generis cęterorūq; animantium fictio? Cur aliena commoda intercipimus? Cur deniq; augemur? minuimur? interimus? Quid habet rationis ipsa generatio? Quid perpetua successio? Nimirū uideri deus uoluit. & suis uariis imaginibus tanq̄ sigilla confingere. quibus se oblectaret. & nihilominus tamen si ita esset: curę haberet animantes. precipueq; hominē cuius imperio cuncta subiecit. Qui autem dicunt semper fuisse mundū: Omitto illud: quod esse ipsum sine aliquo principio non potest. unde extricare se nequeūt. Sed hoc dico si semper mūdus fuit: nullam potest habere rationē quid enī potuit in eo ratio moliri: quod nūq̄ sumpsit exordiū Nam prius q̄ fiat aliquid aut struatur: opus est consilio. ut disponi possit: quemadmodum fiat. nec incipi quicq̄ pōt: sine prouisione rationis. Itaq; omne opus ratio pcedit. non habet ergo rationē quod factum nō est. Atq; mūdus habet rationem: qua & cōstat: & regitur. ergo & factus est & si factus est: & resoluetur. Reddant ergo isti rationem: si possunt. cur aut factus in principio sit: aut postea resoluatur. Quod quia docere non poterat Epicurus siue Democritus: sua sponte natum esse dixit: seminibus inter se passim coeuntibus. quibus iterum resolutis: discidium atq; interitum sequuturum. Corrupit ergo. quod recte uiderat. & totam rationē penitus ignorantia rationis euertit. redegitque mundum & omnia quę in eo geruntur ad similitudinem cuiusdam somnii uanissimi. siquidem rebus humanis nulla ratio subsistat. Cum uero mundum

omnesq partes eius ut uidemus: mirabilis ratio gubernet: cum coeli temperantia: & equalis in ipsa uarietate cursus astrorum luminumq celestium: temporum constans ac mera descriptio: terrarũ uaria foecunditas: plana cãporũ monumẽta: & aggeres montiũ: uiriditas ubertasq siluarũ fontiũ saluberrima eruptio: fluminũ oportuna ĩundatio: maris opulẽta & copiosa interfusio: uentorum diuersa & utilis aspiratio. Ceteraq omnia ratione summa constent; quis tã cecus est: ut existimet sine causa esse facta: in qbus mira dispositio prouidentissime rationis elucet! Si ergo sine causa nec est nec fit quicq omnino: si & prouidentia summi dei ex dispositione rerũ: & uirtus ex magnitudine & potestas ex gubernatione manifesta est: hebetes ergo & insani: qui prouidentiã non esse dixerunt. Non improbarẽ si deos iccirco non esse dicerent: ut unum dicerent. cum autẽ ideo ut nullũ: qui eos delirasse nõ putat: ipse delirat.

Cap. iiii. Quod omnis res ad aliquẽ usũ facta est. etiam illa que omnino uidenẽ esse mala. & quare homo creatus sit corpe fragilis & capax rationis.

Sed de prouidẽtia satis in primo libro diximus. qa & si est ut apparet: ex mirabilitate operũ suorũ necesse est etiã hominẽ ceterasq animantes eadẽ prouidentia creauerit. Videamus ergo que ratio fuerit fingẽdi generis humani. quoniam constat id quod Stoici dicũt: hominũ causa mundum esse fabricatum. quanq in hoc ipso non mediocriter peccent: quod non hominis causa dicũt: sed hominũ. Vnius enĩ singularis appellatio totũ cõprehẽdũt humanum genus. Sed hoc ideo quoniam ignorant unum hominem a deo esse formatum. putantq homines in omnibus terris & agris tãq fũgos esse generatos. At Hermes non ignorauit hominem & a deo & ad dei similitudinem factum. sed redeo ad propositum. Nihil est: ut opinor: quod sit propter seipsum factum. sed quicquid omnino fit: ad usum aliquem fieri necesse est. Quis est enim

enim uel tā ineptus uel tā ociosus: ut aggrediatur facerē aliquid frustra: ex quo nullam utilitatem nullū cōmodū speret: Qui domum edificat: non iccirco edificat ut tantūmodo domus sit: sed ut in ea possit habitari. Qui nauē fabricat: non ideo insumit operam: ut tantum nauis appareat: sed ut in ea nauigetur. Item qui uas aliquod instituit: aut format. non ꝑpterea id facit: ut tantum fecisse uideat: sed ut uas illud effectū capiat aliqd necessariū. Similiter cetera quecunqꝫ fiunt: non utiqꝫ in superuacuum: sed ad usus aliquos laborantur. Mundus igitur a deo factus est non utiqꝫ propter ipsum mundum. neqꝫ enim aut calore solis aut luminē: aut aspiratione uentorum: aut humore hymbrium: aut alimonia frugū. cū sensu careat: indiget. Sed ne illud quidem dici potest: ꝙ deus propter seipsum fecerit mundum. quoniam potest esse sine mundo: sicut fuit antea. Et his omnibus que in eo sunt: queqꝫ generantē deus ipse nō utit. Apparet ergo animantiū causa mūdum esse constructū. quoniā his rebus qbus cōstat: animantes fruuntur que ut uiuere: ut constare possint: omnia his necessaria temporibus certis subministrant. Rursus ceteras animantes hois causa esse fictas ex eo clarū est: ꝙ homini seruiunt: & tutele eius atqꝫ usibus data sunt: quoniā siue terrene sunt: siue aquatiles: non sentiunt mundi rationem: sicut homo. Respondendū est hoc Philosophis: maxieqꝫ Ciceroni: qui ait: cur omnia nostri causa cū faceret: tantā uim natricum uiperarūqꝫ fecerit. cur tam multa pestifera terre mariqꝫ dispersit. Ingens ad disputādum locus est. sed ut in transcursu breuiter stringendus est. Quoniam homo ex rebus diuersis ac repugnantibus configuratus est: animo & corpore id est coelo atqꝫ terra: tenui & comprehensibili: eterno ac temporali: sensibili atqꝫ bruto: luce predito atqꝫ tenebroso: ipsa ratio ac necessitas exigebat. & bona homini proponi & mala. bona quibus utatur: mala que uitet & caueat. Iccirco eni data ē illi sapia: ut cognita bonorū malorūqꝫ natura: & i appetēdis bonis & malis declinādis: uim sue rationis exerceat. Nā ceteris animalibus quia sapiētia data non est: munita indumētis naturalibus

& armata sunt. Homini autem pro his omnibus : quod erat precipuum: ratione dedit solam. Itaq; nudu formauit & inermem: ut eum sapientia & muniret: & regeret. munimenta & ornamentu eius no foris sed intus: non in corpe sed in corde constituit. Nisi ergo essent mala: que caueret que a bonis utilibusq; distingueret : non esset ei sapientia necessaria. Sciat ergo. M. Tullius aut ideo homini datam ee ratione: ut & pisces caperet usus sui gratia : & natrices uiperasq; uitaret salutis sue causa. Aut iccirco bona ei mala q; proposita: quia sapietiam acceperat. cuius uis omnis in discernendis bonis malisq; uersatur. Magna igitur & recta & admirabilis est uis & ratio & potestas bois. pter quem mundum ipsum & uniuersa quecunq; sunt : deus fecit. tantumq; illi honoris habuit: ut eum preficeret uniuersis. quoniam solus poterat dei opera mirari. Optime igit Asclepiades noster de prouidentia sumi dei dissereis: in eo libro quem scripsit ad me. Atq; ideo inquit merito quis arbitretur proximu sibi locum diuina prouidentia dedisse ei: qui potuit intelligere ordinationem suam. Na sol iste est: quis eum uidet ita: ut intelligat quia sol est: & quantum gratie afferat ceteris institutis? Hoc coelum est: quis id suspicit? terra hec. quis eam colit? hoc pelagus: qs in eo nauigat? hic est ignis: quis eo utitur? Instituit ergo summus deus no propter se: qa nihilo indiget: sed pter hominem qui his congruenter uteretur.

¶ Cap. v. ¶ Quare homo creatus sit. & quare ex cotrariis sit constet. & q ei domicilium constitutum est in medio. & uita duplex p ponitur. quarum alteram ministrat natura altera largitur gratia. Et quid significet q homo primu quadrupedibus conformat. & postea erigit. & tandem utitur exercitio rationis.

Reddamus nunc rationem quare hominem ipsum fecerit deus. quod si Philosophi fecisset: aut defendissent illa: que uera inuenerant : aut in proximos errores

non incidissent. Hęc est summa: hic cardo rerum est: quē qui nō tenuerit: ueritas illi omnis elabitur. Hoc est demꝗ quod efficiat illis non quadrare rationē. quę si effulsisset: si sacramentum hominis omne cognouissent: nunq̄ dispu tationes eorum & omnem philosophiam de transuerso academia iugulasset. Sicut ergo mundum non propter se deus fecit: quia commodis eius non indiget: sed propter hominem qui eo utitur: ita ipsum hominem propter se. Quę utilitas deo in homie inquit Epicurus: ut eū ꝑpter se faceret? Scilicet ut esset qui opera eius intelligeret: qui prouidentiam disponendi: rationem faciendi: uirtutē con sumādi: & sēsu admirari: & uoce proloqui posset. Quorū omnium summa hęc est ut deum colat. Iis enim colit qui hęc intelligit. Iis artificem rerum omnium: iis uerū patrē suum debita ueneratione prosequitur. qui uirtutem ma iestatis eius de suorum operum inuentione: inceptione: perfectione metitur. Quod planius argumentū proferri potest: & mundum hominis: & hominem sui causa deum fecisse. q̄ ꝙ ex omnibus animātibus solus ita formatus est ut oculi eius ad coelum directi: facies ad deum spectans uultus cum suo parente communis sit. ut uideat hominē deus quasi porrecta manu alleuatum ex humo: ad contē plationē sui excitasse? Quid ergo inquit deo cultus hoīs confert: beato & nulla re indigenti? uel si tantum honoris homini habuit: ut ipsius causa mundum fabricaret: ut instrueret eum sapientia: ut dominum uiuentium faceret eumꝗ diligeret tāq̄ filiū: cur mortalē fragilēꝗ cōstituit? cur omnibus malis quē diligebat: obiecit? cū oporteret & beatum esse hominem: tanq̄ coniunctum & proximum deo: & perpetuum sicut est ipse: ad quē colendnm & cō templandum figuratus est? Quanq̄ hęc fere in prioribus libris sparsim docuimus: tamen quoniam proprie id ma teria nunc exigit: quia de uita beata differere ꝓpositū est: explicanda sunt ista diligentius & plenius. ut dispositio dei & opus uoluntasꝗ noscatur. Cum posset semper spi ritibus suis imortalibus innumerabiles animas ꝓcreare: sicut angelos genuit: qbus immortalitas sine ullo malorū

lib. 7 de istitucion

periculo aut metu constat: excogitauit tamē inenarrabile opus quēadmodū infinitā multitudinē crearet animarū. quas pmo ibecillibus fragilibusq corporibus illigatas: constitueret inter bonum malumq medias. ut constantibus ex utrisq naturę uirtutem proponeret ne immortalitatē delicatę assequerent̄ ac molliter. sed ad illud eternę uitę ineloquibile pręmium: summa cum difficultate ac magnis laboribus peruenirent. Ergo ut eas grauibus & uexabilibus membris indueret: quoniam consistere in medio inani non poterāt: ponderibus & grauitate corpis deorsum premente: sedem illis ac domicilium primo cōdendum esse decreuit. Itaq ineffabili uirtute ac potentia: pręclara mundi opera molitus est: suspēsus in altitudinē leuibus elementis: & grauibus in ima depressis. & cęlestia firmauit. & terrena constituit. Non est necesse nūc exequi singula: quoniā in secundo libro uniuersa executi sumus. Lumina igit̄ posuit in coelo. quorū moderatio & claritas & motus aptissime ad utilitates uiuentium tēperatus est. Terrę autem quam sedem uoluit esse: fęcunditatē uariam gignendi ac proferēdi dedit. ut ubertas frugū & herbarū & uirentium pro natura & usu cuiusq generis alimoniā ministraret. Tum perfectis omnibus quę ad conditionē mundi pertinebant: hominem finxit ex ipsa terra. quā illi a principio in habitaculum pręparauit: id est spiritum suum terreno corpore induit. & inuoluit. ut compactus ex rebus diuersis ac repugnātibus: bonū ac malū caperet. & sicut terra ipsa fęcunda est ad fruges pariendas: ita corpus hominis quod assumptū est e terra: generandi copiā facultatemq procreādę sobolis accępit. ut quoniā fragili materia formatus in ęternum manere nō poterat: peracto temporalis uitę spatio cederet. & illud quod fragile atq imbecillum gerebat: perpetua successione renouaret. Cur igitur eum mortalem finxit atq fragilem: cū illius causa mundum ędificasset? primum ut infinita uis animarum gigneretur. omnemq terrā multitudine oppleret. deinde ut proponeret homini uirtutem: id est tolerantiā malorū ac bonorum: per quam posset pręmium immortalitatis

Nam qui

adipisci. Nã quia homo ex duabus rebus cõstat: corpore atq; anima: quorum alterum terrenum est: alterum cęleste duę uitę homini attributę sunt. una temporalis quę corpori assignatur. altera sempiterna quę animę subiacet. Illã nascẽdo accepimus: hãc assequimur laborando. ne immortalitas homini ut ante diximus: sine ulla difficultate constaret. Illa terrena est: sicut corpus: & ideo finit. Hęc uera cęlestis sicut anima: & ideo terminum non habet. Illam primam nescientes accipimus. hanc secundam scientes. Virtuti enim nõ naturę datur. quia uoluit nos deus uitã nobis in uita comparare. Iccirco hanc nobis pręsentem dedit: ut illam ueram & perpetuam aut uitiis amittamus aut uirtute mereamur. In hac corporali non est summum bonum. quoniam sicut necessitate diuina nobis data est: ita rursus diuina necessitate soluetur. Ita q finem habet: summum bonum non habet. In illa uero spiritali quam per nos ipsi acquirimus: summum bonum continet. quia nec malum potest habere nec finem: cuius rei argumentũ natura & ratio corpis pbet. Cętera nãq; animalia in humũ uergunt: quia terrena sunt. nec capiunt immortalitatem quę de coelo est. Homo autem rectus in coelum spectat. quia proposita est illi immortalitas. nec tamen uenit: nisi tribuatur homini a deo. Nam nihil interesset inter iustũ & iniustũ: siquidem omnis homo natus immortalis foret ergo ĩmortalitas non sequela naturę: sed merces pręmiũq; uirtutis est. Deniq; homo non statim quando natus est: rectus ĩgreditur. sed quadrupes primo quia ratio corpis & huius pręsentis uitę communis est nobis cum mutis animalibus. Post deinde confirmatis uiribus erigitur. & lingua eius in eloquium soluitur. & mutum animal esse desinit. Quę ratio docet mortalem nasci hominem. Postea uero immortalem fieri: cum cęperit ex deo uiuere. id est iustitiam sequi: quę cõtinetur in dei cultu: cũ excitauerit hominem deus ad aspectum coeli ac sui. Quod tũc fit: cũ homo cęlesti lauacro purificatus exponit infantiam cum omni labe uitę poris. & incremẽto diuini uigoris accepto fit homo perfectus & plenus. Ergo q uirtutẽ proposuit

homini deus:licet anima & corpus consociata sint: tamē contraria sunt:& impugnant inuicem.animi bona: mala sunt corporis.id est opum fuga:uoluptatum interdictio doloris mortisq̧ contemptus.Item corporis bona: mala sunt animi.hoc est cupiditas & libido.quibus & opes appetuntur:& suauitas uariarū uoluptatū.qbus eneruatus animus extinguitur.Ideo necesse est iustum & sapientem in omnibus malis esse:quoniam malorum uictrix est fortitudo.Iniustos autem ī diuitiis:in honore: in potestate. Hęc enim bona corporalia & terrena sunt.Illi autē terrenā uitam agunt.nec assequi immortalitatem queunt:quia se uoluptatibus dediderunt quę sūt uirtutis inimicę.Itaq̧ uita hęc tēporalis illi ętern ę debet esse subiecta:sicut corpus animę. Quisquis ergo animę uitam maluerit: uitam corporis cōtemnat necesse est. nec aliter eniti ad summū poterit:nisi quę sunt ima despexerit.Qui autem corporis uitam fuerit amplexus:& cupiditates suas in terram deiecerit:illam superiorem uitam consequi non potest. Sed qui mauult bene uiuere inęternum: male uiuet ad tēpus. & afficietur omnibus molestiis & laboribus q̄diu fuerit in terra:ut habeat diuinum ac cęleste solacium.& qui maluerit bene uiuere ad tempus:male uiuet inęternum:quia damnabitur dei sententia ad poenā.quia cęlestibus bonis terrena pręposuit.Propterea igitur coli se deus expetit & honorari ab homine tanq̄ pater: ut uirtutem & sapientiā teneat.quę sola immortalitatem parit. Nam quia nullus alius pręter ipsum donare eam potest:quia solus possidet p̄etatem hominis:Qui deum honorauerit:hoc afficietur pręmio:ut sit inęternum beatus.sitq̧ apud deum & cum deo semper.

Ca vi. Itē quare mūdus creatus sit.quare homo.q̄ inanis sit cultus deorum.

NVnc totam rationē breui circūscriptione signemus. Idcirco mundus factus est:ut nascamur. Ideo nascimur:ut agnoscamus factorē mūdi ac nostri deū. Ideo agnoscimus:ut colamus. ideo colimus:ut īmortalitatem

pro mercede laborum capiamus. quoniã maximis laboribus cultus dei cõstat. Ideo premio imortalitatis afficimur: ut similes angelis affecti: summo patri ac deo in perpetuum seruiamus. & simus eternum deo regnum. Hec summa rerum est: hoc arcanum dei: hoc misteriũ mundi a quo sunt alieni: qui sequentes presentem uoluptatem: terrestribus ac fragilibus bonis se addixerunt. & animas ad celestia genitas: suauitatibus mortiferis tãq̃ luto ceno ue demerserũt. Queramus nũc uicissim: an i cultu deorũ ratio ulla subsistat. qui simulati sunt. Si ideo tantũ ab hominibus colunt: ut prestẽt illis opes: honores: uictorias: queq; alia nõ nisi ad presens ualẽt. Si sine causa gignimur: si in hominibus procreandis prouidentia nulla uersat: si casu nobismetipsis ac uoluptatis nostre gratia nascimur: si nihil post mortem sumus: q̃d potest esse tã superuacuũ tam inane: tam uanum q̃ humana res? & q̃ mundus iste? q cum sit incredibili magnitudine: tam mirabili ratione cõstructus: tam rebus ineptis uacet. Cur enim uentorum spiritus citent nubes? Cur emicent fulgura? tonitrua mugiant? hymbres cadãt ut fruges terra producat? ut uarios fetus alat? Cur deniq; omnis natura rerum laboret: ne q̃d desit earum rerum quibus uita hominum sustinetur: si ẽ inanis: si ad nihilũ interimus: si nihil est in nobis maioris emolumenti deo? Quod si est dictu nephas: nec putãdum est fieri posse: ut nõ ob aliquam maximam ratione fuerit constitutum: quod uideamus maxima ratione constare: que potest esse ratio in his erroribus prauarum religionũ & in hac persuasione Philosophorum qua putãt animas interire? Profecto nulla. Quid enim habent dicere. Cur dii hominibus tam diligenter suis queq; tẽporibus exhibeãt? an ut illis far & merum demus? & odorem thuris? & sanguinem pecudũ? que neq; immortalibus grata esse possũt: quia sunt fragilia. neq; usui esse expertibus corporũ: quia hec ad usum corporalium data sunt. Et tamen si ea desiderarent: sibiipsi possent exhibere cum uellent. Siue igiẽ interunt anime: siue inẽternũ manent: quã ratione cõtinet cultus deorum? aut a quo mundus factus est? Cur? aut

quando? aut quousq;? quatenus homines: aut q̃obrē pro-creati? Cur nascuntur? intereunt? succedunt? renouantur? Quid dii ex cultibus eorū assequuntur: qui post mortē nihil futuri sunt? Quid prǽstāt? Quid pollicentur? Quid minantur aut hominibus aut diis dignum? Vel si manēt animǽ post obitum: quid de his faciunt: facturi ue sunt? Quid illis opus est thesauro animarum? Ipsi illi ex quo fonte oriūtur? Quomodo aut quare aut unde multi sūt? Ita fit: ut si ab illa rerum summa quam superius comprǽhendimus aberraueris: omnis ratio intereat & ad nihilū omnia reuoluantur.

Cap. vii. Quare Philosophi nequiuerint cō prǽhendere ueritatem integre. quā tamē sicut exempla declarāt: particulati cōprǽhenderūt totam defendere nequiuerunt.

Quam summā quia Philosophi non cōprehenderūt: nec ueritatem comprehendere potuerunt: quanuis ea fere quibus summa ipsa constat: & uiderint & explicauerint: sed diuersi ac diuerse omnia illa protulerunt. non annectentes nec causas rerū nec consequētias: nec rationes ut summam illam quǽ continet uniuersa & compingerēt & implerent. facile est autē docere pene uniuersā ueritatē per Philosophos & sectas esse diuisam. Non enim sic phi losophiā nos euertimus: ut academici solent qbus ad oīa respondere propositum est. quod est potius calumniari: & inuidere: sed docemus nullam sectam fuisse tam deuiā: neq; Philosophorum quenq̃ tam inanem: qui non uideret aliquid ex uero. Sed dum contradicendi studio insaniūt: dum sua etiam falsa defendunt: aliorū etiā uera subuertūt non tantum illis elapsa ueritas est: quam se querere simu labant: sed ipsi etiam potissimum suo uitio perdiderunt Quod si extitisset aliquis qui ueritatē sparsā per singulos per sectasq; diffusam colligeret in unum: ac redigeret in corpus: is profecto nō dissentiret a nobis. Sed hoc nemo facere nisi ueri peritus ac sciens potest. Verum autē scire

non nisi eius est: qui sie doctus a deo. Nemo enim potest aliter repudiare que falsa sūt: eligere ac probare que uera. sed si uel casu id efficeret: certissime philosopharetur. Et quis non posset diuinis testimoniis illa defendere: tamen seipsam ueritas illustraret suo lumine. Quare incredibilis est error illorum. qui cum aliquam sectam probauerint: eicp se addixerint: ceteras damnant: tanq̄ falsas & inanes. Armantq; se ad prĕliandum. nec quid defendere debeant scientes: nec quid refutare. incursantq; passim sine delectu omnia que afferunt. quicunq; dissentiunt. Ob has eorum pertinacissimas contentiões nulla extitit philosophia que ad uerum propius accederet. Nam particulatim ueritas ab his tota comprehensa est. Factum esse mundum a deo dixit Plato. Idem Prophete loquuntur. idemq; ex Sibylle carminibus apparet. Errant ergo qui omnia uel sua spōte esse nata dixerunt: uel minutis seminibus conglobatis; quoniam tanta res tam ornata: tam magna: neq; fieri neq; disponi & ordinari sine aliquo prudētissimo authore potuit. & ea ipsa ratione qua constare ac regi omnia sentiunt solertissime mentis artificem confitentur hominum causa mundū & omnia que in eo sunt: esse facta Stoici loquunt̄ idem nos diuine littere docent. Errauit ergo Democritus q̄ uermiculorū modo putauit effusos esse de terra. nullo authore nullaq; ratione. Cur enim formatus sit homo: diuini sacramenti est. quod quia ille scire non poterat: humanam uitam deduxit ad nihilū. Ad uirtutē capessendā nasci homines Ariston disseruit. Idem nos monemur ac discimus a Prophetis. Igitur falsus Aristippus: qui hominem uoluptati id est malo tanq̄ pecudem subiugauit. Imortales esse animas Pherecides & Plato disputauerūt. Hec uero propria est in nostra religione doctrina. Ergo Dicearchus cum Democrito errauit: qui perire cū corpe ac dissolui argumentatus est. Esse inferos Zeno Stoicus docuit. & sedes piorum ab impiis esse discretas. & illos quidem quietes ac delectabiles incolere regiões. hos uero luere poenas in tenebrosis locis: atq; in ceni uoraginibus horrendis. Idem nobis Prophete palam faciunt. Ergo

Epicurus errauit: qui Poetarū id esse figmentū putauit. & illas inferorū poenas quę ferunt: in hac esse uita interpretatus est. Totam igitur ueritatem & omne diuinę religionis arcanū Philosophi attigerūt. sed aliis refellentibus defendere id quod inuenerant: nequiuerūt: quia singulis ratio non quadrauit. nec ea quę uera senserant: in summā redigere potuerunt. sicut superius nos fecimus.

¶ Capitulum. viii. ¶ De immortalitate animę. & quibus eam argumētis Plato sit conatus astruere.

Vnum est igitur summum bonum immortalitas. ad quā capiēdam: & formati a principio & nati sumus Ad hanc tendimus. hanc spectat humana natura. ad hanc nos prouehit uirtus: quod bonum quia cōphendimus superest ut etiā de ipsa immortalitate dicamus. Platonis argumenta quanuis ad rem conferant multū: tamen parū habēt firmitatis ad probandam & implendam ueritatem: quoniam nec rationem mysterii magni totius consumauerat: in unumq; collegerat. nec summum bonum cōprehenderat. Nam licet uerum de immortalitate animę sentiret: tamen non ita de illa tanq̄ de summo bono differebat. Nos igitur certioribus signis eligere possumus ueritatē. qui eam non ancipiti suspitione collegimus: sed diuina traditione cognouimus. Plato autem sic argumentatus est. immortalitate esse quicquid per seipsum & sentit: & semper mouetur. Quod enim principium motus non habet: nec finem habiturum. quia deseri a semetipso non potest. quod argumētum etiam mutis animalibus ęternitatē daret: nisi adiectione sapientię discreuisset. Addidit igitur ut effugeret hanc communitatem fieri non posse: quin sit immortalis animus humanus. cuius miranda solertia inueniendi: & celeritas cogitandi: & facilitas percipiendi: atq; discendi: & memoria prēteritorum: & prouidentia futurorum: & artium plerunq; innumerabilium scientia: qua cęterę careant animantes: diuina & cęlestis appareat.

quia & origo animi q̃ tanta capiat: tanta contineat: nulla reperiatur in terra. siquidem ex concretione terrena nihil habeat admixtum. sed necesse est in terram resolui: quod est in homine ponderosum & dissolubile. Quod autem tenue ac subtile: id uero esse indiuiduum: ac domicilio corporis uelut carcere liberatum: ad coelum & naturam suam peruolare. Hęc fere Platonis collecta breuiter: quę apud ipsum late copioseq; explicantur. In eadem sententia fuit etiã Pytagoras antea: eiusdemq; pręceptor Pherecydes. quem Cicero tradidit primum de ęternitate animarũ disputasse. Qui omnes licet eloquentia excellerent: tamen in hac dumtaxat cõtentione non minus authoritatis habuerunt: qui contra hanc sententiam disserebant: Dicearchus primo: deinde Democritus. postremo Epicurus. adeo ut res ipsa de qua inter se pugnabant: in dubium uocaretur Deniq; & Tullius expositis horum omnium de immortalitate ac morte sententiis: nescire se quid sit uerum: pronunciauit. Harum inquit sententiarum quę uera sit: deus aliquis uiderit. Et rursus alibi. quoniã utraq; inquit earũ sententiarum doctissimos habuit authores. nec quid certi sit: diuinari potest. uerum opus nobis diuinatione nõ est: quibus ueritatem diuinitas ipsa patefęcit.

Capitulum. ix. Quę sit de immortalitate animę fidelis assertio. Et q̃ laborum uirtutumq; finis beata ęternitas est.

His itaq; argumentis: quę nec Plato nec ullus alius inuenit: animarũ ęternitas probari ac perspici potest quę nos breuiter collegimus. quoniã properat oratio ad narrandum iudicium dei maximum. quod in terra propinquante sęculorum fine celebrabit. Ante omnia quoniã deus ab homine uideri nõ potest: ne quis tamen ex eo ipso putaret deum non esse: quia mortalibus oculis non uidetur: inter cętera institutorum suorũ miracula: fęcit etiã multa quorum uis quidem appareret: substantia tamen non uideretur. sicut est uox odor uentus. ut harum rerũ

argumento & exemplo: etiam deum licet sub oculos non ueniret: de sua tamē ui & effectu & operibus cerneremus. Quid uoce clarius? aut uēto fortius? aut odore uiolētius? Hęc tamen cum per aerem feruntur: ad sensusq; nostros ueniunt: & eos potentia sua impellunt: non cernunt acie luminum: sed aliis corporibus partibus sentiuntur. Simi liter deus non aspectu nobis aliove fragili sensu compre hendendus est. sed mentis oculis intuendus. cum opera eius pclara & mirāda uideamus. Nā illos q nullū omnino deum esse dixerunt: non modo Philosophos sed ne homi nes quidē esse dixerim. q mutis simillimi ex solo corpore constiterunt. nihil omnino cernentes animo & ad sensum corporis cuncta referentes. qui nihil putabant esse: nisi quod oculis contuebantur. Et quia uidebant aut bonis accidere aduersa: aut malis prospera: fortuitu geri omnia crediderunt. & natura mundum non prouidentia consti tutum. Hinc iam prolapsi sunt ad deliramenta: quę talem sententiam necessario sequebantur. quod si est deus & in corporalis & inuisibilis & ęternus: ergo non iccirco inte rire animam credibile est: quia nō uidetur: postq̄ recessit a corpore. quoniam constat esse aliquid sentiens ac uigēs: quod non ueniat sub aspectu: At enim difficile est animo comprehendere: quemadmodum possit anima retinere sensum sine his partibus corporis: in quibus inest officiū sentiendi. Quid de deo: num facile est cōprehendere quē admodum uigeat sine corpore? Quod si deo esse credunt: qui si sunt: utiq; animę sunt expertes corporum. necesse est humanas animas eadem ratiōe subsistere. quoniam ex ipsa ratione ac prouidentia intelligitur: esse quędam in homie ac deo similitudo. Denique illud argumentum quod. M. Tullius uidit: satis firmum est: ex eo ęternitatem animę posse dinosci. quia nullum sit aliud animal: quod habeat notitiam dei aliquam. religioq; sit pene sola: quę hominem discernat a mutis. que cum in hominem solum cadat: pfecto testatur id affectare nos: id desiderare: id colere: q̄d nobis familiare: quod proximum sit futurum. An aliqs cum cęterarum animantiū naturam considerauerit: quas

pronis corporibus abiectas in terramqꝫ prostratas: summi dei prouidentia effecit: ut ex hoc intelligi possit: nihil eas rationis habere cum coelo: potest non intelligere solum ex omnibus coeleste ac diuinum animal esse hominem: cuius corpus ab humo excitatū: uultus sublimis: status rectus: originem suam querit. & quasi contempta humilitate terrę ad altum nititur. quia sentit summum bonum in summo sibi esse quęrendum. memorqꝫ conditionis suę qua deus illum fecit eximium: ad artificem suum spectat Quam expectationem Trimegistus θεωρίαν rectissime nominauit. quę in mutis animalibus nulla est. Cum autem sapientia quę soli homini data est: nihil aliud sit: q̄ dei notitia: apparet animam nō interire neqꝫ dissolui. sed manere in sempiternum. quia deum qui sempiternus est & quęrit & diligit. ipsa cogente natura: sentiens uel unde orta sit: uel quo reditura. Preterea non exiguum immortalitatis argumentum est: qꝫ homo solum cęlesti elemento utatur. Nam cum rerum natura his duobus elemētis quę repugnantia sibi & inimica sunt constet: igne & aqua. quorum alterum coelo alterum terrę ascribitur. Ceterę animantes quia terrenę mortalesqꝫ sunt: terreno grauiqꝫ utuntur elemēto. homo solus ignem in usu habet. quod est elementū leue: sublime: coeleste. Ea uero quę ponderosa sunt: ad mortem deprimunt. & quę leuia sunt: ad uitam subleuāt. quia uita in summo est. mors in imo. Et ut lux esse sine igne nō potest: sic uita sine luce. Igitur ignis elementum est lucis ac uitę. unde apparet hominem qui eo utitur: immortalem sortitū esse conditionem. quia id illi familiare ē: quod facit uitā. Virtus quoqꝫ homini soli data: magno argumento est immortales esse animas. quę non erit secundum naturam: si anima extinguitur. Huic enim pręsenti uitę nocet. nam uita ista terrena quam cum mutis animalibus ducimus: & uoluptatem expetit. cuius uariis fructibus ac suauibus delectatur. & dolorem fugit. cuius asperitas naturā uiuentiū acerbis sensibus lędit. & ad mortem perducere nititur: quę dissoluit animantes. Si ergo uirtus & prohibet his bonis hominem quę naturaliter appetunt:

& ad ſuſtinēda mala impellit: quę naturaliter fugiuntur. Ergo malū eſt uirtus: & inimica naturę. ſtultūq; iudicari neceſſe eſt: qui eam ſequitur. quoniam ſe ipſe lędit. & fugiendo bona preſentia: & appetēdo ęq; mala ſine ſpe fructus amplioris. Nam cum liceat nobis iucundiſſimis frui uoluptatibus: nonne ſenſu carere uideamur? Si malimus in humilitate: in egeſtate: in contemptu: in ignominia uiuere aut ne uiuere quidem: ſed dolere: cruciari: & mori? Ex quibus malis nihil amplius aſſequamur: quo poſſit uoluptas omiſſa penſari. Si autē uirtus malum nō eſt: facitq; honeſte: ꝙ uoluptates uitioſas turpeſq; cōtemnit: & fortiter. ꝙ nec dolorem nec mortem timęt: ut officium ſeruet. Ergo maius aliquod bonum aſſequatur: neceſſe eſt: ꝙ ſūt illa: quę ſpernit. At uero morte ſuſcępta: quod ulterius bonum ſperari poteſt: niſi ęternitas?

¶ Cap. x. ¶ Item de immortalitate animę. & ꝙ uirtus ſemel habita perpetuat: & amitti non poteſt. Et ꝙ uita duplex eſt. & item mortes duę homini preponuntur.

TRanſeamus nunc uiciſſim ad ea: quę uirtuti repugnant ut etiā ex his immortalitas animę colligat. uitia omnia temporalia ſunt: ad preſens enim commouetur iręimpetus: recępta ultiōe ſedatur. libidinis uoluptas corporis finis eſt. Cupiditatem autem ſatietas earum rerum quas expetit: aut aliorum affectuum commotiones interimunt. Ambitio poſtꝗ honores ꝗs uoluit: adepta eſt: cōſeneſcit. Item cętera uitia conſiſtere ac permanere non poſſunt. ſed ipſo fructu quem expetunt: finiuntur. Recedunt ergo: & redeūt. Virtus autem ſine ulla intermiſſione perpetua eſt: nec diſcedere ab eo pōt: q eā ſemel cępit. nā ſi habeat intervallū: ſi aliquando ea carere poſſimus: redibunt protinus uitia: quę uirtutē ſemper impugnāt. Non eſt igit̄ comprehenſa ſi deſerit: ſi aliquādo ſecedit. Cū uero ſibi domicilīū ſtabile collocauit. i omni actu uerſari eam neceſſe eſt. nec poteſt fideliter depellere uitia & fugare: niſi pectus

quod insedit: perpetua statione muniuerit. Ipsa ergo uirtu
tis perpetuitas indicat humanum animum si uirtutem
ceperit: permanere. qui & uirtus perpetua est: & solus ani
mus humanus uirtutem capit. Quoniam igitur cotraria
sunt uitia uirtuti: omnis ratio diuersa & contraria sit ne
cesse est. quia uitia commotiones & perturbatiões animi
sunt. Virtus econtrario lenitudo & tranquillitas animi
est. Quia uitia temporalia & breuia sunt: uirtus perpetua
& constans. & par sibi semper. Quia uitiorum fructus id
est uoluptates eque ut ipsa breues temporalesq́ sunt. Vir
tutis ergo fructus ac premium sempiternū est. qa uitiorū
commodum in presenti est: uirtutis igitur in futuro. Ita
fit: ut in hac uita uirtutis premiū nullum sit: quia uirtus
adhuc ipsa est. nam sicut uitia cum in actu suo finiuntur:
uoluptas & premia eorum sequuntur. ita uirtus cū finita
est: merces eius insequitur. Virtus autem nūq̄ nisi morte
finitur. quoniam & in morte suscipienda summum eius
officium est. Ergo premium uirtutis est post mortem.
Deniq́ Cicero in Thusculanis. quamuis dubitanter tamē
sensit summum homini bonum non nisi post mortem cō
tingere. Fidenti animo inquit si ita res feret: gradietur ad
mortem. in qua aut summum bonum: aut nullum malū
esse cognouimus. Mors igitur non extinguit hominem:
sed ad premium uirtutis admittit. qui autem se ut ait idē
uitiis ac sceleribus contaminauerit: uoluptatiq́ seruierit:
iis uero damnatus eternam luet poenam: quam diuine
littere secundam mortem nominãt. que est & perpetua &
grauissimis cruciatibus plena. Nam sicuti due uite propo
site sunt homini: quarum altera est anime altera corporis
ita & mortes due proposite sunt: una pertinēs ad corpus
qua cunctos secundum naturam fungi necesse est. Altera
pertinens ad animam: que scelere acquiritur. uirtute uitaē
Vt hec uita temporalis est: certosq́ terminos habet: quia
corporis est: sic & mors eque tēporalis est: certūq́ habet
finem: quia corpus attingit.

¶ Capitulum. xi. ¶ De resurrectione corpo
rum mortuorum & morte & animarum

perpetuitate.

Mpletis ergo temporibus quę deus morti statuit: terminabitur ipsa mors. Et quia temporalem uitã temporalis mors sequitur: consequens est: ut resurgant animę ad uitam peremnem. quia finem mors temporalis accipit. Rursus sicut uita animi sempiterna est: in qua diuinos & ineloquibiles immortalitatis suę fructus capit: ita & mors eius perpetua sit. necesse est: in qua peremnes poenas & infinita tormenta pro peccatis pendit. Ergo in ea conditione res posita est: ut qui beati sunt in hac uita tẽporali atq̧ terrena: semper miseri sint futuri. quia iã bonis quę maluerũt: potiti sũt: quod his euenit: q deos adorãt. deum negligunt. Deinde qui iustitiam sequentes: in hac uita miseri fuerint: & contempti: & inopes: & ob ipsam iustitiã contumeliis & iniuriis sępe uexati: quia nec aliter uirtus teneri potest: semper beati sũt futuri. ut quia mala iam pertulerunt: etiam bonis fruantur. Quod his utiq̧ contingit: qui contemptis terrestribus diis & fragilibus bonis: cęlestem religionẽ dei sequuntur. cuius bona sicut ipse qui tribuit: sempiterna sũt. Quid opera corporis atq̧ animi? Nonne indicant esse animam mortis expertem? Nã corpus quia ipsum fragile est: atq̧ mortale: quęcunq̧ opa molitur: ęq̧ caduca sunt. Nihil enĩ Tullius ait esse: quod sit manibus humanis laboratum: quod nõ aliquando ad interitum redigatur. uel iniuria hominum: uel ipsa confectrice omniũ uetustate. At uero animi opera uidemus ęterna. Nam quicunq̧ contemptui pręsentium studentes: in memoriam monumẽta ingeniorũ factorũq̧ magnorũ reliquerunt: ii plane mentis suę ac uirtutis nomen indelebile quęsierunt. Ergo si opera corporis ideo mortalia sũt: quia ipsũ mortale est: sequit̃ ex eo ut anima immortalis appareat: qa uidemus opa eius nõ esse mortalia. Eodẽ mõ desideria q̃q̧ corpis animiq̧ declarãt: alterũ esse mortale: alterũ sẽpiternũ. Corpus enĩ nihil nisi tẽporale desiderat: id est cibum potũ indumentũ quietẽ uoluptatẽ. Et tamẽ hęc ipsa sine ui & adminiculo animi nec cupere nec asseq

potest. Animus autem per se multa desiderat: quę ad officium fructum ue corporis redundent. eaq non fragilia sed ęterna sunt: ut fama uirtutis: ut memoria nominis. Nã cultũ dei qui constet abstinẽtia cupiditatũ ac libidinũ: patiẽtia doloris: ac contemptu mortis: etiã cõtra corpus anima concupiscit. Vnde credibile est non interire animã sed dissociari a corpe. qa corpus sine anima nihil potest. animus autem potest multa & magna sine corpore. Quid q ea quę uisibilia sũt oculis: & tangibilia manu: quia externã uim pati possunt: ęterna esse nõ possũt. Ea uero quę neq sub tactu neq sub uisu ueniunt: sed tantummodo uis eorum & ratio & affectus apparet: ęterna sunt: quia nullã uim patiũtur extrinsecus. Corpus autem si ideo mortale ẽ: qa uisui pariter ac tactui subiacet: ergo & anima iccirco immortalis est: quia nec tangi potest: nec uideri.

¶ Cap. xii. ¶ Item de immortalitate animę cõtra Lucretiũ & Epicurũ. Et de differentia mẽtis & animę & corporum resurrectone.

Nunc argumẽta eorũ qui contradixerũt: refellamus: quę Lucretius tertio libro executus est. quoniã cũ corpore inquit anima nascitur: cum corpore intereat: necesse est. At non est par utriusq ratio solidum enim & cõprehensibile corpus est: & oculis & manu. Anima uero tenuis & tactum uisumq fugiens. Corpus ex terra fictũ atq consolidatũ est. anima in se nihil cõcreti: nihil terreni põderis babet. ut Plato disserebat. Nec enim tantã posset habere solertiam: tantam uim: tantã celeritatẽ: nisi originẽ traheret e coelo. Corpus igitur quoniã fictũ ex põderoso & corruptibili elemẽto: & tãgibile ẽ & uisibile: corrũpit: atq occidit. nec uim repellere potest. quia sub aspectum & sub tactum uenit. Anima autẽ quia tenuitate sua omnẽ tactum fugit: nullo ictu dissolui potest. Ergo quanuis inter se coniuncta & sociata nascantur: & alterum quod est de terrena concretione formatum: quasi uasculum sit alterius: quod est a cęlesti subtilitate deductum: cum uis

aliqua utrunq; discreuerit: quę discretio mors uocaṫ: cū utrunq; in naturam suam recedit: quod ex terra fuit: id in terram resoluitur. quod ex cęlesti spiritu: id constat ac uiget semper. quoniā diuinus spiritus sempiternus est. Deniq; idem Lucretius oblitus qd assereret: & q̊d dogma defenderet: hos uersus posuit.

Cedit idem retro de terra quod fuit ante:
In terram: sed quod missum est ex ętheris oris:
Id rursus coeli fulgentia templa receptant.

Quod eius nō erat dicere: qui perire animas cū corpibus differebat. sed uictus est ueritate. & imprudēti ratio uera surrepsit. Pręterea id ipsum quod colligit dissolui animā hoc est simul. cum corpore interire: quoniā simul nascāṫ: & falsum est: & in contrarium conuerti potest. Non enim simul interit: sed anima discedente integrum per multos dies manet. & plerunq; medicatum diutissime durat. Nā si ut simul nascuntur: simul interirent: non discederet repente anima corpusq; desereret: sed uno temporis puncto utrūq; pariter dissiparetur. & tam celeriter etiam corpus adhuc spiritu in eo manente deliquesceret: ac periret: q̄ celeriter anima secedit. immo uero dissoluto corpore anima uanesceret uelut humor fracto uase diffusus. Nam si terrenū & fragile corpus post secessū animę non statī diffluit: in terramq; tabescit: ex qua illi origo est. Ergo anima quę fragilis non est: inęternum manet: quoniam origo eius ęterna est. Quoniam crescit inquit sensus in pueris: & in iuuenibus uiget: & in senibus diminuitur: apparet esse mortalem. Primum non idem est mens & anima. Aliud est enī q̊d uiuimus: aliud quod cogitamus. Nā dormientiū mens non anima sopitur: & in furiosis mens extīguitur: anima. manet & ideo non exanimes: sed dementes uocanṫ. Mens ergo id est intelligentia uel augetur: uel minuitur pro ętate. Anima in statu suo semper est. Et ex quo tempore spirādi accępit facultatē: eadē usq; ad ultimū durat: donec emissa corpis claustro: ad sędē suā reuolet. Deīde q; aīa q̄uis a deo sit inspirata: tñ qa tenebroso domicilio terrenę carnis īclusa ē: scientiā nō habet: quę est diuinitatis.

Audit ergo ac diſcit omnia: & ſapientiam diſcendo & au
diendo capit. & ſenectus non minuit ſapientiā: ſed auget.
ſi tamen iuuenilis ętas uirtute decurſa eſt. & ſi nimia ſe-
nectus fręgerit membra: non eſt animę uitium. ſi uiſus
euanuit. ſi ligua torpuit. ſi auditus abſorduit: ſed corpis.
At enim memoria deſęcit. quid mirum ſi labentis domi-
cilii ruina pręmitur mens: & pręterita obliuiſcitur. non
aliter futura diuina q̃ ſi carcerem quo cohibet̃: effugerit.
Verum eadē inquit dolori ac luctui obnoxia eſt: & ebrie-
tate demētit. ūde fragilis & mortalis apparet. Icciro igit̃
uirtus & ſapientia neceſſaria eſt: ut & męror qui cōtrahit̃
indigna patiendo ac uidendo: fortitudine repellatur: &
uoluptas non mō potādi: ſed etiā rerū cęterarū abſtinētia
ſuperetur. Nam ſi careat uirtute: ſi uoluptatibus dedita
molliatur: mortificet obnoxia. quoniam & uirtus ut do
cuimus: īmortalitatis eſt fabricatrix: & uoluptas mortis.
Mors autem ſicut oſtendi: nō funditus perimit: ac delet:
ſed ęternis afficit cruciatibus. nā interire prorſus anima
nō poteſt. quoniam ex dei ſpiritu qui ęternus eſt originē
cępit. Anima etiam inquit morbum corporis ſentit: & ob
liuionem ſui patitur. Et ſicut ęgreſcit: ſic etiā ſępe ſanat̃.
Hoc eſt ergo cur maxime uirtus adhibēda ſit: ne illo cor
poris dolore frangatur. & obliuione ſui non anima: ſed
mens patiatur. quę quoniā certa corporis regiōe cōſiſtit:
cum eam partem uis aliqua morbi uitiauerit: mouet̃ loco
& quaſi conquaſſata de ſęde ſua emigrat: reditura ſcilicet
cum medela & ſanitas domicilium ſuum reformauerit.
Nam quia anima eſt iuncta cū corpore: ſi uirtute careat:
contagio eius ęgreſcit: & imbecillitas de ſocietate fragili-
tatis redundat ad mentem. Cum autem diſſociata fuerit
a corpe: uigebit ipſa per ſe. nec ulla iā fragilitatis cōditiōe
tentabitur. qa indumentū fragile proiecit. Sicut oculus
inqt euulſus a corpore ac ſepatus nihil pōt uidere: ita &
anima ſepata nihil ſentire. qa & ipſa ps ē corpis. Falſū hoc
& diſſimile eſt. Anima eni nō pars corpis ſed in corpe eſt.
ſicut id quod uaſe continet̃ uaſis pars non eſt: nec ea quę
in domo ſūt: ptes domus eſſe dicunt̃: ita nec anima pars

est corporis. qa corpus uel uas est animę uel receptaculū. Iam illud argumentum multo magis inane est. quod qdē ait animam quia non citius emittatur e corpore: mortalē uideri: sed paulati se ex omnibus mēbris explicet. a sūmis pedibus incipiēs. tanq̄ si esset ęterna uno tēporis momēto erumperet. quod fit in iis: qui ferro intereunt. Quos autē morbus interimit: spiritum diutius exhalant. ut paulatī frigescentibus membris anima efflętur. quę cum materia sanguinis contineatur sicut lumen oleo: ea materia febriū calore consumpta: necesse est membrorum summa queq; frigescere. quoniā uenę exiliores in extrema corporis porriguntur. & extremi ac tenuiores riui deficiente uena fontis arescunt. Nec tamen quia sensus corporis deficit; animę sensum extingui & occidere putandum est. Nō enī anima corpore deficiēte: sed corpus anima decedente putrescit. quia sensum omnem trahit secum. Cum autem pręsens anima sensum tribuat corpori: & uiuere id efficiat: fieri non potest: ut non ipsa per se uiuat: & sentiat. quoniā ipsa est & sensus & uita. Nam quod ait.

Quod si immortalis nostra foret mens.
Non tam se moriens dissolui conquereretur.
Sed magis ire foras: uestemq; relinquere ut anguis.

Equidem nūq̄ uidi: qui quereretur se morte dissolui. sed ille fortasse Epicureum aliquem uiderat: etiam dū moritur philosophantem. ac de sua dissolutione in extremo spiritu disserentem. Quomodo sciri potest utrum dissolui se sentiat: an corpore liberari: cum i exitu lingua mutescat. Nā dum sentit. & loqui potest: nondum dissolutus est. ubi dissolutus est: nec sentire iam nec loqui potest. Ita queri de dissolutione aut nondum potest: aut iam non potest. At enim prius q̄ dissoluatur: intelligit se dissolutum iri. Quid q; uidemus plerosq; morientiū nec dissolui cōquerentes: ut ait: sed exire se & pficisci & ambulare testantes. idq; aut gestu significant: aut si adhuc possunt: & uoce pronunciant? Vnde apparet non dissolutionem fieri: sed seperationem: quę declarat animā permanere. Cętera Epicurei dogmatis Argumenta Pythagorę repugnant:

differēti migrare animas de corpibus uetustate ac morte confectis. & insinuare se nouis & recens natis. Et easdem semper renasci: modo in homine: modo in pecude: modo in bestia: modo in uolucre: & hac ratione immortales esse: quod sępe uariorum ac dissimilium corporū domicilia commutēt. Quę sententia deliri hominis quoniā ridicula est: & mimo dignior q̄ schola fuit: ne refelli quidem serio debuit. Quod qui facit: uidetur uereri ne quis id credat. Prętereunda sunt igit̄ nobis ea quę pro falso contra falsū differebantur. satis est ea refutasse. quę contra uerum disputata sunt.

¶ Cap. xiii. ¶ Quibus testimoniis immortalitas animę approbat̄ & futurū iudicium dei. Et quantū Aristoxenus alios uicerit in errore.

Eclaraui ut opinor animam nō esse solubilē. superest citare testes quorum auctoritate argumēta firmenē. Nec nunc Prophętas in testimonium uocabo. quorum ratio & diuinatio in hoc solo posita est: ut ad cultum dei & ad immortalitatem ab eo accipiendam creari hominē doceant. sed eos potius quibus istos qui respuūt ueritatē credere sit necesse. Hermes naturam hominis describens ut doceret: quemadmodū esset a deo factus. hęc intulit. και αυξ ξ εκατερων φυσεων της αθανατου και της θνητης μιαν εποιει φυσιν ανθρωπον τον αυτον πῃ μεν αθανατον πῃ δε θνητον ποιησας και τουτον φερων εν μεσῳ θειας και αθανατου φυσεως και της θνητης και ευμεταβλητου ιδρυσεν ινα ορων απαντα απαντα και θαυμασῃ. Id est & idem ex utraq̧ natura īmortali & mortali unā faciebat naturā hominis: eundem in aliquo quidem immortalem in aliq̄ autem mortalem faciens: & hunc ferens in medio diuinę & immortalis naturę. & mortalis mutabilisq̧ constituit. ut omnia uidens omnia miretur. Sed hunc fortasse aliqs in numero Philosophorum computet. quanuis in deos relatus Mercurii nomine ab Aegyptiis honoretur. Nec plus ei auctoritatis tribuat: q̄ Platoni aut Pythagorę.

Maius igitur testimonium requiramus. Polytes quidam cōsuluit Apollinem Millesium utrum ne maneat anima post mortem: an resoluatur: & respondit his uerbis.
ψυχημεμε χρισ ουδεσ μεισ προσ σωμακρατειται
φθαρτα νοουσα παθη βριταισ αλγηδοσ ιμεικει
ην ικα δ'αμαλυσιν βροτεην μετα σωμα μαραυθεν
ωκιστην ευριτα εσ αι θεραπεσα φορει ται
αι εγαγηραοσ ουσα μενει διεισ παμπαρατηρισ
πρωτογονοσ γαρ τουτο θεον δ' ιεταξε προνοια.
Id est. anima quidem quoad uinculis corporeis tenetur: corruptibiles passiones sentiēs: mortalibus cedit doloribus. Cum uero humanam solutionem uelocissimam post corruptum corpus inuenerit: omnis in ętbera fertur: nūq̄ senescēs. & manet in ęternū sine poena. Primogenita eteni. hoc diuina disposuit prudentia. Quid carmia Sybillina: Nonne ita esse declarant: cum fore aliquando denunciāt: ut a deo de uiuis ac mortuis iudicetur: quorum exempla post inferemus. Falsa est igitur Democriti & Epicuri sententia & Dicearchi de animi dissolutiōe: qui profecto nō auderēt de interitu animarū Mago aliq̄ pręsente disserere: q̄ sciret certis carminibus ciere ab iferis animas. & adesse & prębere se humanis oculis uidendas: & loqui & futura prędicere. Et si auderēt: re ipsa & documētis pręsentibus uincerentur. Sed quia non peruidebāt animę ratione: quę tam subtilis est: ut oculos humanę mētis effugiat: interire dixerunt. Quid Aristoxenus: qui negauit omnino ullam esse animam. etiam cum uiuit in corpore: Sed sicut in fidibus ex intentione neruorum effici concordem sonum atq̄ cantum. quem musici harmoniam uocant: ita in corporibus ex compage uiscerum ac uigore membrorū uim sentiendi existere. quo nihil dici delirius potest. Verum ille oculos quidem habuit incolumes: cor tamen cęcum: q̄ uiuere se & habere mentē: qua id ipsum q̄d cogitauerat: non uidebat. Sed plerisq̄ hoc Philosophis accidit. ut putarent omnino non esse quicquid oculis non apparet. cū mentis acies multo clarior esse debeat q̄ corporis: ad ea perspicienda quorū uis ac ratio sentit̄ poti us q̄ uidetur.

Capi.xiiii. ¶ De fine mundi & errore Chaldeorum. De ętate mundi. Et q post sex ętates.idest sex mille annorum status mundi mutabitur & renouabitur. Et q mille anni sũt unus dies dei. Et q post mille annos regnabunt electi dei in terra post iudicium.

QVoniam de immortalitate diximus animę:sequitur ut doceamus quatenus homini & quando tribuat: ut in hoc q̃q pravitatis & stultitię suę perspiciant errores qui mortales quosdam decretis placidisq mortaliũ deos esse factos opinantur. uel q artes inuenerant: uel q usum quarundam frugum docuerãt: uel q utilia uitę hominũ prouiderãt:uel q immanes bestias interemerãt. Quę merita q̃ longe ab immortalitate semota sint:& documus in prioribus libris:& nunc docebimus. ut appareat solã esse iustitiam.quę uitam homini pariat ęternam.& solum deũ qui ęternę uitę premium largiatur. Nam illi qui suis meritis immortales facti esse dicuntur. quia nec iustitia nec ulla in his uera uirtus fuit: non immortalitatem sibi sed mortem peccatis ac libidinibus quęsierunt. Nec coeleste prEmium sed inferna supplicia meruerunt. quę pendent simul cum his omnibus:qui eos coluerũt. Cuius iudicii propinquare tempus ostendam:ut & iustis merces digna soluatur:& poena merita impiis irrogetur. Plato & multi alii Philosophorum cum ignorarẽt originem rerũ:supremumq illud tempus quo mundus esset effectus: multa millia sęculorum fluxisse dixerunt. Ex quo hic pulcherrimus mundi ornatus extiterit.secuti fortasse Chaldeos: q ut Cicero tradidit in libro de diuinatiõe primo:quadringenta septuginta millia annorum monumẽtis cõprehensa se habere delirant. in quo sẽ: quia posse argui nõ putabãt: liberum sibi crediderunt esse mentiri. Nos autem quos diuinę litterę ad scientiam ueritatis erudiunt: principium mundi finemq cognouimus. de quo nunc in fine operis differemus. quoniam de principio in secundo libro expli cauimus: Sciant igitur Philosophi qui ab exordio mũdi sęculorũ millia enumerãt:nondũ sextum millesimũ annũ

li. vii. de. 18.

esse conclusum. quo numero expleto consumationẽ fieri necesse esse. & humanarum rerum statum in melius reformari. cuiuius rei argumentum prius est enarrandum: ut ratio eluceat. Mundum deus & hoc rerum naturę admirabile opus: sicut arcanis sacrę scripturę continetur: sex dierum spatio consūmauit. dieq̧ septimū quo ab opibus requieuit: sanxit. Hic est autem dies sabbati: qui in lingua Hebręorum a numero nomen accepit. unde septenarius numerus legittimus & plenus est. Nam & dies septem sūt quibus per uicem reuolutis orbes conficiuntur annorū. & septem stellę quę non occidunt: & septem sydera quę uocantur errantia. quorum dispares cursus & inęquales motus rerum ac temporum uarietates efficere credūtur. Ergo quoniam sex diebus cuncta dei opera perfecta sūt: p̄ secula sex annorū: id est sex millia manere in hoc statu mundum necesse est. dies enim magnus dei mille annorū circulo terminatur: sicut indicat Propheta dicens. Ante oculos tuos domine mille anni tanq̄ dies unus. Et sicut deus sex illos dies in tantis rebus faciendis laborauit: ita & religio eius & ueritas i his sex millibus annorū laboret necesse est: malitia pręualente ac dominãte. Et rursus quoniam perfectis operibus requieuit die septimo: eūq̧ benedixit: necesse est ut in fine sexti mil lesimi anni: malitia oīs aboleatur e terra: & regnet per annos mille iustitia. sitq̧ tranquillitas & requies a laboribus. quos mundus iā diu perfert. Verum quatenus id eueniat: explicabo suo ordīe. Sępe diximus: minora & exigua magnorū figuras & pręmonstrationes esse: ut hūc diem nostrum qui ortu solis & occasu finitur: diei magni speciē gerere: quē circuitus annorum mille determīat. Eodem modo etiam figuratio terreni hominis cęlestis populi pręferebat in posterum fictionem. Nam sicut perfectis omnibus quę in usū hoīs molitus est deus: ipsum hominem sexto die ultimū fecit: eumq̧ induxit in hunc mundum tanq̄ in domum iam diligenter instructā. Ita nunc sexto die magno uetus homo uerbo dei fingitur. id est sanctus populus doctrina & pręceptis dei ad iustitiam figuratur. Et sicut tunc mortalis

atq̧ ꝑfectus e terra fictus ē: ut mille ānis in hoc mūdo uiueret: ita nunc ex hoc terrestri sęculo fingitur homo pfectus: ut uiuificatus a deo in hoc eodē mundo p annos mille dominetur. Quomodo autem consumatio futura sit: & qualis exitus humanis rebus impendeat: siquis diuinas litteras fuerit scrutatus: inueniet. sed & secularium Prophętarum congruentes cum coelestibus uoces: finē rerum & occasum post breue tempus anunciant. descri bentes quasi fatigati & delabētis mundi ultimā senectutē. Quę uero a Prophętis & uatibus futura esse dicanť: prius q̄ super ueniat extrema illa conclusio: collecta ex omnibus & coaceruata subnectam.

Ca. xv. Quod submersio Pharaonis & Aegyptiorū & liberatio Hebręorum de seruitute Aegypti pręfi gurauit liberationem electorum: & reprobationem damnatorum: quę futura est in fine mundi. Et q̧ signa multa sicut illam ita & hanc pręcedent liberationem. Et q̧ Romanum imperium ante delebitur. Et q̧ in Asiam summa potestas omnium reuertet. Et q̄bus ętatū gradibus Roma creuerit & deficiat.

Est in arcanis sanctarum litterarum transcendisse in Aegiptum cogente inopia rei frumentarię Principē Hebręorū cū omni domo & cognatione. Cuius & posteri cum diutius in Aegypto commorantes in magnā gētem creuissent: & graui atq̧ intolerabili seruitutis iugo premerentur: percussit Aegyptum deus insanabili plaga. & populum suū liberauit: traductū medio mari cū discissis fluctibus & in utrāq̧ partem dimotis: per siccū populus graderetur. Conatusq̧ Rex Aegyptiorum profugos insequi coeunte in statum suum pelago cum omnibus copiis interceptus est. Quod facinus tam clarum tanq̄ mirabile: quis ad presens uirtutem dei hominibus ostēderet: tamē pręfiguratio & figura maioris rei fuit. quam deus idem in extrema tēporis cōsummatione facturus est. Liberauit enim plebem suam de graui seruitute mundi. Sed quoniā tunc una plebs dei & apud unam gentem fuit: Aegyptus

li 2m9

tūc sola percussa est. Nūc aūt quia dei populus ex oībus linguis congregatus: apud omnes gentes commoratur. & ab his dominatur: & premitur: necesse est uniuersas natiões id est orbem totū cęlestibus plagis uerberari ut iustus & cultor dei populus liberet. Et sicut tunc signa facta sunt quibus futura clades Aegypti ostenderet: ita in ultimo fient prodigia miranda per omnia elementa mundi. qbus iminens exitus uniuersis gētibus intelligat. Propinquāte igitur huius sęculi termino: humanarum rerum statum commutari necesse est. & in deterius nequitia inualescente prolabi. ut iā nostra hęc tēpora qbus iniquitas & malitia usq ad summū gradum creuit: in illius tamen insanabilis mali compatione felicia & prope aurea possint iudicari. Ita etenim iustitia rarescet: ita impietas & auaritia & cupiditas & libido crebrescet: ut siqui tum forte fuerint boni predę sint sceleratis. ac diuexentur undiq ab iniustis. soli aūt mali opulenti sint. boni uero in omnibus cōtumeliis atq in egestate iactentur. Confundetur omne ius: & leges interibūt. Nihil tunc quispiā habebit: nisi aut quęsitū: aut defēsum manu. audacia & ui omnia possidebūt. Nō fides ī hominibus: nō pax: nō humanitas: nō pudor: nō ueritas: erit. Atq ita neq sęcuritas: neq regimen: neq reges a malis ulla. Omnis enim terra tumultuabit. frement undiq bella omnes gentes in armis erunt. & sinuicem oppugnabunt. Ciuitates finitimę inter se prœliabunt. Et prima omnium Aegyptus stultarū superstitionū luet poenas & sanguine uelut flumine operietur. Tunc peragrabit gladius orbē metens omnia: & tanq messem cuncta prosternens. Cuius uetustatis & confusionis hęc erit causa: q Romanū nomē quo nunc regitur orbis horret animus dicere sed dicam: quia futurum est: tolletur de terra. Et imperium in Asiā reuertetur. ac rursus oriens dominabitur. atq occidens seruiet. Nec mirum cuiq debet uideri: si regnū tāta mole fundatum: ac tam diu per tot & tales uiros auctū: tantis deniq opibus confirmatū: aliquādo tamē corruet. Nihil est humanis uiribus laboratū: quod nō ab humanis ęque uiribus destrui possit. Quoniā mortalia sūt opa mortaliū

Sic & alia prius regna cũ diutius floruissẽt. nihilominus tamen occiderunt: Nam Aegyptios & Persas & Grecos & Assyrios proditum est regimen habuisse terrarũ. quibus omnibus destructis ad Romanos quoq; rerũ summa pervenit. Qui quãto ceteris omnibus regnis antestant: tanto maiori deciderẽ lapsu. quia plus habẽt ponderis ad ruinã: que sunt ceteris altiora. Nõ inscite Seneca Romane urbis tempora distribuit per etates. Primã enim dixit infantiã sub rege Romulo fuisse. a quo & genita & q̃si educata sit Roma. Deinde pueritiam sub ceteris regibus: a quibus & aucta sit: & disciplinis pluribus institutisq; formata. At vero Tarquinio regnãte cum iã quasi adulta esse cepisset servitiũ non tulisse: & reiecto superbe dominationis iugo maluisse legibus obtẽperare q̃ regibus. Cũq; esset adolescẽtia eius fine punici belli terminata: tum demũ cõfirmatis viribus cepisse iuvenescere. Sublata igit̃ Carthagine: que diu emula Imperii fuit: manus suas in totũ orbem terra mariq; porrexit. donec Regibus cũctis & natiõibus subiugatis: cum iam bellorum materia deficeret: viribus suis male uteret̃: quibus se ipsa confecit. hec fuit prima eius senectus. cum bellis lacerata civilibus: atq; intestino malo pressa: rursus ad regimen singularis Imperii recidit: quasi ad alteram infantiam revoluta. Amissa enim libertate quã Bruto duce & authore defenderat: ita consenuit tanquã sustentare se ipsa non valeret: nisi amminiculo regentium niteretur. Quod si hec ita sunt: quid restat: nisi ut sequat̃ interitus senectutem? Et id futurũ brevi contiones Prophetarum denunciant sub ambage aliorum nominũ. ne facile quis intelligat: Sibylle tamẽ aperte interituram esse Romam loquuntur. & quidem iudicio dei. q; nomen eius habuerit invisum. & inimica iustitie alumnum veritatis populũ trucidarit. Hydaspes q̃q; qui fuit Medorũ Rex antiquissimus: a quo amnis quoq; nomẽ accepit: qui nũc Hydaspes dicit̃: admirabilis omnium sub interpretatione vaticinatis pueri: ad memoriam posteris tradidit sublatũ iri ex orbe Imperium nomenq; Romanum: multo ante prefatus q̃ illa Troiana gens conderetur.

¶ Capi.xvi. ¶ Quomodo imperii uentura sit destructio. & quę illi signa precessura sint secundū uaticinia Prophetarū & Sibyllę.

QVomodo autem id futurum sit ne quis icredibile arbitreť: ostendam. In primis multiplicabiť Regnū & summa rerū potestas per plurimos dissipata & concisa minuetur. tunc discordię ciuiles in perpetuum serentur. nec ulla reqes bellis exitialibus erit: donec & Reges decē pariter existant. qui orbem terrę non ad regendum sed ad consumendū partiātur. Ii exercitibus in imensum auctis: & agrorum cultibus destitutis: quod est. principiū euersionis & cladis: disperdent omnia & comminuent: & uorabunt. Tunc repente aduersus eos hostis potentissimus ab extremis finibus plagę septentrionalis orieť. q tribus ex eo numero deletis qui tunc Asiam obtinebūt: assumeť in societatem a cęteris ac princeps omnium constituetur. Hic insustentabili dominatione uexabit orbem. diuina & humana miscebit. infanda dictu & execrabilia molietur. noua consilia in pectore suo uolutabit: ut proprium sibi constituat imperium. leges commutabit & suas sanciet. cōtaminabit: diripiet: spoliabit: occidet. deniq immutato nomine atq Imperii sede translata: confusio ac pturbatio humani generis consequetur. Tam uero detestabile atq abominandum tempus existet: q nulli hominum sit uita iucunda. Euertentur funditus ciuitates atq interibunt: nō modo ferro atq igni: uerū etiā terremotibus assiduis & eluuię aquarum. & morbis frequētibus. & fame crebra. Aer enim uitiabiť. & corruptus ac pestilens fiet. & modo importunis hymbribus: modo inutili siccitate: nunc frigoribus nunc ęstibus nimiis: nec terra hoī dabit fructū. nec seges quicq. non arbor non uitis feret. sed cū in florē spem maximam dederint: in fruge decipiēt. Fontes quoq cum fluminibus arescent: ut ne potus quidē suppetat. & aquę in sanguinem aut amaritudinē mutabunť. Propter hęc deficient & in terra quadrupedes: & in aere uolucres & ī mari pisces. Prodigia quoq in coelo mirabilia mētes

hominum maximo terrore confundent. Et crines Cometarum & solis tenebrę. & color lunę: & cadentiū syderum lapsus. Nec tamē hęc usitato modo fiēt: sed existēt subito ignota & inuisa oculis astra. sol imperpetuum fuscabitur ut uix inter noctem diemq discernat. luna iā non tribus deficiet horis: sed perpetuo sanguine obfusa: meatus extraordinarios peraget. ut non sit homini promptum aut syderum cursus: aut rationem temporū agnoscere. fiet enī uel ęstas in hyeme: uel hyems in ęstate. tūc ānis breuiabitˀ & mensis minuetur: & dies in angustum coartabitˀ. stellę uero creberrimę cadent: ut coelū omne cęcum sine ullis luminibus appareat. montes quoq altissimi decident. & planis ęquabuntur. mare innauigabile constituetur. Ac ne quid malis hominum terręq desit: audietˀ de cęlo tuba quod hoc modo Sibylla denunciat dicēs. σαλπ ιγξονρανοθεν φωνην πολυθρηνον αφησει. Id est tuba de coelo uocē luctuosam emittet. Itaq trepidabunt omnes & ad luctuosum illum sonitum contremiscent. Tunc uero per iram dei aduersus homīes qui iustitiā dei nō agnouerūt. sęuiet ferrū: ignis: fames: morbus. Et super omnia metus semp impendens. tunc orabunt deū: & non exaudiet. optabitur mors: & non ueniet. Ne nox quidē requiem timori dabit. nec ad oculos somnus accedet: sed animas hominū sollicitudo ac uigilia macerabit. plorabunt & gemēt. & dētibus stridebunt: gratulabuntur mortuis. & uiuos plangēt. His & aliis pluribus malis solitudo fiet in terra. & erit deformatus orbis atq desertus. quod i carminibus Sibyllinis ita dicitˀ. εσται κοσμοσ ακοσμοσ απολλυμενων ανθρωπων Id est erit mundus immundis pereuntibus hominibus. Ita enim conficietur humanū genus: ut uix decima pars hominū relinquatur. & unde mille processerant uix prodiēt centum. de cultoribus etiā dei duę partes interibūt & tertia quę fuerit probata: remanebit.

¶ Ca. xvii. ¶ De aduentu magni Prophetę qui Helias dicitur. & quomodo interficietˀ ab Antichristo. Et resurget die tertia. & ascēdet in cęlū. Et de psecutiōe

ecclesię quã iferet Antichristus. & de miraculis eius.

SEd planius quomodo id eueniat: exponam. Immi-nente iam temporũ conclusione: Propheta magnus mittetur a deo: qui conuertat homines ad deũ agnitionẽ. & accipiat potestatem mirabilia faciendi. Vbicunq̧ non audierint eum homines: claudet coelũ & abstinebit hym bres. & aquam conuertet in sanguinem: & cruciabit illos siti ac fame Et quicunq̧ conabitur eum lędere: procedet ignis de ore eius atq̧ amburet illum. His prodigiis atq̧ uirtutibus conuertet multos ad dei cultum. peractisq̧ operibus eius: alter Rex orietur ex Syria malo spiritu ge nitus. euersor ac proditor generis humani. qui reliquias illius prioris mali cum ipso simul deleat. Hic pugnabit aduersus Prophetam dei. & uincet. & interficiet eum. & insepultum iacere patietur. sed post diẽ tertiũ reuiuiscet. atq̧ inspectantibus & mirantibus cunctis rapiẽ in coelũ. Rex uero ille deterrimus erit quidem & ipse: sed menda ciorum Propheta & seipsum constituet ac uocabit deũ. se coli iubebit ut dei filium. Et dabiẽ ei potestas: ut faciat signa & prodigia. q̃bus uisis irretiat homines: ut adorẽt eum. Iubebit ignem descendere de coelo. & solem a suis cursibus stare. & imaginem loqui. & fient hęc sub uerbo eius. quibus miraculis etiam sapiẽtum plurimi allicienẽ ab eo. Tunc eruere dei templum conabitur. & iustum po pulum persequetur. & erit pressura & contritio qualis nunq̃ fuit a principio mundi. Quicunq̧ crediderint: atq̧ accesserint ei: signabuntur ab eo tanq̃ pecudes. Qui autẽ recusauerint notam eius: aut in montes fugient: aut com prehensi exquisitis cruciatibus necabuntur. Idem iustos homines obuoluet libris Prophetarum. atq̧ ita cremabit & dabitur ei desolare orbem terrę mensibus. xlii. id erit tẽ pus quo iustitia proiicietur. & innocentia odio erit. quo mali bonos hostiliter prędabuntur. Nõ lex aut ordo aut malitię disciplina seruabitur. Non canos quisq̃ reuerebiẽ. non officium pietatis agnoscet. Non sexus aut infantię miserebitur. Confundentur omnia & miscebuntur cõtra

fas:contra iura naturę. Ita quasi uno cōmuniq; latrocinio terra uniuersa uastabitur. Cum hęc ita erunt: tunc iusti & sectatores ueritatis segregabunt se a malis: & fugient in solitudines. Quo audito impius Rex inflamatus ira ueniet cū exercitu magno. & admotis oībus copiis circūdabit montem in quo iusti morabuntur: ut eos comprehēdat. Illi uero ubi se clausos undiq; atq; obsessos uiderint: exclamabunt ad deum uoce magna. & auxilium coeleste implorabunt. & exaudiet eos deus. & mittet Regem magnū de coelo. qui eos eripiet & liberet: omnesq; impios ferro igniq; disperdat.

Cap. xviii. Quomodo hęc pnunciata sint & uaticiniis Prophętarū: & oraculis gentilium Vatum & uersibus Sibyllinis.

Haec ita futura esse tū Prophętę omēs ex dei spiritu: tum etiam Vates ex instinctu dęmonum cecinerūt. Hydaspes enim quem superius nominaui descripta iniquitate sęculi huius extremi pios ac fideles a nocētibus segregatos: ait cū fletu & gemitu extēsuros ad coelum manus: & imploraturos fidem Iouis. Iouem respecturum ad terram: & auditurum uoces hominū. atq; impios extincturū Quę omnia uera sunt: pręter unū q; Iouem dixit illa facturum: quę deus faciet. sed & illud non sine dęmonū fraude subtractum est. missum iri tunc a patre filium dei. q deletis omnibus malis pios liberet. quod Hermes tamen non dissimulauit. in eo enim libro qui λογοστελοσ inscribitū. post enumerationē malorū de quibus diximus: subięcit hęc gręco sermone. επαν δη ταυτα ωδεγενηται ωασκληπιε τοτε οκυριοσ και πατηρ και θεοσ και τονπρωτον και ενοσθε ονδημιουργοσ επιβλεψασ τοισ γενομενοισ και την εαυτον βουλησιν τουτεστι το αγαθον αντερεισασ τη αταξια και ανακαλεσαμενοστηνπλανην και την κακιαν εκκαθηρασ πη μεν υδατι πολλω κατακλυσασ πηδε πυρι οξυτατω διακαυσασ ενιοτε δε πολεμοισ και λοιμοισ εκπιεσασ ηγαγεν επι το αρχαιον και απεκατεστησε τον εαυτου κοσμον. Id est Cū

hęc ita facta fuerint. o Aesculapi. tunc dominus & pater & deus & primi & unius dei creator respiciens quę facta sunt: & suam uoluntatē in huiusmodi: id est bonū opponens temeritati. & errorem reuocans. malitiam purgabit. partim quidē aqua nimia dissoluens: partim igne rapido cremans: interdū bellis ac pestilentiis percutiēs ad statū pristinum perduxit: suumq; restituit mundum. Sibyllę quoq; non aliter fore ostendunt: q̄ ut dei filius a summo patre mittatur. qui & iustos liberet de manibus impiorū & iniustos cum tyrannis sęuientibus deleat. e quibus una sic tradidit.

ηξει και μακαρων εθελων πολ ιν εξαλαπαξαι.
και κεν τισθεοθεν βασ ιλευσ πεμφθεισεπ ιδ ιον.
παντασ ολει βασ ιλεισ μεγαλουσ και φωτασ αρ ιστουσ
ειθοντωσκρ ινει τοι νπαφθ ιτον αντροποισ ι.

Id est ueniet & beatorum uolēs urbem expugnare. & qdā a deo missus Rex ad suos omnes pdet reges magnos, & uiros optimos. sic iudicabit̃ ab īmortalibus hominibus.
Item alia Sibylla.

τοτεξ ηελιοιθεοσ πεμψει βασιλιαοσ
πασαν Γαιαν πανσει επτολεμοιο κακοιο

Tunc ex sole deus mittet Regem qui omnem terram placabit a bello malo. Et rursus alia.

ημετερασ. τεξυΓον δουλειασ δυσβασ τακτον επ ι αυχενι κει
μενον αρει και θεσμουσ αθεουσ λυσει δεσμουσ τεβ ιαιουσ.

Id est iugum nostrę seruitutis ītolerabile in collo positū tollet. & leges impias soluet. uinculaq; uiolenta.

¶ Capitulum. xix. ¶ Quomodo Christus & quibus signis pręcedētibus descēdet de coelo ut interficiat Antichristū. & tyrannos & impios deleat de terra. Et q̄ uigilię nocturnę Christianorū ideo institutę sūt: q̄ Christus de nocte uēturus ē. Et q̄ dii & cultores eorū dabunt̃ incēdio ut Sibylla prędixit.

OPpresso igitur orbe terrę: cum ad destruendam immensarū uiriū Tyrannidē humanę opes defecerit:

siquidem capto mundo: cum magnis latronū exercitibus incubabit. diuino auxilio tanta illa calamitas indigebit. Commotus igitur deus & ancipiti periculo & miseranda comploratione iustorum: mittet protinus liberatorem. Tunc aperietur coelum medium in tempesta nocte & tenebrosa. ut in orbe toto lumen descendētis dei tanquam fulgor appareat. quod Sibylla his uersibus loquuta est.
οποταρ ελθη πῦρ εσται σκοτοσ ερμεσ νυκτι μελαινη.
Id est cum uenerit ignis: erunt tenebrę in media nocte obscura. Hęc est nox quę a nobis propter aduentum Regis ac dei nostri peruigil celebratur. cuius noctis duplex est ratio. q̄ in ea & uitam tum recępit: cū passus est. & postea orbis terrę regnum recępturus est. Hic est enim liberator & iudex & ultor & rex & deus. quē nos Christū uocamus qui prius q̄ descendat hoc signū dabit. Cadet repente gladius e coelo. ut sciant iusti ducē sanctę militię descensurū & descendet comitantibus angelis in medium terrę. & pręcedet eum flamma inextinguibilis. & uirtus angelorum tradet in manus iustorum multitudinē illam: quę montē circūsęderit. & concidetur ab hora tertia usq̄ ad uesperū. & fluet sanguis more torrentis. deletisq̄ omnibus copiis: impius solus effugiet: & peribit ab eo uirtus sua. Hic est autem qui appellatur Antichristus. sed se ipse Christum mentietur. & contra uerum dimicabit. & uictus effugiet: & bellum sępe renouabit: & sępe uincetur. donec quarto pręlio confęctis omnibus impiis debellatus & captus: tandem scelerum suorum luet poenas. sed & cęteri Principes & tyranni qui contriuerunt orbem: simul cū ea uincti adducentur ad Regem. & increpabit eos & coarguet. Et exprobrabit his facinora ipsorum & damnabit eos. ac meritis cruciatibus tradet. Sic extincta malitia & impietate cōpressa: requiescet orbis: q̄ p̄ tot sęcula subiectus errori ac sceleri: nefandā ptulit seruitutē. Nō colent̄ ulterius dii manu facti. sed a tēplis & puluinaribus suis deturbata simulacra igni dabunt̄. Et cū donis suis mirabilibus ardebūt. q̄d etiā Sibylla cū pphetis cōgruēs: futurū eē p̄dixit
τριφουσι δε ι δολα βροτοι καιπλουτον απαρ Id ē cōterēt

autē simulacra homīes & diuitias omnes. Erytbrea quoq; idem spōpōdit. ...
Id est opera autē deorū humanis manibus facta exurent.

¶ Capitulum.xx. ¶ Quomodo aperiantur inferi. & resurgent mortui. Et qui iudicandi sunt: & qui non. Et quomodo hęc Sibylla prędiexerit. Et qua ratione anima cū īmortalis sit patibilis esse possit secundū Stoicos.

Post hęc aperienť inferi & resurgēt mortui: de qbus iudiciū magnum ipse idem Rex ac deus faciet. cui summus pater & iudicandi & regnandi dabit maximam potestatem: de quo iudicio ac regno apud Erytbream Sibyllam sic inuenitur.

ὁππότε δ᾽ ἂν καὶ τοῦτο λάβῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ καὶ κρίσις ἔλθῃ ἀθανάτου θεοῦ εἰς βροτοὺς ...

Id est. cum autem dies iste finem fatalem acceperit: & ad mortales iudicium immortalis dei uenerit: ueniet super homines magnum iudiciū & initiū. Deinde apud aliam.

τάρταρον δ᾽ ἐς χάος τότ᾽ ἐδείξει γαῖα χανοῦσα ...

Id est. Tartareum autem chaos tunc ostendet dehiscens terra. Veniēt autem ad tribunal dei Reges omnes. Et alio loco penes eandem.

οὐρανὸν εἱλίξω, γαίης κευθμῶνας ἀνοίξω ...

Id est. coelum uoluens terrę latebras aperiā. & tūc leuabo mortuos. fatum soluens. & stimulum mortis. posteaq; in iudicium ducam iudicans piorum atq; impiorum uitam uirorū. Nec tamē uniuersi tūc a deo iudicabuntur. sed ii tantū qui sunt in dei religione uersati. Nam qui deū non agnouerunt: quoniam sententia de his in absolutionem ferri non potest: iā iudicati damnatiq; sunt: sanctis litteris

contestātibus non resurrecturos esse impios in iudicium Iudicabuntur ergo qui deum sciernt. & facinora eorū in mala opera cū bonis collata ponderabunť. ut si plura & grauia fuerint bona iustaq3 dentur ad uitam beatam si autem mala superauerint: condemnentur ad pęnam. Hic fortasse dixerit quispiā: si est immortalis anima: quomō passibilis inducitur ad poenam sentiens? Si enī ob merita punietur. sentiet utiq3 dolorem. atq3 ita etiam mortem. si morti non est obnoxia nec dolori quidem. patibilis ergo nō est. Huic questioni siue argumēto ita a Stoicis occurrīť Animas quidem hominū permanere. nec interuentu mortis in nihilum resolui. sed eorum qui iusti fuerunt: puras & inpatibiles & beatas ad sędem coelestē unde illis origo est: remeare. uel in campos quosdam fortunatos rapi. ubi fruantur miris uoluptatibus. Impios uero quoniam se malis cupiditatibus inquinauerunt: mediam quandam gerere inter immortalem mortalemq3 naturam. & habere aliquid imbecillitatis ex contagione carnis: cuius desideriis ac libidinibus addictę: ineluibilē quendā pbucū trahant labemq3 terrenā. quę cum temporis diuturnitate penitus inhęserit: eius naturę reddi animas. ut si nō extinguibiles in totum quoniam ex deo sunt: tamen cruciabiles fiant p corpis maculā. quę peccatis inusta sensū doloris attribuit Quam sententiam Poeta sic explicauit.
Quin & supremo cū lumine uita reliquit.
Non tamen omne malū miseris nec funditus omnes.
Corporeę excedunt pestes: penitusq3 necesse est.
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur poenis: ueterūq3 malorum.
Supplicia expendunt.
Hęc prope modū uera sunt. Anima enim cum diuortium fęcit a corpore: est ut ait idem Poeta.
Par leuibus uentis uolucriq3 simillima somno.
Quia spiritus est & ipsa tenuitate incomprehensibilis. sed nobis qui sumus corporales: deo autē cui subiacet posse omnia: comprehensibilis.

Cap.xxi. De potentia dei quę pro merito cuiusq; potest & homines & angelos punire. De carnis immortalitate post resurrectionē. De differētia ignis gehennalis & ignis communis. Et quid in electis quid in reprobis operetur.

Primum igitur dicimus tantam esse dei potestatem ut etiā incorporalia comprehendat. & queadmodū uoluerit afficiat. Nam & angeli deū metuunt: qa castigari ab eo possūt inenarrabili quodam modo. Et demones reformidant. quia torquentur ab eo: & puniuntur. Quid ergo mirum: si cū sint immortales animę: tamen patibiles sint deo? Nam cum in se nihil habeāt solidum & cōtrectabile a solidis & corporalibus: nullam uim pati possunt. sed qa in solis spiritibus uiuunt: a solo deo tractabiles sunt. cui uirtus & substantia spiritalis est. Sed tamē docēt nos sanctę litterę quemadmodum poenas impii sint laturi. Nam qa peccata in corporibus contraxerūt: rursus carne induentur. ut in corporibus piaculum soluant. & tamen non erit caro illa quam deus homini superiecerit: huic terrenę similis. sed insolubilis ac permanens in ęternum. ut sufficere possit cruciatibus & igni sempiterno. cuius natura diuersa est ab hoc nostro: q̄ ad uitę necessaria utimur. qui nisi alicuius materię fomite alatur: extinguitur. At ille diuinus per seipsū semp uiuit ac uiget sine ullis alimentis. nec admixtum habet fumum sed est purus ac liquidus & in aquę modum fluidus. non enim ui aliqua sursum uersus urgetur: sicut noster. quem labes terreni corporis quo tenetur: & fumus intermixtus exilire cogit & ad cęlestem naturā cū trepidatione mobili subuolare. Idē igit̄ diuinus ignis una eademq; ui atq; potētia & cremabit ipsos: & recreabit. & quātū e corpibus absumet: tm̄ reponet. ac sibi ipse ęternū pabulū subministrabit. q̄d poetę i uulturē & Tityū trāstulerūt. Ita sine ullo reuiuiscentiū corporū detrimento: aduret tantū: ac sensum doloris afficiet. Sed & iustos cum iudicauerit deus: etiam igni eos examinabit. Tum quorū peccata uel pōdere uel numero

preualuerint: perstringent̄ ab igni atq̄ amburent̄. Quos autē plena iustitia & maturitas uirtutis incoxerit: ignem illum non sentient. Habent enī aliquid in se dei quod uim flammę repellat ac reiiciat. tanta uis est innocentię: ut ab ea ignis ille refugiat innoxius. qui accipit a deo hanc potestatem: ut impios urat: iustis obtemperet. Hęc tamē q̄s q̄ putet animas post mortem protinus iudicari. Nā omnes in una cōmuniq̄ custodia detinent̄: donec t̄epus adueniat quo maximus iudex meritorū faciat examen. Tū quorū fuerit probata iustitia: ii pr̄emiū immortalitatis accipiēt. Quorū aūt peccata & scelera detecta: nō resurgēt. sed cum ipsis i easdē tenebras recōdēt̄ ad certa supplicia destinati.

Ca. xxii. Quod hęc a quibusdā dicunt̄ esse Poetica & unde ad notitiam uenerint Poetarum. quibus de causis corruperint ueritatem. Et Lethęum amnem & alia phantastica induxerint.

Figmenta hęc esse Poatarum quidā putant: ignorātes unde illa Poetę acceperint. ac negant hęc fieri posse nec mirū ita illis uideri. aliter enim q̄ res habet: traditur a Poetis. qui licet sint multo antiqores q̄ Hystorici & Oratores & cętera genera scriptorū: tamē q̄a mysteriū diuini sacramēti nesciebāt: & ad eos mētio resurrectionis futurę obscurorū ore puenerat: eā uero temere ac leuiter auditā i modū cōmentitię fabulę prodiderūt. Et tamē idē testati sūt: nō authorē se certū sed opinionē seq. ut Maro q ait. Sit mihi fas audita loqui.

Quāuis igit̄ ueritatis archana in parte corruperint; tamē ipsa res eo uerior inuenitur: q̄ cum Prophętis in parte consentiūt. quod nobis ad probationē rei satis est. Errori tamen eorum subest ratio nonulla. Nam cum Prophętę assiduis cōtionibus p̄dicarēt iudicaturū esse de mortuis filiū dei: & hęc annūciatio nō lateret. quoniā rectorē cęli nō aliū putabāt: q̄ Iouē iudicare apud inferos Iouis filiū tradiderūt. sed tñ non Apollinē aut liberū aut Mercuriū q cęlestes putāt̄. sed deū q & mortalis fuerit: & iustus uel

Minoem uel Aeacum uel Rhadamanthum. Corruperunt igitur Poetica licentia quod acceperant. uel opinio ueritatem per diuersa ora sermonesque uarios dissipata mutauit. Nam quod pactis apud inferos mille annis: rursus ad uitam restitui cecinerunt: Marone ita dicente:

Has omnes ubi mille rotam uoluere per annos.
Lethaeum ad fluuium deus euocat agmine magno.
Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant.
Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti:

Haec eos ratio fefellit: quod resurgent defuncti non post mille annos mortis suae: sed ut restituti rursus in uita mille annis cum deo regnent. Deus enim ueniet ut orbe hoc ab omni labe purgato: rediuiuas iustorum animas corporibus innouatis ad sempiternam beatitudinem suscitet. Itaque praeter aquam obliuionis uera sunt caetera. quam iccirco finxerunt: ne quis illis opponeret: Cur ergo non meminerint se aliquando uixisse: Aut qui fuerint aut quae gesserint: Sed nihilominus tamen uerisimile non putatur. Et res tota uelut licenter & fabulose ficta respuitur. Nobis autem de resurrectione affirmantibus atque docentibus animas ad alteram uitam non oblitas sui sed in eodem sensu ac figura esse redituras: illud opponitur. Tot iam saecula transierunt: quis unquam unus ab inferis resurrexit: ut exemplo eius fieri posse credamus: At enim resurrectio fieri non potest: dominante adhuc iniustitia. Hoc enim in saeculo necantur homines ui: ferro: insidiis: uenenis: afficiuntur iniuriis: egestate: carceribus: tormentis: proscriptionibus. Eo accidit: quod iustitia inuisa est: quod omnes qui deum sequi uolunt: non tantum odio habentur: sed uexantur omnibus contumeliis. & excruciantur multiplici genere poenarum. & ad impios cultus manufactorum deorum non ratione aut ueritate: sed nefanda corporum laceratione coguntur. Num igitur oportet ad haec eadem resurgere: ac reuerti homines ad uitam in qua tuti esse non possint: Cum ergo iusti tam uiles habeantur: tam facile tollantur: quid putemus futurum fuisse: si quis ab inferis rediens uitam postliminium recepisset: Auferretur profecto ab oculis hominum. ne uiso eo uel audito deos uniuersi relinquerent: & ad unius se dei cultum

religionemq̧ conuerterent. Ergo semel fieri resurrectionē necesse est. cum malum fuerit ablatum. quoniam eos qui resurrexerint: nec mori iā ulterius nec uiolari ullo modo fas est. ut beatā possint agere uitam: quorū mors resignata est. Poetę uero cū scirēt hoc sęculū malis oībus redūdare obliuiōis amnē induxerūt: ne laborū ac malorū memores animę reuerti ad superos recusarent. Vnde Virgilius.
O pater an ne aliquas ad coelum hinc ire putandū est?
Sublimes animas iterumq̧ ad tarda reuerti.
Corpora: quę lucis miseris tam dira cupido?
Ignorabant eni quomodo aut quando id fieri oporteret: Itaq̧ renasci eas putauerunt. & denuo ad uterum reuolui atq̧ ad infantiam regredi. Vnde & Plato de anima disserēs ex hoc ait posse cognosci animas esse imortales atq̧ diuinas: q̧ in pueris mobilia sunt ingenia: & ad percipiendum facilia: q̧ ea quę discant: ita celeriter capiant uti non tunc primū discere illa uideaīr: sed recognoscere atq̧ reminisci. in quo uir sapiens Poetis ineptissime credidit.

Capi. xxiii. De resurrectione. Et q̧ Pythagoras & alii Philosophi inepte locuti sunt & de Anastasi mētientes animas in uaria transire corpora.

Non igitur renascentur: quod fieri non potest. sed resurgent. & a deo corporibus induentur. & priores uitę factorumq̧ omnium memores erunt & in bonis cęlestibus collocati: ac fruētes iucunditate innumerabiliū copiarum pręsenti deo gratias agent. q̧ malum omne deleuerit: q̧ eos ad regnum uitāq̧ perpetuam suscitarit. Qua de Anastasi Philosophi quoq̧ dicere aliquid conati sunt tam corrupte q̄ Poetę. Nam Pythagoras transire animas in noua corpora disputauit. sed inepte: q̧ ex hominibus in pecudes & ex pecudibus in homines. & seipsum ex Euphorbio esse reparatū. Melius Chrysippus quē Cicero ait fulcire porticū Stoicorū qui i libris quos de prouidētia scripsit: cum de innouatione mundi loqueret: hęc intulit.
τουτον δ᾽ ουτως εχον τοσ δηλονωσ ουδεν αδυνατον και

ημασμετα τοτελευ τεσαι παλ ιν περ ιοδων τ ινων ει λημε-
νων χρονον εν ωνυνεσ μεν κατασ τησεσθαισ χημα.

Id est quod cum ita sit:apparet nil esse impossibile.& nos post excessum nostrũ rursus spatiis quibusdã reuolutis temporum in hunc statum restitui : in quo nunc esse ui- demur.Sed nos ab humanis ad diuina redeamus. Sibylla iterum dicit.

δυσπιστον Γαραπαν μεροπων Γενοσ αλλοτανηδη
κοσμον και βριτων ελθικρ ισ ιν θεοσ αυτοσ
ποιησει κρ ινωνασ εβεισ θαμαεν σεβεασ τε
και τοτε δυσσεβεασ μενεπ ι ζοφον εν πυρ ι πεμψει
οσ σοιδευσεβουσ ι παλ ιν ζησουσ επ ι Γαισ
πνε υμαθεον δοντοσ τ ιμην αμα και β ιον αυτοισ

Id est etenim difficile ad credendũ omne hominũ genus. Sed cum iam mundi & mortalium uenerit iudiciũ:quod deus ipse faciet:iudicans pios simul & impios. tũc demũ impios quidem in ignem & tenebras mittet. qui autẽ pie tatem tenent:iterum uiuent in terra.spiritu dei dante. ho norem simul & uitam ipsis.Quod si non modo Prophetę sed etiã Vates & Poetę & Philosophi anastasim mortuo- rum futuram esse consentiunt:nemo quęrat a nobis quẽ- admodum fieri possit.Nec enim diuinorum operũ potest reddi ratio. Sed si a principio deus hominem nescio quo inenarrabili modo instituit: credamus ab eodem restitui ueterem posse qui nouum fecit.

¶ Ca.xxiiii.¶ Quod secundum uaticinia Sibyllę post iudiciũ per mille annos regnabit in terra filius dei cum electis suis in sancta ciuitate quam constituet. Et q̃ diabolus uincietur mille annis.& omnis crea tura mansuescet.& ad iucunditatem seruiet homini: & Christus ab omnibus coleẽ ut deus & dominus.

NVnc reliqua subnectam. Veniet igitur summi & maximi dei filius. ut uiuos ac mortuos iudicet. Dicente Sibylla sic.

πασιν σ Γαρ Γαισ τοτεβριτων συνΓχυσ ισ εσται
αυτοσ οπαν τοκρατωροτοτελθη βηματι κρ ιναι

ξεσρ τερ και ρικνεερψ ν χασ και κοσμορεσ αρτα

Idest totius enim terrę mortalium confusio tunc erit. & ipse omnipotens cũ uenerit in tribunali iudicare uiuorũ mortuorũq animas & mundum omnem. Verum ille cũ deleuerit iustitiam:iudiciumq maximũ fecerit:ac iustos qui a principio fuerunt:ad uitam restaurauerit:mille ãnis inter homines uersabitur: eosq iustissimo imperio reget. Quod alibi Sibylla uaticinans furensq proclamat.

κλευτε δε μονης ροπεσ βασ ιλευσ ω αιω ιοσ αρχει

Id est audite homines:Rex sempiternus dominatur. Tũc qui erunt in corporibus uiui non moriẽtur. sed per eosdẽ mille annos infinitam multitudinem generabunt. & erit soboles eorum sancta & deo cara. qui autem ab inferis sus citabuntur: ii pręerunt uiuentibus uelut iudices. Gentes uero non extinguentur omnino. sed quędam relinquentur in uictoriã dei: ut triumphẽtur a iustis.ac subiungentur perpetuę seruituti. Sub idem tempus etiã princeps demo num : qui est machinator omnium malorum : uincietur cathenis.& erit in custodia mille annis cęlestis ĩperii.quo iustitia ĩ orbe regnabit.ne quid malum aduersus populũ dei moliatur Post cuius aduentum congregabũtur iusti ex omni terra. peractoq iudicio ciuitas sancta constituetur in medio terrę : in qua ipse conditor deus cum iustis do minantibus commoretur. quam ciuitatẽ Sibylla designat cum dicit.

και πολ ιν ην εποιησε θεοσ ανθην εποιησε

λαμπροτερον αστρων και ηλ ιου ηδε σεληνησ

Id est urbemq quam fecit deus eum clariorẽ fecit astris atq sole lunaq. Tunc auferentur a mundo tenebrę illę: quibus offunditur: atq obcęcatur coelum. & luna clari tudinem solis accipiet. nec minuetur ulterius. sol autem septies tanto q̃ nunc est:clarior fiet. Terra uero aperiet fę cunditatem suam.& uberrimas fruges sua sponte genera bit.rupes montium melle sudabũt. per riuos uina decur rent. & flumina lacte inundabunt. Mundus denique ipse gaudebit. & omnis rerum natura letabitur : erepta & li berata dominio mali:& impietatis : & sceleris: & erroris.

h. Ang Cam 28.

Non bestię per hoc tempus sanguine alent̃: nõ aues pręda sed qeta & placida erũt omnia. leones & uituli ad pręsepe simul stabunt. lupus ouem non rapiet. Canis non uenabit̃ Accipitres & Aquilę non nocebunt. Infans cũ serpẽtibus ludet. Deniq; tunc fient illa: quę Poetę aureis temporibus facta esse iam Saturno regnante dixerunt. quorum error hinc exortus est. q Prophętę futurorũ pleraq; sic ꝓferũt & enunciant quasi iam peracta. Visiones enim diuino spiritu offerebantur oculis eorum. & uidebantur illa in cõspectu suo quasi fieri ac terminari. Quę uaticinia eorũ cũ paulatim fama uulgasset: quoniam prophani a sacramẽto ignorabant quatenus dicerent̃: cõpleta iam esse ueteribus sęculis illa omnia putauerunt. quę utiq; fieri complerique nõ poterãt homine regnãte. Cum uero deletis religiõibus impiis: & scelere compresso: subiecta erit deo terra.

Cedet & ipse mari uector. nec nautica pinus.
Mutabit merces. omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus: non uinea falcem.
Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator.
Tunc etiam. Molli paulatim flauescet cãpus arista:
Incultisq; rubens pendebit sentibus uua.
Et durę quęrcus sudabunt roscida mella.
Nec uarios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti.
Murice iam croceo mutabit uellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes uestiat agnos.
Ipsę lacte domum referent distenta capellę.
Vbera. nec magnos metuent armenta leones.

Quę Poeta secundũ Cumeę Sibyllę carmĩa ꝓlocutus est. Erythrea uero sic ait.

οι δε λνκοι αρνεσσεν ουρεσι ραμαρ·εδορται-
χορ τορπαρδαλ ισ τεριφοι σαμαβοσκησ ορται
αρκτοι σνν μοσ χοισ ιν εμον και πασ ι βροτοισ ι
σαρκοβοροσ τελεωρ φαγεται αχνορορ παραφατναισ
σνν βρεφεσ ι τεθρακορτεσ αματορσ ι κοιμισορται

Idest nec lupi cum agnis in montibus dimicabunt. Herbamq; lynces pariter cũ hędis pascentur. Vrsi cũ uitulis

ſimul omnibuſq animalibus carniuorus leo commedet paleas ad preſepia. cũq infãtibus dracones ſine matribus dormient. Et alio loco de libertate rerum.

και τοτεδη χαραν μεγαλην θεοσ ανδρασι δωσει
και γαρ γηκαι δενδρα και ασπετα θρεμματα γαιησ
δωσονσι καρπον τον αληθινον ανθρωποισιν
οινον και μελιτοσ γλυκερον λευκοντε γαλακτοσ
και σιτον οπερεστι βροτοισ καλλιστον απαντων

Id eſt Et tũc gaudium magnum deus dabit hominibus. Nã & terra & arbores & innumerabilia terre pecora dabũt fructum uerum hominibus uini & mellis dulciſſimi. & candidi lactis. atq tritici. quod eſt hominibus optimum omnium. Et alia eodem modo.

ευσεβεων δε μονων αγια χθων παντα ταδοισει
ναμα μελιτοσ απο πετρησ ηδαπο πηγησ
και γαλα τ αμβροσιον ρευσει παντεσσι δικαιοισ

Id eſt piorũ autem ſola ſancta terra omnia hec feret fluẽta mellis de petra atq de fõte. & lac immortalitatis manabit omnibus iuſtis. Viuent itaq homines tranquilliſſimam uitam & copioſiſſimam. & regnabunt cum deo pariter. & Reges gentiũ uenient cũ donis ac muneribus: ut adorẽt: & honorificent Regem magnũ. cuius nomẽ erit preclarũ ac uenerabile uniuerſis nationibus que ſub coelo erũt: & Regibus qui dominabuntur in terra.

¶ Ca. xxv. ¶ Quod nõ reſtãt ex quarundã ſcripturarũ aſſertione niſi ducẽti anni uſq ad rerũ innouationẽ. Et q finis non aderit niſi Roma deſtructa.

HAec ſunt que a Prophetis futura dicuntur: quorũ teſtimonia & uerba ponere opus nõ eſſe duxi. quoniam eſſet infinitum. nec tantam rerum multitudinem menſura libri caperet. tam multis uno ſpiritu ſimilia dicentibus. ſimulq ne faſtidiũ legentibus fieret: ſi ex oĩbus collecta & tranſlata congererem. Preterea ut ea ipſa que dicerem: nõ noſtris ſed alienis litteris potiſſimũ confirmarẽ docerẽq nõ modo apud nos: uerũ etiã apud eos ipſos qui

nos insectantur ueritatem consignatam teneri: quā recusāt agnoscere. Qui autem hęc diligētius uoluerit scire: ex ipso fōte hauriat. & plura q̄ nos in his libris complexi sumus admirabilia reperiet. Fortasse nunc quispiā requirat quādo ista quę diximus: sint futura. Iā superius ostendi cōpletis annorum sex milibus mutationem istam fieri oportere. & iam propinquare illum summū conclusionis extremę diē de signis quę dicta sūt a Prophetis licet noscere. pdixerūt enim signa: quibus consumatio temporum & expectanda sit nobis in singulos dies: & timenda. Quando tamē compleatur hęc summa: docent ii qui de tēporibus scripserūt colligētes ea ex litteris sactis. & ex uariis historiis. quātus sit numerus annorum ab exordio mundi. qui licet uariēt & aliquantulum numeri eorum summa dissentiat: omnis tamen expectatio nō amplius q̄ ducentorū uidet̄ annorū. etiam res ipsa declarat lapsum ruinamq; rerum breui fore nisi q̄ incolumi urbe Roma: nihil istius uidetur esse metuendū. At uero cū caput illud orbis occiderit: & ῥύμη esse cęperit quod Sibyllę fore aiunt. quis dubitet uenisse iam finem rebus humanis orbiq; terrarū! Illa est ciuitas quę adhuc sustentat omnia. pcandusq; nobis & adorādus est deus cęli. si tamē statuta eius & placita differri possūt. ne citius q̄ putamus Tyrannus ille abominandus ueniat: qui tantum facinus moliat̄. ac lumen illud effodiat. cuius interitu mūdus ipse lapsurus est. Nūc ad cętera exequēda redeamus. quę deinceps secutura sunt.

¶ Ca. xxvi. ¶ Quod elapsis mille ānis aurei sęculi post iudicium soluet̄ item diabolus. & cōcitabit gentes ut sanctam expugnēt ciuitatem. & obsidebunt eam Et quomodo eam omnino deus destruet: & poenis ęternis tradet. electis hominibus trāslatis ad gloriā angelorum post resurrectionem secundam.

Diximus pauloante in principio regni sancti fore: ut a deo princeps demoniorum uinciat̄. Sed idem cū mille anni regni hoc est septem milia cęperint terminari:

ſoluetur denuo & e cuſtodia miſſus exibit· atq; omnes gentes quę tunc erunt ſub ditione iuſtorum concitabit: ut inferant bęllum ſanctę ciuitati. Et colligetur ex omni orbe terrę inumerabilis populus nationum: & obſidebit & circumdabit ciuitatem. tunc ueniet nouiſſima ira dei ſuper gentes.& debellabit eos uſq; ad imum. Ac primum concutiet terram q̃ ualidiſſime. & a motu eius ſcindētur montes Sirye. & ſubſident colles in abruptum & muri omnium ciuitatū concident. Et ſtatuet deus ſolē triduo ne occidat.& inflammabit eum.& deſcendet ęſtus nimius & aduſtio magna ſupra perduelles & impios populos. Et hymbres ſulphuris & grandines lapidum. Et guttę ignis. & liqueſcent ſpiritus eorum in calore. Et corpora conterentur in grandine. & ipſi ſe inuicem gladio ferient. Replebunt̃ mōtes cadaueribus.& campi operient̃ oſſibus populus autem dei tribus illis diebus ſub concauis terrę occultatus erit·donec ira dei aduerſus gentes & extremū iudicium terminetur. Tunc exibunt iuſti de latebris ſuis. & inuenient omnia cadaueribus atq; oſſibus tecta. Sed & genus omne impiorum radicitus interibit. nec erit i hoc mundo ulla natio amplius pręter ſolam gentem dei. Tū per annos ſeptem perpetes intactę erunt ſiluę. nec excidet̃ de montibus lignum. ſed arma gentium comburentur.& iam nō erit bęllum. ſed pax & requies ſempiterna. Cū uero completi fuerint mille anni: renouabitur mundus a deo. & coelum complicabit̃: & terra mutabit̃.& transformabit deus homines in ſimilitudinem angelorū. Et erūt cādidi ſicut nix.& uerſabuntur ſemper in cōſpectu omnipotētis & domino ſuo ſacrificabūt & ſeruient in ęternum. Eodē tempore fiet ſecunda illa & publica omnium reſurrectio. etiā in qua excitabuntur impii ad cruciatus ſempiternos. Ii ſunt qui manufacta coluetūt. qui dominum mundi ac parentem uel neſcierunt: uel ab negauerūt. ſed & dominus illorum cum miniſtris ſuis comprębendetur. ad poenāq; damnabitur. cum quo pariter omnis turba impiorum p ſuis facinoribus in conſpectu angelorum atq; iuſtorum ppetuo igni cremabit̃ in ęternū. Hęc eſt doctrina ſāctorū

Prophetarum. quam Christiani sequimur. Hęc sapientia nostra quam isti qui uel fragilia colūt: uel inanem Philosophiam tuentur: tanq̃ stultitiam uanitatemq; derident. quia nos defendere hanc publice atq; asserere nō solemus. deo iubente ut quieti ac silentes arcanum eius in abscondito atq; intra nostrā conscientiā teneamus. Nec aduersus istos ueri prophanos. qui non discendi sed arguendi atq; illudendi gratia inclementer deum ac religionē eius impugnant: pertinaci cōtentione certemus. Abscondi enim tegiq; mysterium q̃ fidelissime oportet: maxime a nobis qui nomen fidei gerimus. Verum illi hanc taciturnitatē nostram ueluti conscientiam malam criminantur. Vnde etiam quasdam execrabiles opiniones de pudicis & innocentibus fingunt. & libenter his quę finxerint: credunt.

¶ Ca. xxvii. ¶ Exhortatio ut omnes properent ad suscipiendam cum religione sapientiam per quas ad beatissimam peruenitur ęternę uitę beatitudinem.

QVoniam decursis propositi operis septē spatiis: ad metā prouecti sumus: superest ut exhortemur omēs ad suscipiendam cum uera religione sapientiā. cuius uis & officium in eo uertitur: ut contemptis terrestribus & abiectis erroribus quibus antea tenebamur fragilibus seruiētes & fragilia cōcupiscentes: ad ęterna cęlestis thesauri pmia dirigamur. quę ut capere possimus: q̃ primū omittendę sunt huius pręsentis uitę illicibiles uoluptates. quę animas hominū perniciosissima suauitate delenīūt. Q̃uāta foelicitas existimāda est subtractis his labibus terrę: proficisci ad illum ęquissimum iudicem parentēq; indulgentissimum: qui pro laboribus requiem pro morte uitā: pro tenebris claritatem: pro terrenis ac breuibus bonis ęterna & coelestia largiatur. qua cum mercede acerbitates ac miserię quas perpetimur in hoc mundo: faciētes opera iustitię conferri & coequari nullo modo possunt. Proinde si patientes si beati esse uolumus: cogitanda ac preponenda nobis sunt: nō tantum terentiana illa molendum esse usq;

in pistrinũ• uapulandũ. habendę compedes. sed bis multo atrociora: carcer: cathenę: tormenta patienda : sustinendi dolores: mors denique ipsa & suscipienda est & ferenda. cũ liqueat conscientię nostrę nec fragilem istam uoluptatem sine poena: nec uirtutem sine prę mio fore. Vniuersos igit̃ oportet operam dare : ut uel se q̃ primum ad rectam uiá dirigant. uel susceptis operatisque uirtutibus : huius uitę laboribus patienter exactis: consolatoré deum babere mereantur. Pater enim noster ac dominus qui condidit firmauitque coelum: qui solem cum cęteris syderibus íduxit qui libratam magnitudine sua terram uallauit: montibus mare circumdedit: amnibusque distinxit. Et quicquid est í boc opere múdi cõflauit : ac perfęcit e nihilo perspectis erroribus hominum ducem uisit : qui nobis iustitię uiá panderet. Hunc sequamur omnes: bunc audiamus : buic deuotissime pareamus. quoniam solus ut ait Lucretius.

Veridicis hominum purgauit pectora dictis.
Et finem statuit torpedinis atque timoris.
Exposuitque bonum summum quo tendimus omnes.
Quid foret atque uiam monsttauit limite prono.
Qua possemus ad id recto contendere cursu.

Nec monstrauit tantum sed etiam pręcessit. ne quis difficultatis gratia iter uirtutis horreret. Deseratur: si fieri põt uia perditionis & fraudis : in qua mors uoluptatis illecebris ad operta cęlatur. Et quãto quisque annis in senectuté uergentibus appropinquare cernit illum diem: quo sit ei ex bac uita migrandum: cogitet q̃ purus abscedat: q̃ innocens ad iudicium ueniat : non ut faciunt quidam cęcis mentibus nixi qui iam deficientibus corporis uiribus in boc admonentur: instãtis ultimę necessitatis: ut cupidius & ardentius bauriendis libidinibus intendant. Qua ex uoragine liberet se quisque: dum licet: dum facultas adest. seque ad deum tota mente cõuertat. ut illum diem securus expectet. quo pręsens dominusque múdi deus de sigulorũ factis cogitationibusque iudicabit. Quęcunque bic expetunt̃ nõ tantum negligat: sed effugiat. potioremque animá suam iudicet q̃ bona ista fallacia q̊rũ incerta & caduca possessio

est. Migrant enim quotidie & multo uelocius exeunt: q̄ intrauerant. Et tamē si nobis usq; ad ultimum liceat istis frui: alus certe relinquenda sunt. Nihil nobiscū ferre pos sumus: nisi uitam bene atq; innocenter actam. Ille ad deū copiosus: ille opulentus adueniet: cui astabunt continētia misericordia: patiētia: caritas: fides. Hęc ē hereditas nostra quę nec eripi cuiq̄ potest: nec trāsferri ad alium. Et quis est qui hęc bona parare & acquirere sibi uelit! Veniāt qui esuriūt: ut coelesti cibo saturati sempiternam famē ponāt. Veniant qui sitiunt: ut aquam salutarem de peremni coe lesti fonte plenissimis faucibus trahant. Hoc cibatu atq; potu dei: & cęci uidebūt: & surdi audiēt: & muti loquēt: & claudi ambulabunt: & mortui reuiuiscent: & stulti sa pient: & ęgroti ualebūt. Quisquis enim corruptelas terrę uirtute calcauerit: Hunc arbiter ille summus: & uerax ad lucem uitamq; perpetuā suscitabit. Nemo diuitiis: nemo fascibus: nemo regia potestate confisus sit: immortalem ista non faciunt. Nam quicunq; rationē hominis abiecerit ac pręsentia secutus: in humū se ipse prostrauerit: tāq̄ de sertor domini & imperatoris & patris sui punietur. Inten damus igitur iustitię quę nos inseperabilis comes ad deū sola pducet. Et dū spiritus hos regit artus: infatigabili militia deo militemus. statiōes uigiliasq; celebremus. Cō grediamur cum hoste quē nouimus fortiter: ut uictores: ac deuicto aduersario triumphantes: pręmium uirtutis quod ipse promisit: a deo consequamur. Amen.

Diuinarum institutionū aduersus gentes Lactantii Firmiani liber septimus atq; ultimus explicit.

Lactantii Firmiani de Ira dei ad Donatum Liber Incipit.

Nimaduerti sępe Donate plurimos id ex istimare: quod etiā nōnulli Philosophorū putauerunt: non irasci deum: quoniā uel benifica sit tantūmodo natura diuina: nec cuiquā nocere pręstantissimę atq; optimę

congruat potestati. uel certe nil curet omnino. ut neq; ex beneficentia eius quicq̃ boni perueniat ad nos: neq; ex ma leficentia quicq̃ mali. Quorum error quia maximus est: & ad euertendum uitę humanę statũ spectat: coarguẽdus est a nobis. ne & ipse fallaris. ipulsus autboritate hominũ qui se putant esse sapientes. Nec tamen nos arrogantes su mus: ut cõprehensam nostro ingenio ueritatẽ gloriemur. sed doctrinã dei sequimur. qui scire solus potest & reuela lare secreta. Cuius doctrina Philosophi expertes existima uerunt naturam rerum coniectura posse deprehendi. Quod nequaq̃ fieri potest: quia mens hominis tenebroso corporis domicilio circumsepta: longe a ueri perfectiõe summota est. Et hoc differt ab humanitate diuinitas. q̃d humanitatis est ignoratio. diuinitatis sciẽtia. Vnde nobis aliquo lumine opus est ad depellendas tenebras: quibus offusa est hominis cogitatio. quoniam in carne mortali agentes: nostris sensibus diuinare non possumus. Lumen autem mentis humanę deus est. quem qui cognouerit: & in pectus admiserit: illuminato corde mysteriũ ueritatis agnoscet. Remoto autem deo: cęlestiq; doctrina: omnia er roribus plena sunt. Recteq; Socrates cum esset omnium Philosophorum doctissimus: tamen ut cęterorũ argueret inscientiam: qui se aliquid tenere arbitrabant̃: ait se nihil scire nisi unũ quod nihil sciret. Intellexit enim doctrinã illam nihil habere in se certi: nihil ueri. nec ut putabant quidam: simulauit ipsam doctrinã: ut alios refelleret. sed uidit ex parte aliqua ueritatẽ testatusq; est etiã in iuditio. sicut traditur a Platone: q̃ nulla esset humana sapientia. Adeo doctrinam qua tum Philosophi gloriabantur cõ tempsit: derisit: abiecit: ut id ipsum pro summa doctrina profiteretur. Quod nihil scire didicisset. Si ergo nulla est sapientia humana: ut Socrates docuit: ut Plato tradidit: apparet esse diuinam. nec ulli alii: q̃ deo ueritatis notitiã subiacere. Deus igitur noscendus est: in quo solo ueritas est. Ille mundi parens & conditor rerum: qui oculis non uidetur: mente uix cernitur. cuius religio multis modis impugnari solet ab his: qui neq; ueram sapientiam tenere

potuerūt: neq₃ magni & cęlestis arcani cōprēhēdere ratione.

Cap. ii. De gradibus per quos ad ueritatē ascendit̄ & qui de ipsis gradibus deiiciantur.

Nam cum sint gradus multi: per quos ad domiciliū ueritatis ascenditur: non est facile cuilibet euehi ad summum. Caligātibus enim ueritatis fulgore luminibus qui stabilem gressum tenere non possunt: reuoluuntur in planum. Primus autem gradus est intelligere falsas religiones. & abiicere ipsos cultus humana manu fabricatos. Secūdus uero perspicere animo: q unus sit deus summus: cuius potestas ac prudentia effecerit a principio mundū & gubernet in posterum. Tertius cognoscere ministrum eius ac nuncium quem legauit in terram. quo docente liberati ab errore: quo implicati tenebantur: formatiq₃ ad ueri dei cultum. iustitiam disceremus. E quibus oibus gradibus ut dixi: pronus est lapsus & facilis ad ruinā: nisi pedes inconcussa stabilitate figant̄. De primo gradu eos excuti uidemus: qui cū falsa intelligant. tamen uerū non inueniunt. contemptisq₃ terrenis fragilibusq₃ simulacris: non ad colendum se deum conferunt: quem ignorant: sed mundi elementa mirantes: coelū: terrā: mare: solem: lunam cęteraq₃ astra uenerant̄. Sed imperitiā horū iā coarguimus in secundo diuinarū institutionū libro. De secundo uero gradu eos dicimus cadere: q cū sentiant unū esse summū deū. iidem tamen a Philosophis irretiti: & falsis argumentationibus capti: aliter de unica illa maiestate sentiunt: q̄ ueritas habet. qui aut figuram negant habere ullam deū: aut ullo affectu cōmoueri putant. quia sit omnis affectus imbecillitatis quę in deo nulla est. De tertio uero ii pręcipitant̄: qui cū sciāt legatū dei: eundēq₃ diuini & imortalis tēpli cōditorē: tamē aut nō accipiūt eū: aut aliter accipiūt q̄ fides poscit. q̄s ex parte iā refutauimus i quarto supradicti operis libro. & refutabimus postea diligentius: cū respondere ad omnes sectas cęperimus. quę ueritatē dum disputant: perdiderunt. Nunc uero contra eos disseremus

qui de secundo gradu lapsi praua de summo deo sentiũt aiunt enim quidam: nec gratificari eum quicq̃ nec irasci: sed securum & quietũ immortalitatis suę bonis perfrui. Alii uero iram tollunt: gratiam relinquunt deo. naturã enim summa uirtute pręstantẽ: ut non maleficam esse debere. Ita omnes Philosophi de ira consentiunt. de gratia discrepant. Sed ut ad propositam materiam per ordinem descendat oratio: huiusmodi facienda nobis & exequẽda partitio est. cum diuersa & repugnantia sint ira & gratia. Aut ira tribuẽda est deo: & gratia detrahenda: aut utrũq; pariter detrahendum. Aut ira demẽda est: & gratia tribuenda: aut neutrũ tribuendũ. Aliud ãplius p̃ter hęc nihil põt capere natura ut necesse sit in uno istorũ aliquo uerũ quod queritur: inueniri. Consideremus singula. ut nos ad latebras ueritatis: & ratio & ordo deducat.

Cap. iii. Quod nullus asseruit deũ irasci & gratia non moueri.

Primum illud nemo de deo dixit: unq̃ irasci eum tantũmodo: & gratia non moueri. Est enim discõueniẽs deo ut eiusmodi potestate sit p̃ditus: qua noceat: & obsit. prodesse uero ac benefacere nequeat. Quę igitur ratio: quę spes salutis hominibus proposita est: si malorũ tantummodo author est deus? Quod si sit: iam maiestas illa uenerabilis nõ ad iudicis potestatem: cui licet seruare ac liberare: sed ad tortoris & carnificis officium deducet. Cum autem uideamus non modo mala esse in rebus humanis: sed etiam bona. utiq; si deus non est: authorem esse alterum necesse est. qui contraria deo faciat: & det nobis bona. Si est: quo nomine appellandus est. Cur nobis qui malefacit notior est: q̃ ille qui bene? Si autem nihil potest esse pręter deum: absurdum est & uanum putare diuinam potestatem: qua nihil est maius nihil melius nocere posse. & ideo nemo extitit: qui auderet id dicere. q̃a nec rationẽ habet: nec ullo modo potest credi. Quod quia conuenit: transeamus. & ueritatem alibi requiramus.

¶ Cap. iiii. ¶ Contra Epicurum disputat qui negabat deum irasci: gratificari: & omnia prouidere.

Quod sequitur de schola Epicuri: sicut iram in deo non esse: ita nec gratiam quidem. Nam cũ putaret Epicurus alienum esse a deo malũ facere: quod ex affectu iracundiȩ plerunq; nascitur: ademit ei etiam beneficentiã. quoniam uidebat consequens esse: ut si habeat iram deus: habeat & gratiam. Itaq; ne illi uitium concederet: etiã uirtutis fęcit expertem. Ex hoc inquit beatus & icorruptus est: quia nihil curat. neq; habet ipse negocium neq; alteri exhibet. Deus igitur non est: si nec mouetur: quod est proprium uiuentis: nec facit aliquid impossibile homini: q̃d est proprium dei. si omnino nullam habet uoluntatem: nullum actum: nullam deniq; administrationem quę deo digna sit. Et quę maior: & quę dignior administratio deo assignari potest: q̃ mundi gubernatio: q̃ cura uiuentium: maximeq; generis humani: cui omnia terrena subiecta sũt: Quę igitur in deo potest esse beatitudo si semper quietus & immobilis torpet: Si precantibus surdus: si colẽtibus cęcus: Quid tam dignũ. tam proprium deo: q̃ puidentia: Sed si nihil prouidet: amisit omnem dignitatẽ. Qui ergo totam uim: totam deo substantiã tollit: quid aliud dicit: nisi deũ omnino nõ esse. Deniq; M. Tullius a Posidonio dictum refert id Epicurum sensisse nullos deos esse: sed ea quę de diis locutus sit: depellendę inuidię causa dixisse Itaq; uerbis illum deos relinquere: re ipsa tollere. quibus nullum motum: nullum tribuit officium. Quod si ita est quid deo fallacius: Quod a sapiente & graui uiro debet esse alienum. Hic uero si aliud sensit: & aliud locutus est: quid aliud appellandus est: q̃ deceptor: bilinguis: malus: & propterea stultus: Sed nõ erat tam uersutus Epicurus ut fallendi studio ista loqueretur. cum etiam scriptis ad ęternã memoriã cõsignaret. sed ignorãtia ueritatis errauit Inductus enĩ a principio uerisimilitudine unius sentẽtię necessario in ea quę sequebanẽ: incurrit. Prima enĩ sentẽtia

fuit. iram in deo non conuenire. Quod cum illi uerum & inexpugnabile uideretur: non poterat consequentia recusari. quia uno affectu ãputato: etiã cęteros affectus adimere deo necessitas ipsa cogebat. Ita qui nõ irascitur: utiq; nec gratia mouetur. quod est irę contrarium. Iam sic non ira in deo nec gratia est. utiq; nec metus: nec lętitia. nec mœror: nec misericordia. Vna est enim ratio cunctis affectibus. una commotio: quę in deum cadere non potest. Quod si nullus affectus i deo est. quia quicquid afficit̃: imbecillũ est: ergo nec cura ullius rei. nec ꝓuidẽtia est i eo. Hucusq; peruenit sapientis hominis disputatio. cętera quę sequunt̃ obticuit. scilicet quia nec cura sit in eo: nec prouidentia. ergo nec cogitationem aliquam nec sensum in eo esse ullũ quo efficitur: ut non sit omnino. Itaq; cũ gradatim ascendisset: in extremo gradu constitit: quia iam præcipitium uidebat. Sed quid prodest reticuisse ac periculum dissimulasse? Necessitas illum uel inuitum cadere cogit. Dixit enim quod noluit. quia argumentum sic ordinauit: ut ad illud quod euitabat: necessario deueniret. Vides igĩ quo peruenıat ira sublata. & deo adempta. Denıq; autẽ nullus id credit. aut admodum pauci & quidẽ scelerati ac malı: qui sperant peccatis suis impunitatẽ. Quod si & hoc falsũ inuenitur: nec iram in deo esse nec gratiam. Veniamus ad illud: quod tertio loco positum est.

¶ Capitulum. v. ¶ Contra Stoicos dicentes in deo esse gratiam sed non iram.

Existimant̃ Stoici: & alii nonnulli aliquando melius de diuinitate sensisse. qui aiunt gratiam in deo esse. iram non esse. fauorabilis ac popularis oratio: nõ cadere in deum. Hanc animi pusillanimitatem: ut ab ullo se lędi putet qui lędi non potest. ut quieta illa & sancta maiestas concitetur: perturbetur: insaniat. quod est terrenę fragilitatis. Iram enim commotionem mentis esse ac perturbatione: quę sit a deo aliena. Quod si hominẽ quoq; q̃ modo sit sapiens & grauis: ira non deceat. siquidẽ cum in animũ

cuius q̄ incidit: uelut sęua potestas tantos excitet fluctus: ut statū mentis immutet: ardescant oculi. os tremat. ligua titubet. dentes concrepent. alternis uultum maculet. nūc suffusus rubor. nūc pallor albescens: quātomagis deū nō deceat tam fęda mutatio? Et si homo qui habet imperiū ac potestatem late noceat: per iram sanguinem fundat: urbes subuertat: populos deleat: prouitias ad solitudinē redigat: quantomagis deū qui habeat totius generis humani & ipsius mundi potestatē: perditurū fuisse uniuersa credibile sit: si irasceretur? Abesse igitur ab eo: tā magnū tam perniciosum malum oportere. Et si absit ab eo ira & concitatio. qa & deformis & noxia est. nec cuiq̄ male facit nihil aliud superest: nisi ut sit lenis. trāquillus. propitius. beneficus. conseruator. ita enim demum & cōmunis omnium pater. & optimus maximus dici poterit. quod expetit diuina coelestisq̧ natura. Nam si inter homines laudabile uidet̄: prodesse protinus q̄ nocere: uiuificare q̄ occidere: saluare q̄ perdere: nec immerito innocentia inter uirtutes numeratur: & qui hęc fęcerit: diligitur: pręfertur: ornatur benedictis omnibus uotisq̧ celebratur: Deniq̧ ob merita & beneficia deo simillimus iudicatur: quantomagis ipsū deum patrem diuinis perfectisq̧ uirtutibus pręcellentem atq̧ ab omni terrena labe summotū: diuinis & cęlestibus beneficiis omne genus hominum promereri. Speciose ista populariterq̧ dicuntur. & multos illiciunt ad credendū Sed qui hęc consentiunt: ad ueritatem quidem propius accedunt. sed in parte labuntur: naturam rei parum considerantes. Nam si deus non irascitur impiis & iniustis: nec pios utiq̧ iustosq̧ diligit. Ergo constantior est error illorum: qui & iram simul & gratiam tollunt. In rębus enim diuersis aut utranq̧ partem moueri necesse est: aut in neutram. Itaq̧ qui bonos diligit: & malos non odit: nec bonos diligit: quia & diligere bonos: ex odio malorū uenit. & malos odisse: ex bonorū caritate descendit. Nemo est qui amet uitam sine odio mortis. qui appetit lucē: nisi q tenebras fugit. Adeo natura ista connexa sunt ut alterū sine altero fieri nequeat. Siquis dominus habēs in familia

seruos:bonum ac malum:non utiq; aut ambos odit : aut ambos beneficiis & honore prosequitur. quod si faciet: & iniquus & stultus est. sed bonum & alloquitur amice. & ornat.& domui ac familię:suisq; omnibus rebus pficit. malum uero maledictis : uerberibus : nuditate:fame: siti: compedibus: punit. ut & hic exemplo ceteris sit ad non peccandū.& ille ad promerendū ut alios metus coerceat: alios honor prouocet.Qui ergo diligit:& odit. qui odit: & diligit.Sunt enī qui diligi debeāt.sunt qui odio haberi Et sicut iis qui diligit:confert bona in eos:quos diligit: ita qui odit: irrogat mala iis quos odio habet. Quod argumentum quia uerum est : dissolui nullo pacto potest. Vana ergo & falsa est sententia eorum:qui alterū detrahūt nō minus q̄ illorum:qui utrunq;. Sed illi ut ostendimus: ex parte non errant:sed id quod melius est: ex duobus retinēt.Ii uero quos ratio & ueritas argumēti huius īducit falsa omnino suscępta in maximum errorem cadunt. Nō enim sic oportebat eos argumentari:quia deus non irascitū ergo nec gratia commouetur.sed ita:quia deus gratia mouetur : ergo & irascitur. Si enim certum & indubitatum fuisset non irasci deum:tunc & ad illud alterū uenire esset necesse. Cum autem magis sit ambiguum de ira:pene manifestum de gratia : Absurdum est ex incerto certū uelle subuertere:cum sit promptius de certis incerta firmare.

¶ Capitulum.vi.¶ Quod deus irascitur.

Hęc sunt de deo Philosophorū sentētię. aliud ptereą nihil quisq̄ dixit.Quod si hęc quę dicta sunt : falsa esse deprehendimus:unum illud extremū superest:in quo solo possit ueritas īueniri. q̄d a Philosophis nec susceptū est unq̄.nec aliquando defensū:consequens esse ut irascatū deus:quoniam gratia commouetur.Hęc tuenda nobis & asserenda sententia est.In eo enim summa omnis & cardo religionis pietatisq; uersatur.Neq; honos ullus deberi potest deo: si nihil prestat colenti. nec ullus metus : si non irascitur non colenti.

Ca.vii. Quod Philosophi errant. Et q̄ homines ab aliis animantibus maxie differūt religione quę hominis est propria.

CVm sępe Philosophi per ignorantiam ueritatis a ratiōe desciuerīt: atq̧ i errores inciderīt iextricabiles. Id enim solet his euenire quod uiatori uiam nescienti: & non fatenti se ignorare. ut uagetur. dū percontari obuios erubescit. Illud tamen nullus Philosophus asseruit unq̄. non nihil inter hominē ac pecudem interesse. nec omnino quisq̄ modo sapiens: qui uel leuiter rationale animal cū mutis & irrationabilibus coęquauit. quod faciūt quidā imperiti: atq̧ ipsis pecudibus similes: qui cum uentri ac uoluptati se uelint tradere: aiunt eadem ratione se natos: qua uniuersa quę spirant. quod dici ab homine nefas est. Quis enim tam indoctus ut nesciat? Quis tam imprudēs ut non sentiat inesse aliquid in homine diuini? Nondum uenio ad uirtutes animi & ingenii quibus hominis manifesta cognitio est. Nonne ipsius corporis status & oris figura declarat nō esse cū mutis pecudibus ęquales? Illarū natura in humum pabulūq̧ prostrata est. nec habet qcq̄ commune cum coelo: quod non intuentur. Homo autem recto statu: ore sublimi ad cōtemplationē mūdi excitatus confert cum deo uultum: & rationē ratio cognoscit. ppterea nullū est animal ut ait Cicero pręter hominē: quod habeat aliquam notitiam dei. solus eni sapientia īstructus est. & religionem solus intelligit. & hęc est hominis atq̧ mutorum uel pręcipua uel sola distantia. Nam cętera quę uidentur homini esse propria: & si non sint talia in mutis tamen similia uideri possunt. Proprius homini sermo est tamē & i illis quędā similitudo sermōis. Nā & dignoscūt. edūt sonū iurgio similem. & cū se ex interuallo uidēt gratulādi officium uoce declarant. Nobis quidē uoces eorū uidenī incognitę: sicut illis fortasse nostrę. sed ipsis qui se intelligūt: uerba sunt. Deniq̧ in omni affectu: certas uocis notas exprimunt. Quibus habitum mentis ostendant. Risus quoq̧ est homini ̄prius. & tamē uidemus in aliis

animalibus quędā signa lętitię cū ad lusum gestiūt: aures demulcent. rictum contrahunt. frontem serenant. oculos in lasciuiam resoluunt. Quid tam propriū homini q̄ ratio & prouidentia futuri? Atqui sunt animalia: quę latibulis suis diuersos & plures exitus pandāt. ut siquod periculū inciderit: fuga pateat obsessis: quod nō facerēt: nisi inesset illis intelligentia & cogitatio. Alia prouidēt in futurū. ut
Ingentem formicę farris aceruum
Comportant: hyemis memores. ęstate laborem
Experiuntur. & in medium quęsita reponunt.
Longum est si exequi uelim: quę a singulis generibus animalium fieri soleant humanę sollertię simillima. Quod si horum omnium quę ascribi homini solent: in multis q̄cq̄ deprehenditur similitudo: apparet solam esse religionem cuius i mutis uel brutis nec uestigium aliquod: nec ulla suspitio inueniri potest. Religionis eni est propria iustitia quę nullū aliud animal attingit. homo enī solus imperat. cętera sibi conciliata sunt. Iustitię autem dei cultus ascribitur. quem qui nō suscipit: hic a natura hominis alienus. uitam pecudum sub humana specie uiuit. Cum uero a cęteris animalibus hoc pene solo differamus: q̄ soli omniū diuinam uim potestatemq̄ sentimus. in illis autē nullus sit intellectus dei: certe illud fieri nō potest: ut in hoc uel muta plus sapiāt: uel humana natura decipiat. cū homini ob sapientiam: & cuncta quę spirant: & omnis rerū natura subiecta sit. Quare si ratio: si uis hominis hoc pręcellit & superat cęteras animātes: q̄ solus notitiā dei capit: apparet religionem nullo modo posse dissolui.

Cap. viii. Contra Lucretium religionem subuertentem. Et q̄ religio sit habenda.

(D)issoluitur autem religio: si credamus Lucretio illa dicenti.
Omnis enim per se diuus natura necesse est
Immortali ęuo summa cum pace fruatur.
Semota a nostris oculis se iunctaq̄ longe.

Nam priuata dolore omni: priuata periclis:
Ipsa suis pollens opibus: nil indiga nostri.
Nec bene pro meritis capitur. nec tangitur ira.

Quę cum dicit. utrum aliquem cultũ deo putat esse tribuendum: an euertit omnem religionẽ? Si enim deus nihil unq̃ boni tribuit: si colẽtis obsequio nullam gratiã refert: quid tam uanum tam stultum q̃ templa ędificare rem sa militarem minuere: ut nihil assequamur? At enim naturã excellentem honorari oportet. Quis honos deberi potest nihil curanti & ingrato? An aliqua ratione obstricti esse possumus ei: qui nihil habeat commune nobiscum? Deus inquit Cicero si talis est: ut nulla gratia: nulla hominum caritate teneatur: ualeat. Quid eni facere propitius homini potest? quid contemptius dici potuit in deũ? Valeat inq̃t id est abeat: ac recedat: quãdo ꝓdesse nulli potest. Quod si negocium deus nec habeat nec exhibet: cur ergo non delinquamus: quotiens hominum conscientiam fallere licebit: ac lęges publicas circumscribere? Vbicunq; nobis latendi occasio arriserit: auferamus aliena. uel sine cruore uel etiam sanguine: si pręter lęges nihil est amplius quod colendum sit. Hęc dum sentit Lucretius: religionem funditus delet. qua sublata confusio ac pturbatio uitę sequitur. Quod si religio tolli nõ potest. ut & sapientiã retineamus qua communis uita sit tutior: quomodo religio ipsa sine metu tueri aut custodiri potest? Quod enim non metuitur: contemnitur. quod contemnitur: utiq; non colitur. Ita fit: ut religio & maiestas: & honor & metus cõstẽt. Metus autem non est: ubi nullus irascitur. Siue igitur gratiam deo siue iram siue utrunq; detraxeris: religionem tolli necesse est. sine qua uita hominũ stultitia: scelere: immanitate completur. Multum enim refrenat homines conscientia: si credamus nos in conspectu dei uiuere. si non tantũ quę gerimus: uideri desup. sed etiã quę cogitamus: aut loq̃mur audiri a deo putemus: At enim prodest id credere ut q̃dã putãt: nõ ueritatis gratia: sed utilitate. quoniã lęges cõsciẽtiã punire nõ possũt. nisi aliq̃s desuper terror impediat ad cohibẽda peccata. Falsa est igitur om̃is religio: & diuinitas

nulla est. sed a uiris prudentibus uniuersa confecta sunt. quo rectius innocētiusq; uiuatur. Magna hęc & a materia quam proposuimus aliena questio est. sed quia necessario incidit: debet q̄uis breuiter attingi.

¶ Capitulum. ix. ¶ Varias opiniones de mundi opificio & gubernatione enumerat.

Cum sententię Philosophorum prioris temporis de prouidentia consensissent: nec ulla esset dubitatio: quin mundus a deo & ratione esset instructus. & ratione gereretur. Primus omniū Protagoras extitit temporibus Socratis: qui sibi diceret non liquere. utrum esset aliqua diuinitas nec ne. Quę disputatio eius adeo ipia: & contra ueritatem & religionem iudicata est. ut & ipsū Atheniēses expulerint suis finibus. & libros eius in contione quibus hęc continebantur: exusserint. De cuius sententia non est opus disputare: quia nihil certi pronunciauit. Post hęc Socrates & auditor eius Plato. & qui de schola Platonis tanq̄ riuuli diuersas in partes profluxerunt Stoici & Peripatetici: in eadem fuere sententia qua priores. Postea uero Epicurus deū quidē esse dixit. quia necesse sit esse aliqd in mundo pręstans & eximium & beatum: prouidentiam tamen nullam. Itaq; mundum ipsum nec ratione ulla: nec arte: nec fabrica instructum: sed naturam rerū quibusdā minutis seminibus & insecabilibus conglobatā. Quo qd repugnantius dici possit: non uideo. Et enim si est deus: utiq; prouidens est ut deus. nec aliter ei potest diuinitas attribui: nisi & pręterita teneat: & pręsentia sciat: & futura prospiciat. Cum igitur prouidentiam sustulit: etiam deū negauit esse. Cum autem deum esse professus est: & prouidentiā simul esse cōcessit. Alterū enī sine altero necesse ꝑ sus nec itelligi potest. Verū his postea tēporibus q̄bus iā philosophia defloruerat: extitit alius quidā Diagoras qui nullū esse omino deū diceret. ob eāq; sentētiā nomiatus ē Atheos. Itē Cyreneus Theodorus ābo q̄a nihil noui potetāt repire: oibus iā dictis & iuētis maluerūt cōtra ueritatē

id negare: in quo priores uniuersi sine ambiguitate cōsen serant. Ii sunt qui tot sęculis: tot ingeniis assertā atq̄ defensā prouidentiam calumniati sunt. Quid ergo? Utrū ne istos minutos & inertes Philosophos ratione: an uero ueritate prēstātium uirorū refellemus. an potius utroq̄? Sed properandū est. ne longius a materia diuagēt oratio.

Capitulum .x. Quod mundus dei prouidentia factus sit: & gubernetur.

Qui uolunt diuina prouidentia factum esse mundū: aut principiis inter se temere coeuntibus dicūt esse concretum: aut repente natura extitisse. Naturam uero ut Statio ait habere in se uim gignendi & uiuendi: sed eā nec sensum habere ullum nec figuram. ut itelligamus omnia quasi sua sponte esse gentrata: nullo artifice nec authore. Utrūq̄ uanum & impossibile. sed hoc euenit ignorātibus ueritatem: ut quiduis potius excogitent: q̄ id sentiant q̄d ratio deposcit. Primum minuta illa semia. quorū cōcursu totum coisse mundū loquunt̄: ubi aut unde sint: quęro: Quis illa uidit unq̄? Quis sensit? Quis audiuit? An solus Leucyppus oculos habuit? solus mentem? Qui profecto solus omniū cęcus & excors fuit: quę ea loqueretur: quę nec ęger quisquā delirare nec dormiens posset somniare? Quattuor elementis constare omnia Philosophi ueteres differebant. Ille noluit: ne alienis uestigiis uidereē isistere. sed ipsorum elemētorum alia uoluit esse primordia: quę nec uideri possint nec tangi. nec ulla corporis pte sentiri. Tam minuta sint inquit: ut nulla sit acies ferri tā subtilis qua secari ac diuidi possint. Unde illis nomen imposuit Atomorum. Sed occurrebat ei q̄ si una esset omnibus eademq̄ natura: non possent res efficere diuersas: tāta uarietate quanta uidemus inesse mundo. dixit ergo leuia esse & aspera & rotunda & hamata. Quanto melius fuerat tacere: q̄ in usus tam miserabiles tam inanes habere linguā? Et quidē uereor ne nō minus delirare uideatur: qui hęc putet refellēda. Respondeamus tamē uelut aliqua dicēti·

Si leuia sunt & rotunda: utiq; non possunt inuicem se apprehendere: ut aliquod corpus efficiant. ut siquis miliú uelit in unam coagmentationem constringere : lenitudo ipsa granorum in massam coire non sinat. Aspera inquit & angulata sunt & hamata ut possint cohęrere. Diuidua ergo & secabilia sunt. Hamos enim necesse est & angulos eminere: ut possint amputari. ita quod ãputari ac diuelli potest: & uideri poterit & teneri. Hęc inquit perinane irre quietis motibus uolitant. & huc atq; illuc feruntur: sicut pulueris minutias uidemus in sole: cũ per fenestrã radios ac lumen immiserit. Ex his arbores & herbę: & fruges oĩs oriuntur. ex his animalia: & aqua & ignis & uniuersa gig nuntur. & rursus in eadem resoluuntur. Ferri hoc potest: q̃diu de rebus paruis agitur. ex his etiã mũdus cõpletus est. Impleuit numerum percepte insanię. ut nihil ulterius adici posset: sed inuenit tamen ille quid adderet. Quoniã omne inquit infinitũ nec potest quicq̃ uacare. necesse est ergo innumerabiles esse mundos Quę tãta uis fuerat atomorum : ut moles tam inęstimabiles ex tam minutis con globarentur? Ac primum requiro : quę sit istorũ seminũ uel ratio uel origo. Si enim ex illis sunt omnia: ipsa igitur unde esse dicemus? Quę natura tantã copiã ad efficiendos innumerabiles mundos subministrauit? Sed concedã ut impune de mundis delirauerit. de hoc loquamur: in quo sumus: & quẽ uidemus. Ait omnia ex indiuiduis corpusculis fieri. Si hoc ita esset: nulla res unq̃ sui generis semine indigeret. sine ouis alites nascerentur. aut oua sine partu Item cętera uiuentia sine coitu. arbores & quę gignuntur e terra : propria semina non haberent : quę nos quotidie tractamus & serimus. Cur ex frumento seges nascitur. & rursus ex segete frumentum? Denique si atomorum coitio & conglobatio efficeret omnia: & in aere uniuersa concrescerent: Siquidem perinane atomi uolitant : cur sine terra: sine radicibus: sine humore: sine semie: nõ herba: nõ arbor nõ fruges oriri aut generari possunt? Vnde apparet nihil ex atomis fieri: quãdo quidẽ unaqueq; res habet propriam certãq; naturã: suũ semen: suã legẽ: ab exordio datã. Deniq;

Lucretius quasi oblitus atomorum quos asserebat: ut re dargueret eos qui dicunt ex nihilo fieri omnia: his argumentis usus est: quę contra ipsum ualerent. Sic eni dixit.

Nam si de nihilo fierent ex omnibus rebus
Omne genus nasci posset. nil semine egeret.

Item postea. Nil igi fieri de nihilo posse putandū est
Semine: quando opus est rebus quo queq creatę
Aeris in teneras possint proferrier auras.

Quis hūc putat habuisse cerebrum: cum hęc diceret: nec uideret sibi esse contraria? Nihil enim per atomos fieri ex inde apparet: q semine cuiusq rei certū est. nisi forte ignis & aquę naturā ex atomis esse credemus. Quid q durissimi rigoris materię: si ictu uehementiore collidantur: ignis excutitur? Nam in ferro aut silice atomi latent. Quis inclusit? Aut cur sua sponte non emicant? Aut quomodo semina ignis in materia frigidissima permanere potuerūt? Omitto silicem ac ferrum. orbem uitreum plenum aquę si tenueris in sole: de lumine quod ab aqua refulget: ignis accenditur. etiam in durissimo frigore. Num etiā in aqua ignem esse credendum est? Atqui de sole ignis ne ęstate quidē accendi potest: si cęrę inbalaueris. uel si uapor leuis aliquid attigerit: aut crustam marmoris: aut laminā paulatim per minutissimos rores aqua cōcrescit. Itē de halitu terrę aut maris nebula existit: quę aut dispersa humefacit quicquid texerit: aut collecta in arduos mōtes i sublime uento rapta: stipatur in nubem. atq hymbres maximos ducit. Vbi ergo dicimus liquores natos esse? Num in uapore? Num in halitu? Num in uento? Atqui nihil potest consistere: in eo: quod nec tangitur: nec uidet. Quid ergo de animalibus loquar: in quorum corporibus nihil sine ratione: sine ordine: sine utilitate: sine specie figuratum uidemus? Adeo ut sollertissima & diligentissima omnium partium membrorumq descriptio: casum ac fortunam depellat. Sed putemus arctus & ossa & neruos: & sanguinē de atomis posse concrescere? Quid sensus: cogitatio: memoria: ingenium: quibus seminibus coagmentari possūt? Minutissimus inquit. Sunt ergo alia maiora. Quomodo

igit̃ inseccabilia? Deniq; si ex inuisibilibus sint: quę uident̃: cur igit̃ nemo uidet? Sed siue inuisibilia quę sunt in hoīe consideret: siue intactibilia. quę ueniunt sub aspectum: ratione itaq; constare quis nō uidet? Quomodo ergo sine ratione coeuntia possūt aliqd efficere rationale? Videmus enī nihil esse in omni mundo: q̊d non habet in se maximā: mirabilemq; rationem. Quę quia supra hominis sensū & ingenium est: cui rectius q̃ diuinę prouidentię tribuēda est? An simulacrum hominis & statuā ratio & ars fingit: ipsum hominem de frustis temere cuncurrentibus fieri putabimus? Et quid simile ueritatis in ficto: cū summū & excellens artificium: nihil aliud nisi umbrā & extrema corporis liniamenta possit imitari? Num potuit humana? sollertia dare operi suo: aut motum aliquem: aut sensum? Omitto usum uidendi: audiendi: odorandi: cęterorumq; membrorum: uel apparentium uel latentium mirabiles utilitates. Quis artifex potuit aut cor hominis aut uocē: aut ipsam fabricare sapientiam? Quisq̃ ne igitur sanus existimat: quod homo ratione & consilio facere non possit: id concursu atomorū passim coherētium pfici potuisse? Vides in quę deliramenta inciderūt. dū nolunt effectionē curamq; rerū deo dare? Concedamus tñ his: ut ex atomis fiant: quę terrena sunt. num etiā coelestia? Deos aiunt īcorruptos ęternos beatos esse. solisq; dant immunitatem: ne concursu atomorum concreti esse uideantur. Si enī deos quoq; ex illis constituisset: dissipabiles fierent: seminibus aliquando resolutis: atq; in naturam suam reuertentibus. Ergo si est aliqd quod atomi nō effęcerint: cur nō cętera eodē mō intelligamus? Sed quęro: anteq̃ mundū primordia ista generarēt: cur sibi dii habitaculū nō ędificauerūt? Videlicet nisi atomi coissent coelumq; fęcissēt: adhuc dii per mediū inane penderent. Quo igit̃ consilio: qua ratiōe de confuso aceruo se atomi congregauerunt: ut ex aliis inferius terrę conglobarentur: coelū desuper tenderetur: tāta syderū uarietate: ut nihil unq̃ excogitari possit ornatius? Tāta ergo qui uideat & talia: potest existimare nullo effęcta esse consilio. nulla prouidentia: nulla ratiōe diuīa?

sed ex atomis subtilibus exiguisq; concreta esse tanta miracula! Nonne prodigio simile est: aut natum esse hominē qui hęc diceret. aut extitisse qui crederent! ut Democritū qui auditor eius fuit. uel Epicurū in quē uanitas oīs de Leucippi fonte profluxit. At eni sicut alii dicunt: natura mundus effectus est: quę sensu & figura caret. Hoc uero multo est absurdius. Si natura mundum fęcit: consilio & ratione fęcerit necesse est. Is enim facit aliquid. qui aut uoluntatem faciendi habet aut scientiam. si caret sensu ac figura quō potest ab ea fieri: q̄d & sensū habeat & figurā! Nisi forte quis arbitretur naturam animalium fabricatā tam subtilem a non sentiēte formari animariq; potuisse: aut istam coeli speciem tam prouidenter ad utilitates uiuentium temperatam: nescio quo casu. sine conditore: sine artifice subito extitisse. Siquid inquit est Chrysippus q̄d efficiat ea quę homo licet ratione sit preditus: facere non possit: id profecto est maius & fortius & sapientius hoīe. homo autem non potest facere cęlestia: ergo illud quod hęc effęcerit: superat hominem arte: consilio: prudentia: potestate. Quis igitur potest esse nisi deus! Natura uero quam ueluti matrem esse rerum putāt: si mentē nō habet: nihil efficiet unq̄: nihil molietur. Vbi eni nō est cogitatio: nec motus est ullus nec efficacia. Si autem consilio utit̄ ad incipiendum aliquid: ratiōe ad disponendum: arte ad efficiendū: uirtute ad consūmandū: potestate ad regendū & continendum: cur natura potius q̄ deus nominet̄! Aut si concursus atomorum uel carens mente natura ea quę uidemus: effęcit: quęro cur facere coelū potuerit: & urbē aut domum non potuerit! cur montes marmoris fęcerit: columnas & simulacra non fęcerit! Atqui non potuerant atomi etiam ad hęc efficienda concurrere: Siquidē nullā positionem relinquunt. quam non experiantur. Nam de natura quę mentem non habeat: non est mirandum: q̄ hęc facere oblita sit. Quid ergo est! utiq; deus cum inchoaret hoc opus mundi: quo nihil potest esse nec dispositius ad ordinem: nec aptius ad utilitatē: nec ornatius ad pulchritudinem: nec maius ad molem. quę fieri ab homine non

potuerant fecit ipse: in quibus etiam hominem ipsum: cui particulam de sua sapientia dedit: & instruxit eum ratiōe. quantum fragilitas terrena capiebat: ut ipse sibi efficeret: quę in usus suos essent necessaria. Si uero in huius mūdi ut ita dixerim republica nulla prouidentia est quę regat: nullus deus qui amministret: nec omnio sensus ullus in hac rerum natura pollet: Vnde igitur mens humana tam sollers: tam intelligens orta esse credetur? Si enim corpus hominis ex humo fictum est: unde homo nomē accepit? Animus ergo qui sapit: rector est corporis: cui membra obsequūtur tanq̄ Regi & imperatori: qui nec aspici: nec comprehendi potest: non potuit ad hominē nisi a sapiēte natura peruenire. sed sicut omne corpus mens & animus gubernat: ita & mundum deus. Nec enim uerisimile est: ut minora & humilia regimen habeant: maiora & summa non habeant. Deniq̄. M. Cicero in Tusculanis & in cōsolatione: animorum inquit nulla in terris origo inueniri potest. nihil est inquit in animis mixtum atq̄ concretum aut quod ex terra natum atq̄ factum esse uideatur. nihil ue humidum quidē aut flabile aut igneū. His eni naturis nihil īest: quod uim memorię: mentis: cogitatiōis habeat: quo & preterita teneat: & futura prouideat. & complecti possit presentia. quę sola diuina sunt. nec enim inueniunt unq̄ unde ad hominē uenire possint nisi a deo. Exceptis igit̄ duobus tribus ue calumniatoribus uanis cū constet diuina prouidentia mundum regi sicut & factus est. nec sit quisq̄ qui Diagorę Theodoriq̄ sententiā: uel Leucippi inane commentū uel Democriti Epicuriq̄ leuitatē pferre audeat authoritati uel illorum septem priorum qui sunt appellati sapiētes: uel Pytagorę: uel Socratis: uel Platōis: cęterorumq̄ Philosophorum qui esse prouidentiā iudicauerūt. Falsa igit̄ est & illa sententia: qua putant terroris ac metus gratia religionem a sapientibus institutā: quo se homines imperiti a peccatis abstinerent. Quod si uerū sit ergo derisi ab antiquis sapiētibus sumus. Quod si fallēdi nostri atq̄ adeo totius generis humani causa cōmentati sunt religionē: sapientes igit̄ non fuerunt: quia in sapiente

nō cadit mendaciū. Sed fuerit sapiētes: quę tāta foelicitas mētiēdi ut nō mō idoctus: sed Platonē q̄q ac Socratē fallerēt & Pythagorā: Zenonē: Aristotelē maximarū sectarū principes tam facile deluderent: Est igitur diuina prouidentia: ut senserunt ii homines: quos nominaui: cuius ui ac potestate: omnia quę uidemus: & facta sunt: & regunt̄. Nec enim tanta rerum magnitudo tanta dispositio tanta in seruandis ordinibus temporibusq constātia: aut olim potuit sine prouido artifice oriri: aut constare tot sęculis sine incola potenti. aut imperpetuū gubernari sine perito ac sine rectore. quod ratio ipsa declarāt. Quicquid est eni quod habet rationem: ratione sit ortum necesse est. Ratio autem sentientis sapientisq natura: nihil aliud potest esse q̄ deus. Mundus autem quoniam rationem habet qua & regitur: & constat: ergo a deo factus est. Quod si est conditor rectorq mundi deus: recte igitur ac uere religio constituta est authori enim rerū parētiq cōmuni honos ueneratioq debetur.

Ca. xi. Vtrum unius dei an pluriū deorū prouidentia mundus regatur: & constet.

Voniā constitit de prouidētia: sequit̄ ut doceamus utrū ne multorū esse credenda sit: an potius unius. Satis ut opinor ostendimus in nostris institutionibus: deos multos esse nō posse: q diuina uis ac potestas si distribuatur in plures: diminuitur utiq & mortalis est. Si uero mortalis non est: nec minui nec diuidi potest: deus igit̄ unus est: in quo uis & potestas cōsumata: nec minui potest nec augeri: Si autem sunt multi: dum habēt singuli potestatis aliquid ac numinis: summa ipsa decrescit. nec poterunt singuli habere totum: quod est commune cum pluribus. unicuiq tantū deerit: quātū cęteri possidebūt. Non possūt igitur in hoc mundo multi esse rectores. nec in una domo multi domini: nec ī naui una multi gubernatores. nec in armento aut grege duces multi. nec ī uno regimine multi reges. Sed ne in coelo quidē multi soles

esse potuerūt sicut nec animę plures ī uno corpore: adeo in unitate natura uniuersa consentit. Quod si mundum Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus Mens agitat molem & magno se corpore miscet: Apparet testimonio Poetę unum esse mundi habitatorē deum. Siquidem corpus omne: nisi ab una mente incoli regiq; non potest: omnem igitur diuinā potestatē necesse est in uno esse. cuius nutu & imperio regantur omnia. & ideo tantus est: ut ab homie nō possit aut uerbis enatrari: aut sensibus ęstimari. Vnde igit̄ ad hoīes opinio multorū deorum persuasione peruenit? Nimirum ii oēs q colunt̄ ut dii: homines fuerunt: & idē primi ac maximi reges: sed eos aut ob uirtutem quia profuerant hominum generi: diuinis honoribus affectos esse post mortē aut ob beneficia & inuenta. quibus humanā uitā excoluerant: immortalem memoriam consecutos quis ignorat? Nec tantum mares. sed & foeminas. Quod cū uetustissimi Grecie scriptores: quos illi theologos nuncupāt: tum etiam Romani Grecos secuti & imitati docent. quorum pręcipue Euhemerus ac noster Ennius: qui eorū omniū natales: cōiugia progenies: īperia: res gestas: obitus: simulacra demonstrāt. Et secutus eos Tullius tertio de natura deorū libro dissoluit publicas religiones. sed tamen uerā quā ignorabat: nec ipse ne alius q̄sq̄ potuit īducere. Adeo & ipse testatus est falsum quidem apparere: ueritatem tamē latere. Vtinā inquit tam facile uera īuenire possem q̄ falsa conuincere. Quod quidē non dissimulanter ut Academicus: sed uere atq; exanimi sententia proclamauit quia ueritas humanis sensibus erui non potest. q̄d assequi ualuit humana prudentia: id assecutus est: ut falsa detegeret. Quicquid enim fictum & comentitium: quia nulla ratione subnixum est: facile dissoluitur. Vnus est igitur princeps & origo rerū deus: sicut Plato ī Timeo & sensit & docuit. cuius maiestatem tantam esse declarat: ut nec mente comprehēdi: nec lingua exprimi possit. Idem testatur Hermes quē Cicero ait in numero deorum apud Aegyptios haberi eū scilicet qui ob uirtutem multarūq; artium scientiā Trimegistus

nominatus. & erat non modo Platone: uerum Pytagora: septemque illis sapientibus longe antiquior. Apud Xenophantem Socrates disputans. ait formam dei nō oportere conquiri. Et Plato in legum libris. Quid omino sit deus nō esse querendum: quia nec inueniri possit: nec enarrari. Pytagoras quoque unū deū cōfitetur dicēs incorporalem esse mētem. que per omnem rerū naturā diffusa & intēta: uitalem sensum cunctis animātibus tribuat. Antisthenes autem in Physico unum esse naturalem deum dixit. quāuis gentes & urbes suos habeat populares. Eadē fere Aristoteles cum suis Peripateticis. Et Zeno cum suis Stoicis. Longū est enī singulorum sentētias exequi: licet diuersis nominibus sint abusi: ad unā tamē potestatē que mundū regeret: concurrerunt. Sed tamē summum deum cum & Philosophi & Poete: & ipsi denique qui deos colunt sepe fateantur: de cultu tamen & honoribus eius nemo unquā requisiuit: nemo disseruit: ea scilicet psuasione: qua semp beneficum incorruptumque credentes. nec irasci eum cuiquā nec ullo cultu indigere arbitrabātur. adeo religio esse nō potest: ubi metus nullus est.

Ca. xii. Quod religio sit. & hominis sit.

Nunc quoniā respōdimus impie quorundā detestabilique prudentie uel potius amentie: redeamus ad propositum. Diximus religione sublata: nec sapientiam teneri posse nec iustitiam. dum diuinitatis itellectus quo differimus a beluis: in homine solo reperiatur. iustitia: quā nisi cupiditates nostras deus q falli nō potest coercuerit: scelerate ipieque uiuemus. Spectari ergo actus nostros adeo non modo ad utilitatem communis uite attinet: sed etiā ad ueritatē. quia religione iustitiaque detracta: uel ad stultitiā pecudū amissa rations deuoluimur. uel ad bestiarū immanitatē. immo uero āplius: siquidē bestie sui generis animalibus parcūt. Quid erit homie truculentius? Quid immitius? si dempto metu superiore: uim legū aut fallere: potuerit. aut contemnere? Timor igitur dei solus est: qui

custodit hominum iter se societatem. per quem uita ipsa sustinetur:munitur:gubernatur. Iis autem timor auferẽ. si fuerit homini psuasũ: q̄ ire sit expers deus. quẽ moueri & indignari non modo cum iniusta fiunt communis uti litas: sed etiã ratio ipsa & ueritas persuadet. Rursus nobis ad superiora redeundũ est. ut q̃ docuimus a deo factum esse mundum doceamus quare sit effectus.

Ca.xiii. Quod omnia tam bona q̄ mala bo minis gratia facta sunt.

SI consideret aliquis uniuersam mundi amministra tione: intelliget profecto q̄ uera sit sententia Stoicorũ qui aiunt nostra causa mundum esse constructũ. Omnia enim quibus constat queq; generat ex se mundus: ad utilitatem hominis accomodata sunt. Homo igni utitur ad usum calefaciendi: & luminis: & coquendorum ciborum ferri q; fabricandi. Vtitur fontibus ad potũ: & ad lauacra fluminibus: ad agros irrigandos terminandasq; regiões. Vtitur terra ad percipiendam frugũ ubertatem: collibus ad conferenda uineta. montibus ad usum arborum atq; lignorum. Vtitur mari non solum ad cõmertia & copias ex longinquis regionibus ferendas: uerum etiam ad ubertatem omnis generis piscium. Quod si iis elementis utiẽ quibus est proximus: non est dubium quin & coelo. quoniam & coelestium rerum officia: ad fertilitatem terrẽ ex qua uiuimus temperata sunt. Sol irrequietis cursibus & spatiis inẽquabilibus orbes annuos conficit. & aut oriens diem promit ad laborem: aut occidẽs noctẽ supducit ad requiem. & tum abscessu longius ad meridiem: tum accessu propius ad septemtrionem: hyemis & ẽstatis uicissitudines facit. ut & hybernis humoribus ac pruinis in ubertatẽ terra pinguescat. & ẽstiuis caloribus: uel herbidẽ fruges maturitate durentur: uel quẽ sunt in humidis incocta & feruefacta mitescant. Luna quoq; nocturni temporis gubernatrix. Et amissi ac recepti luminis uicibus menstrua spacia moderatur. & cẽcas tenebris horrẽtibus

noctes fulgore suę claritatis illustrat : ut ęstiua itinera & expeditiones & opera sine labore ac molestia cōfici possīt Siquidem
Nocte leues melius stipulę:nocte arida prata
Tondentur. Astra etiā cętera uel ortu uel occasu suo: certis statiōibus opportunitates temporū subministrāt. Sed & nauigiis quo minus errabundo cursu per imensū uagentur regimen prębent:cum ea rite gubernator obseruans ad portum destinati littoris peruehatur. Ventorū spiritu attrahuntur nubes:ut sata hymbribus irrigentur ut uites fętibus:arbusta pomis exuberent. Et hęc ꝑ orbē uicibus exhibentur.ne desit aliquādo : quo uita hominū sustineatur. At enim cęteras animantes eadē terra nutrit: & eiusdem fętu etiam muta pascūtur. Num etiā mutorū causa deus laborauit? Minime. Quia sūt rationis expertia: Sed intelligimus & ipsa eodem modo ad usum hominis a deo facta partim ad uestitum : partim ad operis auxilia. ut clarum sit diuinam prouidentiam rerum & copiarū abundantia hominum uitā instruere atq; ornare uoluisse ob eamq; causam & aerem uolucribus: & mare piscibus: & terrā quadrupedibus impleuit. Sed Academici contra Stoicos differentes solēt quęrere cur si deus omnia hominum causa fęcerit. etiā multa contraria & inimica & pestifera nobis reperiantur tam ī mari q̄ in terra. Quod Stoici ueritatem non respicientes ineptissime repulerunt. Aiūt enim multa esse in gignentibus & in numero animalium quorum lateat utilitas:sed eā processu temporū inueniri: sicut iam plura prioribus sęculis incognita necessitas & usus inuenerit. Quę tandem utilitas potest in muribus: in blattis in serpentibus reperiri : quę homini molesta & perniciosa sunt? An medicina in his aliqua latet? Quę si est inuenietur aliquando nempe aduersus mala. cum id illi quęrantur esse omnino malum. Viperam ferunt exustam: in cineremq; dilapsam: mederi eiusdē bestię morsui. Quāto melius fuerat ea prorsus non esse : q̄ remedium contra se ab ea ipsa desiderari? Breuius igitur ac uerius respondere potuerunt in hunc modum. Deus cū formasset hominē.

ueluti simulacrum suum : quod erat opificii summum: inspirauit ei sapientiam soli. ut omnia imperio ac ditioni suę subiugaret. omnibusq; mundi commodis uteretur. proposuit tamē ei & bona & mala: quia sapientiam dedit. cuius oīs ratio in discernendis malis ac bonis posita est. Nō potest enim quisq̄ eligere meliora & scire quid bonū sit. nisi sciat simul reiicere ac uitare quę mala sunt. inuicē enim sibi alterutrum connexa sunt: ut sublato alterutro: utrūq; sit tolli necesse. Propositis igitur bonis malisq;. cū demum opus suum peragit sapientia: equidem bonū appetit ad utilitatem: malum reiicit ad salutem. Ergo sicut bona innumerabilia data sunt quibus frui posset. sic etiā mala quę caueret. Nam si malum nullum sit periculūq; nihil deniq; quod lędere hominem possit. tollitur omnis materia sapientię: nec erit homini necessaria. Positis enim tantummodo in conspectu bonis : quid opus est cogitatione: intellectu: scientia: ratione ? Quocunq; porrexerit manum: id naturę aptum & commodum sit. ut si qs uelit apparatissimam cęnam infantibus: qui nondum sapiant apponere: utiq; id appetent singuli: quo unumquenq; aut impetus: aut fames: aut etiam casus attraxerit. & quicqd sumpserint: id illis erit utile ac salubre. Quid igit̄ nocebit eos sicuti sunt: pmanere: & semper infantes ac nescios esse rerum? Si autem admisceas uel amara uel inutilia: uel etiā uenenata: decipiuntur utiq; per ignorātiam boni ac mali: nisi accedat iis sapiētia: per quā habeāt malorū reiectionē bonorumq; delectum. Vides ergo magis propter mala opus bonis esse sapiētia. quę nisi fuissent proposita: rationale animal non essemus. Quod si hęc ratio uera est: quam Stoici posuerunt : dissoluitur etiam argumentum illud Epicuri. Deus inquit aut uult tollere mala : & nō potest: aut potest : & non uult. aut neque uult: neque potest: aut & uult & potest. Si uult & non potest: imbecillis est: quod in deum non cadit. Si potest & non uult: inuidus. quod ęque alienū a deo. Si neq; uult neq; potest. & īuidus & ībecillis est: ideoq; neq; deus. Si & uult & potest. quod solum deo conuenit: Vnde ergo sunt mala ? Aut cur illa

non tollit? Scio plerosq Philosophorũ qui prouidentiã defendunt: hoc argumento perturbari solere. & inuitos pene adigi: ut deum nihil curare fateantur. quod maxime quęrit Epicurus. sed nos ratione perspecta: formidolosũ hoc argumentum facile dissoluimus. Deus enim potest quicqd uelit. & imbecillitas uel inuidia in deo nulla est. Potest igitur mala tollere: sed non uult. nec ideo tamen inuitus. Iccirco enim non tollit: quia & sapientiam sicut & docui: simul tribuit. & plus boni ac iucunditatis in sapientia: quam in malis molestię. Sapientia etiam facit: ut deum cognoscamus: & per eã cognitionẽ: immortalitatẽ assequamur: quod est summum bonum. Itaq nisi prius malum agnouerimus: nec bonum poterimus agnoscere. Sed hoc non uidit Epicurus nec alius quisq̃: si tollantur mala: tolli pariter sapientiam: nec ulla in homine uirtutis remanere uestigia cuius ratio sustinenda & superãda malorum acerbitate cõsistit Ita propter exiguũ compendiũ sublatorum malorum: maximo & uero: & proprio nobis bono careremus. Constat igitur omnia propter hominem proposita. tam mala q̃ etiam bona.

¶ Capit. xiiii. ¶ Cur deus fęcerit hominem.

SEquitur ut ostendam: cur fęcerit hominem ipsum deus. Sicut mundũ ꝑpter hominẽ machinatus est: ita ipsum propter se tanq̃ diuini tẽpli antistitẽ: spectatorẽ operũ rerũq coelestiũ. Solus est eni qui sentiens capaxq rationis intelligere possit deum: qui opera eius admirari: uirtutem: potestatemq perspicere. Iccirco enim consilio: mente: prudentia instructus est. Ideo solus pręter cęteras animantes rectus corpore ac statu factus est: ut ad contẽplationem parẽtis sui excitatus esse uideatr̃. Ideo sermonẽ solus accępit ac linguã cogitatiõis interpretẽ. ut enarrare maiestatem domini sui possit. Postremo iccirco ei cũcta subiecta sũt: ut factori atq artifici deo esset ipse subiectus Si ergo deus hominẽ suũ uoluit esse cultorem: ideoq illi tantu honoris attribuit: ut rerũ omniũ donunaretr̃: utiq

iustissimum est deũ uidelicet eum : qui tanta prestiterit amare hominem : qui sit nobiscum diuini iuris societate coniunctus. Nec enim fas est cultorem dei a dei cultore uiolari. Vnde intelligitur religionis ac iustitie causa esse hominẽ figuratũ cuius rei testis est. M. Tullius in libris de legibus ita dicens. Sed omniũ que in doctorũ hominũ disputatione uersantur: nihil est profecto prestabilius: q̃ plane itelligi nos ad iustitiã esse natos. Quod si est uerissimum : deus ergo uult omnes homines esse iustos. id est deum & hominem caros habere. deum scilicet honorare tanq̃ patrem: hominem diligere uelut fratrem. In his eni duobus tota iustitia consistit. Qui ergo aut deum nõ agnoscit: aut homini nocet. iniuste & contra naturam suam uiuit. & hoc modo irrumpit institutum legẽq; diuinam.

Ca. xv. Vnde ad hominẽ peccata peruenant.

Hic fortasse quęrat aliquis : unde ad hominẽ peccata peruenerit. aut quę prauitas diuini instituti regulã ad peiora detorserit. ut cum sit ad iustitiam genitus: opa tamen efficiet iniusta. Iam superius explanaui simul deũ proposuisse bonum ac malum: & bonum quidẽ diligere: pugnas odisse. sed ideo malum permisisse : ut & bonum emicaret: quod alterum sine altero sicut sepe docui: intelligimus cõstare nõ posse. Deniq; ipsũ mundũ ex duobus elementis repugnantibus : & in uicem copulatis esse concretum: igneo & humido. nec potuisse lucem fieri: nisi & tenebrę fuissent. quia nec superum potest esse sine infero: nec oriens sine occidente. nec calidum sine frigido. nec molle sine duro. Sic & nos ex duobus ęque repugnãtibus cõpacti sumus: anima & corpe. quorũ alterũ cęlo ascribitʳ qa tenue est: & itractabile. alterũ terrę: quia cõprehẽsibile est. Alterũ solidũ & ęternũ est. alterũ fragile atq; mortale. Ergo alteri bonum adheret: alteri malũ. Alteri lux : uita: iustitia. Alteri tenebrę: mors: iniustitia. Hic extitit ĩ hoibus naturę suę deprauatio: ut eẽt necesse cõstitui legẽ q̃ posset & uitia ꝓhiberi: & uirtutis officia iperari. Cũ igiẽ sint in rebus humanis bona & mala: quorũ rationem declaraui:

necesse est ad utrãq partem moueri deum: & ad gratiã cum iusta fieri uidet. & ad iram cum cernit iniusta. Sed occurrit nobis Epicurus ac dicit: Si ẽ i deo lętitię affectus ad gratiã: & odii ad iram: necesse est habeat & timorẽ: & libidinem: & cupiditatem: cęterosq affectus: qui sunt ibecillitatis humanę. Nõ est necesse ut timeat: qui irascit. aut męreat: qui gaudet. Deniq iracũdi minus timidi sũt. & natura lęti: minus męrent. Quid opus est de humanis affectibus dicere: quibus fragilitas nostra succumbit: Cõsideremus diuinam necessitatem. nolo enim naturã dicere quia deus nunq̃ creditur natus. Timoris affectus habet in homine materiam. in deo nõ habet. Homo quia multis casibus periculisq subiectus est: metuit nequa uis maior existat: quę illũ uerberet: spoliet: laceret: affligat: interimat. Deus autem in quem nec egestas: nec iniuria: nec dolor: nec mors cadit: timere nullo pacto potest. quia nihil est: quod ei uim possit inferre. Item libidinis ratio in homĩe manifesta est. Nam qui fragilis & mortalis est effectus: necesse fuit alterum sexum: diuersumq constitui. cuius permixtione soboles effici posset: ad continendã generis perpetuitatem. Hęc autem libido in deo locum nõ habet. quia & fragilitas: & interitus ab eo alienus est. nec ulla est apud eum foemina. cuius possit copulatiõe gaudere. nec successione indiget: qui semper futurus est. Eadẽ de inuidia & cupiditate dici possunt. quę certis manifestisq de causis in hominem cadunt: in deũ nullo modo. At uero & gratia: & ira: & miseratio habent ĩ deo materiam: recteq illis utitur summa illa & singularis potestas ad rerũ conseruationem.

Ca. xviii. Quę materia sit in die miseratiõis: gratię uel irę.

Q Vęrit quispiam quę sit ista materia. Primũ accedẽtibus malis afflicti hoĩes ad deũ plerũq confugiũt: mitigant: obsecrant. credentes eum posse ab his iniuriis propulsare. Habet igitur causam miserandi: nec enim tam

immitis est: hominumqꝫ contemptor: ut auxilium labo-rantibus deneget. Itē plurimi quibus persuasum est deo placere iustitiam: eumqꝫ qui sit dominus ac parēs omniū uenerantur cum precibus assiduis ac frequentibus uotis dona & sacrificia offerūt: nomē eius laudibus ꝓsequunt. iustis ac bonis operibus demereri eum laborantes. Ergo est propter quod deus & possit & debeat gratificari. Nā si nihil est tam conueniens deo: q̄ beneficentia. nihil autē tā alienū: q̄ ut sit igratus: necesse est ut officiis optimorū sanctecꝫ uiuentiū prestet aliquid: ac uicē reddat: ne subeat ingrati culpam. quę est etiā homini criminosa. Contra aūt sunt alii facinorosi & nefarii. qui libidinibus oīa polluāt: cędibus uexent: fraudāt: rapiāt: peierent: nec cōsanguineis: nec parentibus parcant. lęges & ipsum etiā deū negligant. habet igitur ira in deo materiam. Nō est enim fas eum cū talia fieri uideat: non moueri. & insurgere ad ultionē sce-leratorum. & pestiferos nocentesqꝫ deleret: ut bonis oībus consulat. Adeo & ī ipsa ira inest gratificatio. Inania ergo & falsa reperiuntur argumenta uel eorum qui cum irasci deum uolunt: gratificari uolunt. quia ne hoc quidē fieri sine ira potest. uel eorum qui nullum animi motum esse in deo putant. Et quia sunt aliqui affectus: qui nō cadūt in deum. ut libido: timor: auaritia: męror: inuidia. omni prorsus affectu eum uacare dixerunt. His enim uacat: q̄a uitiorum affectus sunt. Eos autem qui sunt uirtutis: id est ira in malos: caritas in bonos: miseratio in afflictos: quoniam diuina potestate sunt digna: proprios & iustos & ueros habet. Quę profecto nisi habeat: humana uita tur-babitur. atqꝫ ad tantam cōfusionem deueniet status rerū: ut contemptis superatisqꝫ legibus sola regnet audacia. ut nemo deniqꝫ tutus esse possit: nisi qui uiribus pręualeat. Ita quasi communi latrocinio terra omnis depopulabit. Nunc uero quoniam & mali poenam: & boni gratiam: & afflicti opem sperāt: & uirtutibus locus & scelera rariora sunt. At enim plerunqꝫ & scelerati foeliciores sunt. & boni miseriores. & iusti ab iniustis īpune uexāt. Cōsiderabimus postea cur ista fiāt. Interī de ira explicemus. an sit aliqua

in deo. utrū nihil curet omnino: nec moueatur ad ea quę impie geruntur.

¶ Capitulū. xvii. ¶ Quod deus administrat mundum. & regit hominum actus. Et per consequens irascitur.

DEus inquit Epicurus nihil curat: nullam igitur habet potestatem. Curare enim necesse est: eum qui habet potestatem: uel si habet. & non utitur: quę tanta est causa: ut ei non dicam nostrum genus: sed etiā mundus ipse sit uilis? Ideo inquit incorruptus est ac beatus: quia semper quietus. Cui ergo amministratio tātarum rerum cessit: si hęc a deo negligantur: quę uidemus ratione sūma gubernari? Aut quietus esse quomodo potest: qui uiuit: & sentit? Nam quies aut somni res est: aut mortis. sed nec somnus habet quietem. Nam cū soporati sumus: corpus quidem quiescit: animus autem irręquietus agitatur. imagines sibi quas cernat: effingit: ut naturalem suum motū exerceat uarietate uisorum: auocatq; se falsis dū membra saturētur: ac uigorem capiant de quiete. quies igitur sempiterna solius mortis est. Si autem mors deum nō attīgit: deus igitur nunq̄ quietus est. Dei uero actio quę potest esse: nisi mundi amministratio? Si uero mundi curā gerit: curat igitur hominum uitam deus. ac singulorum actus animaduertit. eosq; sapiētes ac bonos esse desiderat. hęc est uoluntas dei: hęc diuina lex: quam qui sequitur: qui obseruat: deo carus est. Necesse est igitur ut ira moueatur aduersus eum: qui hāc ęternam diuinamq; legem aut uiolauerit: aut spreuerit. Si nocet alicui deus iam bonus nō est. Non exiguo fallunť errore: qui censurā siue humanam siue diuinā acerbitatis nomine inflāmant. putātes nocentē dici oportere: q nocētes afficit poena. Quod si est: nocētęs igiť lęges habemus: quę peccantibus supplicia sanxerūt: nocētes iudices q scelere cōuictos poena capitis afficiūt. Quod si & lex iusta est. quę & nocēti tribuit quod meretť: & iudex integer ac bonus diciť: cum malefacta uindicat.

bonorum enim salutem custodit:qui malos punit: ergo & deus cum malis obest: nocens non est. Ipse est autem nocens:qui aut innocēti nocet:aut nocenti parcit ut plu ribus noceat. Libet quęrere ab his qui deū faciūt immo bilem: Siquis habeat rem:domum:familiam: seruiq; eius contemnentes patientiam domini omnia eius inuaserint: ipi bonis eius fruātur:ipsos familia eius honoret.dominus autem contemnatur:ab omnibus derideatur: relinquatur: utrum ne sapiens esse possit:qui cōtumelias nō uindicet: suisq; rebus eos pfrui patiatur: in quos habeat potestatē: quę tanta in quoq; potest patiētia reperiti:si tamē patiētia nominanda est:& non stupor quidam insensibilis. Sed fa cile est ferre contemptū. Quid si fiant illa quę a Cicerone dicuntur. Etenim quęro siquis paterfamilias liberis suis a seruo interfectis:uxore occisa: incensa domo:supplicium de seruo nunq̄ acerrimum sumpserit: utrum iis clemens ac misericors:an inhumanus & crudelissimus esse uideatur. Quod si eiusmodi facinoribus ignoscere crudelitatis est potius q̄ pietatis: non est ergo uirtutis in deo ad ea quę iniuste fiunt:non commoueri. Nam mundus tanquā dei domus est: & homines tanq̄ serui. quibus si ludibrio sit nomen eius. qualis aut quāta patientia est: ut bonoribus suis cedat. praua & iniqua fieri uideat: & non indignetur quod proprium & naturale est ei: cui peccata nō placeāt. Irasci ergo rationis est:auferunt licentię:quod utiq; iuste sapienterq; fit. Sed Stoici nō uiderunt esse discrimen recti & praui: esse iram iustam & iniustam & quia medelam rei non inueniebant:uoluerunt eam penitus excidere. Peripa tetici uero non excidendam:sed temperandā esse dixerūt. quibus in sexto libro institutionum satis respondimus. Nescisse autem Philosophos quę ratio esset irę: apparet ex definitionibus eorum: quas Seneca enumerauit in libris: quos de ira composuit. Ira est īquit cupiditas ulciscēdę iniurię. Alii ut ait Posidonius cupiditas puniēdi eius:a quo te inique putes lęsum. Quidā ita definierunt. Ira est incitatio animi ad nocēdū ei:q aut nocuit: aut nocere uo luit. Aristotelis definitio nō multū a nostra abest. Ait enī

iram esse cupiditatem doloris rependendi. Hęc est ira de qua superius diximus. quę etiam mutis inest. In homine uero cohibenda est:ne ad aliquid maximum prosiliat per furorem. hęc in deo esse non potest: quia illęsibilis est in homine autem quia fragilis est:inuenitur. Inurit enī lęsio dolorem.& dolor facit ultionis cupiditatē. Vbi est ergo illa ira aduersus delinquentes. quę utiq̄ nō est cupiditas ultionis:quia non pręcedit iniuria. Non dico de his qui aduersus lęges peccāt:quibus & si iudex sine crimīe irasci potest:fingamus tamen eum sedato animo esse debere. cū subiicit poenę nocentem. quia lęgū sit minister nō animi aut potestatis suę. Sic enim uolunt qui irā conanť euellere Sed de his potissimum dico:qui sunt nostrę potestatis:ut serui:liberi:& coniuges & discipuli : quos cū delinquere uidemus: incitamur ad coercēdum. Necesse est enī bono ac iusto displicere quę praua sunt. & cui malū displicet: mouetur:cum id fieri uidet. Ergo surgimus ad uindictā non quia lęsi sumus:sed ut disciplina seruetur:mores corrigantur:licētia comprimatur. Hęc est ira iusta: quę sicut in homine necessaria est ad prauitatis correctionem : sic utiq̄ in deo a quo ad hominem peruenit exemplum. Nam sicuti nos potestati nostrę subiectos coercere debemus: ita etiam peccata uniuersorū deus coercere debet. quod ut faciat : irascatur necesse est : quia naturale est bono ad alterius peccatū moueri & īcitari. ergo definire debuerūt. Ira est motus animi ad coercenda peccata insurgentis. Nā definitio Ciceronis. Ira est libido ulciscendi:nō multum a superioribus distat. Iram autē quā possumus uel furorē uel iracundiam nominare:hęc nō in homine quidē debet esse:quę tota uitiosa est. Ira uero quę ad correctionē uitiorū pertinet:nec homini adimi debet: nec deo potest : q̄a & utilis est rebus humanis & necessaria.

¶ Ca.xviii. ¶ Quod sine ira peccata non corrigunť.

Quid opus ē īquiūt ira:cū sine hoc affectu peccata corrigi possitisatq̄ nullus ē q̄ peccātē possit uidere trāq̄lle.

Possit fortasse qui legibus presidet: quia facinus nō sub oculis eius admittitur: moueri aduersus eum qui potest innocens inueniri. Cunqꝫ detectum facinus in lucem uenerit: iam non sua sed legum sententia utit̃: potest cōcedi ut sine ira faciat. habet enim quod sequatur. Nos certe cū domi peccatur a nostris siue id cernimus: siue sentimus: indignari necesse est. Ipse enim peccati aspectus indignus est. Nam qui non mouetur omnino: aut probat delicta quod est turpius & iniustius: aut molestiam castigandi fugit: quam sedatus animus & quieta mens aspernatur: ac rennuit: nisi stimulauerit. Qui autem commouetur: tā in tēpestiua lenitate. uel sepius q̄ necesse est: uel etiā semp ignoscit: is plane & illorū uitam perdit: quorū audaciā nutrit ad facinora maiora. & sibi ipsi eternam molestiarū materiā subministrat. Vitiosa est ergo in peccatis ire sue cohibitio. Laudat̃ Archyta Tarentinus: qui cum ī agro corrupta esse omnia comperisset: uillici sui culpā redarguens: Miserum te inquit quem iam uerberibus necassēt nisi iratus essem. Vnicum hoc exemplū temperātie putāt sed auctoritate ducti nō uident q̄ iepta & locutus fuerit & fecerit Nam sicut ait Plato: nemo prudens punit quia peccatum est: sed ne peccetur. Apparet q̄ malū uir sapiēs proposuerit exemplū. Si enim senserint serui dominum seruire cum non irascitur suum: tum pacari: cum irasciẽ non peccabunt utiqꝫ leuiter: ne uerberentur. Sed quantū potuerint grauissime: ut stomachum eius incitent: atqꝫ impune discedant. Ego uero laudarē si cū fuisset iratus dedisset ire sue spatium: ut residente per interuallū tpis animi tumore: haberet medū castigatio. non ergo ꝑpter ire magnitudinem donanda erat poena: sed differenda. ne aut peccanti maiorem iusto dolorem inureret: aut castiganti furorem. Nunc uero que tandem equitas: aut que sapientia est: ut aliquis ob exiguum dolorem puniatur: at ob maximum non puniatur: Quod si naturam rerum causasqꝫ didicisset: nunq̄ tam importunam continentiam profiteret̃: ut nunq̄ seruus iratum sibi fuisse dominū gratularet̃. Nā sicut corpus humanū deus multis & uariis

sẽsibus ad usũ uitę necessariis istruxit: sic & animo uarios attribuit affectus: quibus uitę ratio constaret: ut libidinẽ producendę gratia sobolis dedit: sic iram cohibẽdorum causa delictorũ. Verum ii qui nesciũt fines bonorum ac malorum sicut libidine utuntur ad corruptelas & ad uoluptates: sic iram & affectum ad nocendũ: dum iis quos odio habẽt: irascuntur etiã paribus: aut etiã superioribus Hinc quotidie ad maxima facinora prosiliũt. hinc tragedię sępe nascuntur. Esset igitur laudandus Architas: si cum alicui ciui & pari facienti sibi iniuriam fuisset iratus: repressisset se tamen & patiẽtia furoris impetum mitigasset Hęc sui cohibitio gloriosa est: qua compescitur aliquod imminens magnum malum. seruorum autem filiorumq́ peccata non coercere peccatũ est. Euadent enĩ ad maius malum per impunitatem hic non cohibenda ira: sed etiã si iacet: excitanda est. Quod autẽ de homine dicimus: id etiã de deo. qui hominẽ similẽ sui fęcit. Omitto de figura dei sapere: intelligere: prouidere: pręstare. ex omnibus aũt animalibus homo solus hoc habet. Ergo ad dei similitudinẽ factus est. Sed ideo procedit in uitiũ: qa de terrena fragilitate permixtus: non potest id quod a deo sumpsit incorruptum perpetuq́ seruare: nisi ab eodem deo iustitię pręceptis imbuatur.

Ca. xix. Quod homo ex corpore uitia & ex anima uirtutes habeat. Et q̃ cum uelit deus homines bonos: eorum uitiis irascit̃.

Sed quoniã cõpactus ut diximus ẽ duobus: animo & corpe in altero uirtutes: in altero uitia continent̃: & impugnant inuicem. Animi enim bona quę sunt in cõtinendis libidinibus: contraria sunt corpori. & corporis bona quę sunt in omni genere uoluptatum: inimica sunt aĩo. Sed si uirtus animi repugnauerit uoluptatibus: easq́ compresserit: erit uere deo similis. Vnde apparet animam hominis quę uirtutẽ diuinam capit non esse mortalẽ. Sed discrimẽ illud est: quod cũ uirtus habeat amaritudinẽ: &

ſit dulcis illecebra uoluptatis: uincunt̃ plurimi & abſtra buntur ad ſuauitatẽ. Ii uero quia ſe corpori rebuſq; terre nis addixerunt: premunt̃ in terram. nec aſſequi poſſũt diuini numinis gratiã: quia ſe uitiorum labibus inquina uerunt. Qui autẽ deum ſecuti eiq; parentes corporis deſi deria contemſerint: & uirtutem preferẽtes uoluptatibus: innocentiã iuſtitiãq; ſeruauerint: hos deus ut ſui ſimiles recognoſcit. Cum igitur ſanctiſſimã lęgẽ poſuerit: uelitq; uniuerſos innocentes ac beneficos eſſe: poteſt ne nõ iraſci cum uidet contemni legem ſuam: abiici uirtutem: appeti uoluptatem? Quod ſi eſt mundi amminiſtrator: ſicut eſſe debet: non utiq; contemnit id: quod eſt in omni mundo uel maximum. Si eſt prouidus ut oportet deus: conſulit utiq; generi humano: quo ſit uita noſtra & copioſior & melior tutior. Si eſt pater ac deus uniuerſorum: certe & uirtutibus hominum delectatur: & uitiis commouetur. ergo & iuſtos diligit: & impios odit. Odio inquit opus non eſt. ſemel enim ſtatuit bonis premium & malis poenã Quod ſi aliquis iuſte innocenterq; uiuat: & idẽ nec colat: nec curet omnino: ut Ariſtoteles ceteriq; Philoſophorũ: cedet ne huic impune? Quod cũ lęgi dei obtemperauerit: ipſũ tamẽ ſpreuerit: & aliquid propter quod deus poſſit iraſci: tanq̃ fiducia integritatis aduerſus eum rebellati. ſi huic poteſt iraſci propter ſuperbiam: cur non magis pec catori qui lęgẽ cũ ipſo pariter latore contemſerit? Iudex peccatis ueniam dare non poteſt: quia eſt lęgis ſuę ipſe diſceptator & iudex. quam cum poneret: non ademit ſibi omnem poteſtatem: ſed habet ignoſcendi licentiam.

¶ Ca. xx. ¶ Quod malorum foelicitas irę dei non contradicat. Et q; ſit deus patientiſſimus.

SI põt igit̃ iraſci: cur ergo inq̃t aliq̃s & q peccãt ſępe fęlices ſũt: & q pie uiuũt ſępe miſeri? Quia fugitiui & abdicate libere uiuũt. & q ſub diſciplina patris aut dñi ſunt̃: ſtrictius & frugalius. Virtus eni p mala & probat̃ & cõſtat. uitia per uoluptatẽ: nec tamen ille q peccat: ſperare

debet imperpetuam impunitatem : quia nulla est ppetua foelicitas:
Sed scilicet ultima semper
Expectanda dies homini est:dicic beatus
Ante obitum nemo supremaq funera debet.
Vt ait Poeta nō insuauis.exitus est:qui arguit foelicitatē. & nemo iudiciū potest nec uiuus effugere nec mortuus. Habet enim potestatem & uiuos precipitare de summo:& mortuos ęternis afficere cruciatibus.Immo inqt si irascitur deus:statim debuit uindicare:& pio merito quēq punire At enim si id faceret : nemo superesset. Nullus est enim q nihil peccet.& multa sunt: quę ad peccandū irritēt.Aetas uiolentia:egestas:occasio:premium.Adeo subiecta est peccato fragilitas carnis qua induti sumus : ut nisi huic necessitati deus parceret : nimium fortasse pauci uiuerent: propter hanc causam patientissimus est:& irā suā cōtinet Nam quia perfecta est in eo uirtus: necesse est patientiam quoq eius esse perfectam.quę & ipsa uirtus est.Quā multi ex peccatoribus iusti posterius effecti sunt:ex malis boni ex improbis continētes.Quā multi in prima ętate turpes: & omniū iudicio damnati: postmodum tamē laudabiles extiterunt:quod utiq non fieret.si omne peccatum poena sequeretur.leges publicę manifestos reos damnāt.sed plurimi sunt quorum peccata occultantur: plurimi qui delatorem comprimunt aut precibus aut pręmio. plurimi qui iudicia eludunt per gratiam:uel potentiam. Quod si eos omnes qui humanam poenā effugiūt: censura diuina damnaret:esset homo aut rarus aut nullus in terra.Denique uel una illa causa delendi generis humani iusta esse potuisset:q homines contēpto deo uiuo.terrenis fragilibusq figmentis honorem diuinum tanq̄ coelestibus deferunt adorātes opera humanis digitis laborata.Cūq illos deus artifex ore sublimi statu recto figuratos: ad cōtēplationē coeli & notitiam dei excitauerit: curuare se ad terram maluerunt pecudum modo humilis eni & curuus & pnus est:qui ab aspectu coeli deiq patris auersus terram quam calcare debuerat : id est de terra ficta & formata uenerañ.

In tanta igitur impietate hominū tantisq; peccatis id assequitur patiētia dei ut se ipsi homīes dānatis uitę prioris erroribus corrigant. Deniq; & boni sunt iustiq; multi. & abiectis terrenis cultibus maiestatem dei singularis c og noscunt. Sed cum maxima & utilissima sit dei patientia: tamen quamuis sero noxios punit. nec patitur longius ꝓcedere cum eos inemendabiles esse peruiderit.

¶ Ca. xxi. ¶ Si deus irascitur: cur hominem irasci prohibuit.

Superest una & extrema quęstio. Nā dixerit fortasse quispiam adeo non irasci deum: ut & in pręceptis hominem irasci uetet. Possem dicere q; ira hominis refrenanda fuerit: quia iniuste sępe irascitur. & pręsentē habet motum: quia temporalis est. Itaq; ne fierent ea: quę faciūt per iram: & humiles & mediocres & magni reges tēperari debuit furor eius: & comprimi ne mentis impos aliquod inexpiabile facinus admitteret. Deus aūt & non ad pręsēs irascitur. & quia ęternus est: perfectęq; uirtutis nunq̄ nisi merito irascitur. Sed tamen non ita res se habet. Nam si omnino prohiberet irasci: ipse quodammodo reprehēsor opificii sui fuisset. quia in principio iram iecori hominis incidisset. siquidem creditur causam huius commotiōis in humore fellis contineri. Non igitur in totum ꝓhibet irasci. quia iis affęctus necessario datus est. Sed prohibet in ira permanere. Ira enim mortalium debet esse mortalis nam si maneat: confirmantur inimicitię ad perniciem sēmpiternam. Deinde rursus cum irasci quidem sed tamē nō peccare pręcępit: non utiq; euellit iram radicitus: sed tēperauit. ut in omni castigatione modū ac iustitiā teneremus Qui ergo irasci nos iubet: ipse utiq; irascitur. qui placari celerius ꝓcipit: est utiq; ipse placabilis. Ea enī pręcępit: quę sunt iusta. & rebus utilia cōmunibus. Sed q̄a dixerā non esse irā dei temporalē: sicut hominis qui pręsentanea commotione feruescit: nec facile regere se potest propter fragilitatem: intelligere debemus: quia sit ęternus deus

iram quoq3 eius in ęternū manere. sed rursum qa uirtute sit maxima prędituᷤ: in potestate habere iram suam. nec ab ea regi:sed ipsum illam quemadmodū uelit moderari quod utiq3 non repugnat superiori. Nā si prorsus immortalis fuisset ira eius: non esset satisfactioni aut gratię post delictū locus. cum ipse homines ante solis occasum recōsiliari iubeat: Sed ira diuina in ęternum manet aduersus eos: qui peccant in ęternū. Itaq3 deus non thure: nō hostia non pręciosis muneribus. quę omnia sunt corruptibilia: sed morum emendatione placatur. & qui peccare desinit: iram dei mortalē facit. Iccirco enim nō ad pręsens noxiū quenq3 punit: ut habeat homo resipiscendi sui facultatē.

¶ Capi.xxii.¶ Epilogus & inductio authoritatū Sibyllę erythreę ad irā dei probandā.

HEc habui quę de ira dei dicerem Donate carissime: ut scires quemadmodum refelleres eos qui deum faciunt immobilē. Restat ut more Ciceronis utamur epilogo. ad perorandum sicut ille in Thusculanis de morte differēs fecit. Ita nos ī hoc opere testimonia diuina: qbus credi possit: adhibere debemus: ut illorum persuasionem reuincamus: qui sine ira deum esse credentes dissoluunt omnem religionem: sine qua ut ostendimus: aut īmanitate beluis: aut stultitia pecudibus adęquamur. In sola enim religione: id est in dei sūmi notione. sapiētia est. Prophętę uniuersi diuino spiritu repleti: nihil aliud q̄ de gratia dei erga iustos & de ira eius aduersus ipsos loquunt̄. quorū testimonia nobis quidem satis sunt. uerum his quoniam non credunt isti qui sapientiam capillis & habitu iactāt: ratione quoq3 & argumentis fuerant a nobis refellēdi. sic enim pręposterē agitur: ut humana diuinis tribuāt autho ritatem: cum potius humanis diuina deberent. Quę nūc sane omittamus. ne nihil apud istos agamus. & in infinitū materia procedat. Ea igit̄ quęramus testimonia: qbus illi possīt aut credere: aut certe nō repugnare. Sibyllas pluri mi & maximi authores tradiderūt gręcorū: Aristochius:

& Apollodorus Erythreus: nostrorū Varro & Fenestella. Ii omnes pręcipuam & nobilem pręter cęteras. Erythręā fuisse commemorant. Apollodorus quidem ut de ciui ac populari sua gloriatur. Fenestella uero etiam legatos Erythras a senatu esse missos refert. ut huius Sibyllę carmina Romam deportarent. & ea consules Curio & Octauianus in capitolio quod tunc erat curante. Q. Catulo restitutum: ponēda curarent. Apud hanc de summo & cōditore rerum deo huiusmodi uersus reperiuntur.

αφθαρτοσ κτ ιστησ αιωνιοσ αιθερα ναιων
τοισ ακαλοισ ακακον προφερων πολυ μειζονα μισθον
τοισ δε κακοισ αδικοισ τε χολον και θυμον εγειρων:

Id est incorruptibilis & conditor ęternus in aere habitās bonis bonum proferens. iustis multo maiorem mercedē. iniustis autem & malis iram & furorem excitans. Rursus alio loco enumerans. quibus maxime facinoribus incitetē deus hęc intulit.

φευγε δε λατρειασ ανομουσ. θεω ζωντι λατρευε
μοιχειασ τε φυλασσε. και αρρενοσ ακριτον ευνην
ιδιαν γενεαν παιδων τρεφε μηδε φονευε
και γαρ αθανατοσ κεχολωσεται οσ κεν αμαρτη.

Id est. fuge sceleratas. religiōes. & uiuo deo serui. ab adulterio te abstine. & masculi permixtione praua. propriam generationem crea. & ne occidas. His enim deus imortalis irascitē qui hęc agūt. Indignatē ergo aduersus peccatores.

Capitulum. xxiii. Authoritatibus aliarū Sibyllarum iram dei probat.

Uerum quia plures ut ostendi Sibyllę a doctissimis authoribus fuisse tradūtur: unius testimoniū satis non sit ad confirmandam sicut intendimus ueritatem. Cumque quidem uolumina: quibus Romanorum fata cōscripta sunt: in arcanis habentur. Cęterarum tamen fere omniū libelli: quo minus in usu sūt: omnibus nō uetantē. Ex quibus alia denuncians uniuersis gentibus iram dei ob impietatem hominum hoc modo exorsa est.

ερχομενησ οργησ μεγαλησ επ ϊκοσμον απαθη
εσχατοισ αιωνα θεου μηνυματα φερω
πασι προφητευουσα κατα πολιν ανθρωποισι
Id est. Veniēt irę magnę super mundū. dei ꝓnunciatiões enarrans. Omnibus hominibus in urbibus prophetans. Alia quoq; per indignationem dei aduersus iniustos: cataclysmū priore seculo factū esse dixit. ut malitia generis humani extingueretur.
εξ ου μην ισαρτοσ επουραν ϊοιο και ανθρωποισι ηνεπασι
γην καλυψε θαλασσα αυταισι πολεσι κατακλυσμοιο ρα
γεντοσ. Id est. ex quo irascente coelesti deo ipsas ciuitates cū hominibus cūctis & terram: mare: cooperuit diluuio rupto. Simili modo de flagrationem postea futuram uaticinata est: qua rursus impietas hominum deleat̄. και ποτε την οργην θεου ουκετι πραϋνοντα αλλ εξεμβριθοντα και εξολυοντα γενναν ανθρωπων πασαν υπεμβρισμον. Vnde apud Nasonem de Ioue ita dicitur.
Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus.
Quo mare quo tellus: corruptaq; regia coeli.
Ardeat & mundi moles operosa laboret.
Quod tunc fiat necesse est : cū honor & cultus dei sūmi apud homines interierit. Eadem tamē placari eum poenitentia factorum & sui emendatiōe constās hęc addidit. αλλ ελεει μεταθεσθε βροτοι δη μηδε προσ οργην παντοιην αγαγητε θεον μεγαν. Omnes ergo homies trāsferte uos. neq; ad iram ducite deum magnum. Item paulopost. ουκ ολεσ ει πανσειδε παλιν χολον επαν απαντεσ ευσεβειην περι θυμω εν ι φρεσι ιρασκησητε. Neq; perdet irę autem parcet : cum omnes pietatem ex mente percipiatis. Deinde alia Sibylla coelestium terrenorū genitorē diligi oportere denūciat: ne ad perdendos homines indignatio eius insurgat.
μηποτε θυμωθεισ θεοσ αφθιτοσ εξαπολεσει παν γενοσ ανθρωπων βιοτον και φυλον αναιδεσ δει στεργειν γενετηρα θεον σοφον εοντα. Ne forte iratus incorruptibilis deus omne genus hominum perdat. uitam tribuēs improbā. oportet enim genitorem deum amari: qui plenus est & sapiēs. Ex his apparet uanas esse rationes Philosophorum : qui deū

putant sine ira.& inter cęteras laudes eius id ponunt: q̃d est contra ipsam maiestatem. Regnum hoc imperiumq; terrenum nisi metus custodiat:soluitur. Aufer irã Regi. non modo nemo ei parebit: sed etiam de fastigio precipitabitur.immo uero cuilibet humili eripe hunc effectum Quis eum non spoliabit? Quis non deridebit? Quis non afficiat iniuria? Ita nec indumenta:nec sędem:nec uictum poterit habere : aliis quicquid habuerit : diripientibus: nedum putemus coelestis imperii maiestatem sine ira & metu posse consistere. Apollo Milesius de Iudęorum religione consultus responso hoc indidit.ιν δ̓ εϐεον βασ ιλιια και γεννητηρα προπαρ τωνον τρεμεται Γαια και ουρανοσ ηδε θαλασσα ταρταρεοι τε μνχοι και δαιμονεσ αποφριττουσ ι. Regem autem & genitorem ante omnia quem terra cõtremiscit. coelũq; & mare & latebrę tartarcę & dęmones abhorrescunt $i tamẽ lenis est:q̃ Philosophi uolũt: quomõ ad nutum eius non modo dęmones & ministri tandem potestatis : sed etiam coelum & terra & rerum natura oĩs cõtremiscit.$i enĩ nullus alteri seruit nisi coactus: omne igitur imperium metu constat.metus autem per iram.nã si nõ moueatur quis aduersus parere nolentem: nec cogi poterit ad obsequium.Consulat unusquisq; affectus suos iam intelliget neminẽ posse sine ira & castigatiõe imperio subiugari.Vbi ergo ira non fuerit: imperium quoq; non erit.Deus autẽ habet imperium:ergo & iram qua constat imperium:habeat necesse est.

Capit.xxiiii. Concludit deum amandum: uerendum honorificandũ & metuendum.

QVapropter nemo uaniloquentia Philosophorum inductus:ad contemptum se dei erudiat.quod est maximum nefas:Debemus hunc omnes & amare q; pater est:& uereri q; dominus: & honorificare q; beneficus : & metuere q; seuerus:utraq; persona in eo uenerabilis. Quis salua pietate non diligat animę suę parentem ? Aut quis impune contemnat eum:qui rerum dominator habeat in

omnes ueram & ęternam potestatem? Si patrē consideres: ortum nobis ad lucē qua fruimur: subministrat. per illū uiuimus: per illum in hospitiū huius mūdi intrauimus. Si deum cogites. ille nos innumerabilibus copiis alit: ille sustētat: in huius domo habitamus: huius familia sumus & si minus obsequens q̄ decebat: minusq̄ officiosa domini & parentis īmortalia merita poscebant: tamē plurimum proficit ad ueniam consequendam: si cultum eius notionemq̄ teneamus. si abiectis humilibus terrenisq̄ tā rebus q̄ bonis coelestia. & diuina sempiterna meditemur. Quod ut facere possimus: deus nobis sequēdus est: deus adorandus. quoniam in eo est materia rerum: & ratio uirtutum: & fons bonorū. Quid eni deo aut potentia maius est. aut ratione perfectius. aut claritate luculentius? Qui quoniam nos ad sapientiam genuit: ad iustitiā pcreauit non est fas hominem relicto deo sensus ac uitę datore terrenis fragilibusq̄ famulari. aut quęrendis temporalibus bonis inhęrentem ab innocentia & pietate discedere Non faciunt beatum uitiosę ac mortiferę uoluptates. nō opulentia libidinum incitatrix: nō inanis ambitio: nō caduci honores. quibus illaqueatus animus humanus: & corpori mācipatus ęterna morte damnatur: sed sola iustitia. cuius legittima & digna merces est immortalitas. quam statuit a principio deus sanctis: & incorruptis mentibus. quę se a uitiis & ab omni labe terrena integras inuiolatasq̄ conseruant. Huius pręmii coelestis ac sempiterni participes esse nō possunt. qui fraudibus: rapinis: circūscriptiōibus conscientiam suam polluerunt. quiq̄ iniuriis hominum nefariis commissis indelebiles sibi maculas inusserunt. Proinde uniuersos oportet qui sapientes: qui homines merito dici uolunt: fragilia contemnere: terrena calcare: humilia despicere: ut possint cū deo beatissīa necessitudie copulari. Auferatur impietas: discordię: dissensionesq̄ turbulentę ac pestiferę sopianť. quibus humanę societates & publici foederis diuina coniūctio irrumpitur: dirimiť dissipatur. Quantum possumus boni ac benefici esse meditemur. Siquid nobis operum: siquid suppetit copiarū:

non uoluptati unius:sed multorum saluti impartiatur. Voluptas enim tam mortalis est q̃ corpus. cui exhibet ministerium. Iustitia uero & beneficētia tam immortales q̃ mens & anima: quę bonis operibus similitudinem dei assequit̃. Sit nobis deus non in tēplis:sed in corde nostro consecratus. Destructibilia sunt omnia quę manu fiunt. mundemus hoc templum quod non fumo:non puluere sed malis cogitationibus sordidatur. quod non cęreis ar dentibus: sed claritate ac luce sapientię illuminat̃. In quo si semper deum crediderimus esse pręsentem:cuius diuini tatis potentia ita uiuemus: ut & propitium semper habe amus. & nunq̃ ueteamur iratum.

¶ Lactantii Firmiani de opificio dei uel for matione hominis. ¶ Liber. ad Demetrianum auditorem suum.

¶ Prohemium in quo narrat cur hoc opus desumpserit. ¶ Capitulum primnm.

Quam minime sim quietus etiam summis necessitatibus ex hoc libello poteris exi stimare:quē ad te rudibus pene uerbis prout ingenii mediocritas tulit: Deme triane perscripsi. ut & quottidianum studium meum nosses. & non deessem tibi pręceptor etiam nunc:sed honestioris rei: meliorisq̃ doctrinę. Nam si te i litteris nihil aliud q̃ linguam instru entibus auditorem satis strennuū prębuisti:quāto magis in his ueris & ad uitā pertinētibus docilior esse debebis: apud quem nūc profiteor:nulla me necessitate uel rei uel temporis impediri : quo minus aliquid excudam : quo Philosophi nostrę sectę quam tuemur:instructiores docti oresq̃ in posterū fiant:q̃uis nunc male audiāt. castigenturq̃ uulgo:q̃ aliter q̃ sapientibus conuenit: uiuāt. & uitia sub obtentu nominis cęlent:quibus aut mederi oportuit:aut ea prorsus effugere: ut beatum atq̃ incorruptum sapiētię

nomen: uita ipsa cum præceptis congruēte præstarēt. Ego tamē ut nosipsos simul & cæteros instruā:nullū laborem recuso neq; enim possum obliuisci mei : tū præsertim cū maxime opus sit meminisse. sic ne tu quidē tui ut spero & opto. Nam licet te publicę rei necessitas a ueris & iustis operibus auertat:tamen fieri non potest:quin subinde in coelum aspiciat mens sibi conscia recti. Ego quidē lętor: omnia tibi quę pro bonis habentur : prospere fluere. sed ita si nihil de statu mētis immutēt. Vereor enī ne paulatī consuetudo & iucunditas earum rerum sicut fieri solet: in animum tuum repat. Ideoq; te moneo: ne oblectamēta ista terrę pro magnis aut ueris bonis habere te credas quę sunt non tantum fallacia quia dubia:uerū etiam insidiosa quia dulcia. Nam & ille colluctator & aduersarius noster scis q̄ sit astutus. & idem ipse uiolentus. sicuti nūc uidemus. Iis hęc omnia quę illicere possūt pro laqueis habet. & quidem tam subtilibus:ut oculos mentis effugiant: ne possint hominis prouisione uitari. Summa ergo prudētia est pedetentim incedere quoniam utrobiq; saltus insidet. & offensacula pedibus latenter opponit. Itaq; res tuas ꝓprias in quibus nunc agis: suadeo ut pro tua uirtute aut contemnas:si potes:aut non magnopere mireris Memēto & ueri parentis tui. & in qua ciuitate nomen dederis. Et cuius ordinis fueris. intelligis profecto quid loquar. Nec enim te superbię arguo: cuius in te ne suspitio quidē ulla est. sed ea quę dico. ad mentē referenda sunt nō ad corpus cuius omnis ratio ideo comparata est : ut animo tanquā domino seruiat: & regat̄ nutu eius. Vas est enī quodāmō fictile quo animus. id est homo ipse uerus continetur. & quidem non a Promętheo fictum ut Poetę loquūtur: sed a summo illo rerū conditore ac artifice deo. cuius diuinā prouidentiam perfectissimamq; uirtutem nec sensu comprehendere ; nec uerbo enarrare possibile est. Temptabo tamen quoniā corporis & animi facta mentio est: utriusq; rationem quantum pusillitas intelligentię meę peruidet: explicare. quod officiū hac de causa maxime suscipiendū puto. quod. M. Tullius uir ingenii singularis in quarto

de republica libro cum id facere temptasset: materiā late patentem angustis finibus terminauit leuiter sūma queq3 decerpens. Ac ne ulla esset excusatio: cur eum locum non fuerit exsecutus: ipse testatus est. nec uoluntatem sibi defuisse nec curam. In libro enim de legibus primo cū hoc idem summatim stringeret sic ait. Hunc locum satis ut mihi uidetur in his libris quos legistis expressi Scipio. Postea tamen in libro de natura deorū secundo. hoc idē latius exsequi conatus. Sed quoniā nec ibi quidem satis expressit: aggrediar hoc munus & summā mihi audacter explicandum: quod homo disertissimus pene omisit intactum. Forsitan reprehendas: q̄ i rebus obscuris coner aliquid disputare. cum uideas tanta temeritate homines extitisse: qui uulgo Philosophi nominanť. ut ea quę abstrusa prorsus atq3 abdita deus esse uoluit: scrutarentur. ac naturam rerum coelestium terrenarumq3 conquirerēt. quę a nobis longe remotę neq3 oculis contrectari: neq3 tangi manu: neq3 percipi sensibus possunt. Et tamen de illarum omnium ratione sic disputant: ut ea quę afferunt: probata & cognita uideri uelint. Quid est tandem cur nobis inuidiosum quisq̄ putet: si rationem corporis nostri īspicere & contemplari uelimus? Quę plane obscura non est: quia ex ipsis membrorum officiis & usibus partiū singularū quāta ui ꝓuidentię quisq3 factus sit ītelligere nobis licet.

¶ Capitulum .ii. ¶ Quę deus homini: & quę cęteris animalibus dedit.

Dedit enim homini artifex ille noster ac parēs deus sensum atq3 rationem: ut ex eo appareret nos ab eo esse generatos. quia ipse intelligentia: ipse sensus ac ratio est. Cęteris animātibus quoniam rationalem istam uitam non attribuit: quemadmodum tamen uita earum tutior esset: ante prędidit. Omnes enim suis ex se pellibus texit. quo facilius possent uim pruinarū ac frigora sustinere. Singulis autem generibus ad propulsandos impetus externos sua ꝓpria munimēta cōstituit. ut aut naturalibus

telis repugnent fortioribus. aut quę sunt ibecilliora sub-trahant se periculis pernicitate fugiendi. aut quę simul & uiribus & celeritate indigēt: astu se protegāt aut latibulis sepiant. Itaq; alia eorū uel plumis leuibus in sublime sus-pensa sūt: uel suffulta ungulis: uel īstructa cornibus: qui-busdam in ore arma sunt dentes: aut in pedibus adunci ungues. nulliq; munimētum ad tutelam sui deest. Si qua uero in prędā maioribus cedūt: ne tamē stirps eorū fūdi-tus interiret: aut in ea sūt relegata regiōe: ubi maiora esse nō possūt: aut accepērūt uberē generādi fęcunditatē. ut & uestiis quę sanguine alantur uictus suppeteret ex illis: & illatā tamē cladē ad conseruatiōe generis multitudo ipsa superaret. hominē aūt ratiōe cōcessa & uirtute sētiēdi atq; eloquēdi data eorū quę cęteris aīlibus attributa sūt: fęcit expertē. quia sapiētia reddere poterat: quę illi naturę conditio denegasset. statuit nudū & inermē: qa & ingenio poterat armari & ratione uestiri. Ea uero ipsa quę mutis data: & hoī denegata sūt q̄ mirabiliter hoī ad pulchritu-dinē faciāt: exprimi non pōt. Nā si hoī ferinos dentes: aut cornua: aut ungues: aut ungulas: aut caudā: aut uarii co-loris pilos addidisset: qs nō sētiat q̄ turpe aīal esset futurū sicut muta si nuda & inermia fingerent. Quibus si detra-bas uel naturalē sui corpis uestē: uel ea qbus ex se armanē nec speciosa poterūt eē nec tuta. ut mirabiliter si utilitatē cogites: īstructa: si speciē ornata uideanē. Adeo miro mō consentit utilitas cū decore. hominē uero: quoniā ęternū animal atq; īmortale fingebat: nō forinsecus ut cętera: sed interius armauit. nec munimentū eius in corpe sed ī aīo posuit. quoniā superuacuū fuit cū illi q̄d erat maximū: tribuisset: corporalibus eū tegere munimētis: cū presertī pulchritudinem humani corporis impedirent.

Ca. iii. Contra Epicureos disputat: qui opera naturę damnabāt. & pręcipue q̄ homo cęteris animantibus imbecillior oriatur.

Unde ego Philosophorum qui Epicurum sequunē amentiā soleo mirari. q̄ naturę opera reprehendunt:

ut oſtendant nullla prouidentia inſtructum eſſe. ac regi mundum : ſed originem rerum in ſecabilibus ac ſolidis corporibus aſſignant. quorum fortuitis concurſionibus uniuerſa naſcantur : & nata ſint. Preterea quę ad ipſum mundum uitio dant: in quo ridicule inſaniunt: id ſumo: quod ad rem de qua nunc agimus pertinet. Queruntur hominē nimis imbecillū & fragilē naſci : q̄ cętera aniālia naſcuntur. quę ut ſunt edita ex utero : protinus in pedes ſuos erigi: & geſtire diſcurſibus. ſtatimq aeri tolerando ideonea eſſe: q̄ in lucem naturalibus indumentis munita proceſſerint. hominem cōtra nudum, & inermem tanq̄ ex naufragio ī huius uitę miſerias proiici & expelli. qui neq mouere ſe loco ubi effuſus eſt: poſſit nec alimentū lactis appetere: nec iniuriam temporis ferre. Itaq naturam non matrem eſſe humani generis: ſed nouercam. quę cū mutis tam liberaliter geſſerit: hominē uero ſic effuderit: ut īops & infirmus: & omni auxilio indigens: nihil aliud poſſit q̄ fragilitatis ſuę conditionē: ploratu ac fletibus ominari. ſcilicet cui tantum in uita reſtet tranſire malorum. Quę cum dicunt: uehementer ſapere creduntur. propterea q unuſquiſq inconſiderate ſuę cōditioni ingratus eſt. Ego uero illos nūq̄ magis deſipere cōtendo: q̄ cū hoc loquūt. Conſiderās enim conditionem rerum intelligo nihil fieri aliter debuiſſe: ut non dicam potuiſſe : quia deus poteſt omnia. ſed neceſſe eſt : q illa prouidentiſſima maieſtas id effecerit. q̄d erat melius & rectius. Libet igit interrogare iſtos diuinorū operū rephēſores: q̄d in hoīe deeſſe: q̄a ībecillior naſcit: credāt. Nū iccirco minus educent hoīes: nū minus ad ſūmū robur ętatis ꝑuehant. nū ībecillitas: aut incrementū īpediat: aut ſalutē. quoniā quę deſūt ratio de- pēdit! At hoīs īqūt educatio maximis laboribus cōſtat: pecudū ſcilicet cōditio melior. q hę oēs cū fętū ediderit: non niſi paſtus ſui curam gerunt: ex quo efficitur: ut uberibus ſua ſponte diſtentis alimentum lactis fętibus miniſtretur. & id cogente natura ſine ſollicitudine appetāt. Quid aues quarum ratio diuerſa eſt: nonne maximos ſuſcipiūt in educando labores : ut interdū aliquid humanę

intelligentię habere uideanť? Nidos enī aut luto ędificāt:
aut uirgultis & frondibus construũt: & ciborũ expertes
incubant ouis.& quoniam fętus de suis corporibus alere
non datũ est:cibos conuehunt.& totos dies ĩ huiusmodi
discursatione consumũt.noctibus uero defendũt: fouēt:
protegunt.Quid amplius facere homines possũt.nisi hoc
solum fortasse.ꝗ non expellunt adultos: sed perpetua ne
cessitudine ac uinculo caritatis adiunctos habent? Quid
ꝗ auium fętus multo fragilior est q̃ hominis? Quia non
materno corpore ipsũ animal edũt: sed id quod materni
corporis fętu & calore tēpefactum animal efficiat: quod
tamen cum spiritu fuerit animatum: Id nero implume ac
tenerum non modo uolandi sed ambulandi quoq; usu
caret.Nõ ergo ineptissimus: siquis putet male cum uolu
cribus ęgisse naturam: primum ꝗ bis nascuntur. deinde
ꝗ tam infirmę. ut sint quęsitis per laborem cibis a paren
tibus nutriendę.Sed illi fortiora eligũt. imbecilliora prę
tereunt.Quęro igitur ab his qui conditionem pecudum
suę prę ferunt: quid eligant si deus his deferat optionem:
utrum malint humanam sapientiam cum imbecillitate:
an pecudum firmitatem cum illorum natura.Scilicet nõ
tam pecudes sunt: ut non malint uel fragiliorem multo
q̃ nunc est: dummodo humanam: q̃ illam irrationabilem
firmitatem.Sed uidelicet urudentes uiri.neq; hominis ra
tionem uolunt cum fragilitate: neq; mutorũ firmitatem
sine ratione.Quod nihil est tam repugnãs: tanq; cõtrariũ:
q̃ ꝗ unumquodq; animal aut ratio ĩstruat necesse est: aut
conditio naturę. Si naturalibus munimentis instruatur:
superuacua ratio est. Quid enim excogitabit: qd faciet:
aut qd molietur? Aut in quo lumen illud ingenii ostēdet
cum ea quę possunt esse rationis: ultro natura concedat?
Si autem ratione sit prędituum: quid opus erit sępimentis
corporis: cum semel concessa ratio naturę munus possit
implere? Quę quidem tantum ualet ad ornandum tuen
dumq; hominem: ut nihil potuerit maius ac melius a deo
dari.Deniq; cum & corporis non magni homo: & exigu
arum uirium: & ualitudinis sit infirmę: tamen quoniã id

quod est maius accepit: & instructior est ceteris animalibus & ornatior. Nam cum fragilis imbecillusque nascatur: tamē & a mutis omnibus tutus est: & ea omnia quę firmiora nascuntur: etiam si uim coeli fortiter patiuntur: ab hoīe tamen tuta esse nō possunt. Ita fit ut plus homini cōferat ratio: q̄ natura: mutis quoniā ī illis nec magnitudo uiriū: neque firmitas corporis efficere potest: quo minus aut opprimant̄ a nobis: aut nostrę subiecta sint potestati. Potest ne igitur aliquis cum uideat etiam boues uaccas cū īmanissimis corporibus seruire homini: queri de opifice rerū deo: quod modicas uires: quod paruum corpus acceperit? nec beneficia in se diuina pro merito ęstimat: quod est igrati aut ut uerius loq̄mur isani? Plato ut hos credo ingratos refelleret naturę gratias ęgit: quod homo natus esset. Quanto melius & sanius: qui sensit conditionem hominis esse meliorem: q̄ isti qui se pecudes natos esse maluerunt? Quos si deus in ea forte conuerterit animalia quorum sortem pręferunt suę: iam profecto cupiant remigrare magnisque clamoribus conditionem pristinam flagitent: quia nō est tanti robur ac firmitas corporis ut officio linguę careas. aut auium per aerem libera discursatio: ut manibus indigeas. Plus enim manus pręstant q̄ leuitas usũsque pennarū plus lingua q̄ totius corporis fortitudo. Quę igit̄ amētia est ea pręferre: quę si data sint: accipere detrectes.

Ca. iiii. Contra Epicureos conquerentes hoīes morbis & imaturę morti subiectos.

Idem querunt̄ hominē morbis & immaturę morti esse subiectum. Indignantur uidelicet non deos se esse natos. Minime inquiūt: sed ex hoc ostendimus hominem nulla prouidētia esse factū. quod aliter fieri debuit. Quid si ostendero id ipsum magna ratione prouisū esse: ut morbis uexari posset. & uita sua in medio cursus sui spatio rumperet̄? Cū eni deus animal q̄d fecerat: sua spōte ad mortē trāsire cognouisset: ut mortē ipsā quę est dissolutio naturę capere possit: dedit ei fragilitatē quę morti

aditum ad dissoluendum animal inueniret. Nam si eius roboris fieret : ut ad eum morbus & ęgritudo adire non posset : ne mors quidem posset : quoniam mors sequela morbum est. Immatura uero mors quomodo a besset ab eo : cui esset constituta natura Nempe nullum hominem mori uolūt: nisi cum centesimū ętatis compleuerit annū. Quomodo illis in tanta repugnātia rerum ratio poterit constare! Vt enim ante annos centū mori quisq; nō possit aliquid illi roboris quod sit immortale tribuendum est. Quo concesso. necesse est conditionem mortis excludi. Id autem ipsum cuiusmodi potest esse : quod hominem contra morbos & ictus extraneos: solidum atq; inexpugnabilem faciat! Cum enim constet ex ossibus & neruis : & uisceribus & sanguine. quid horum potest esse tā firmū: ut fragilitatem repellet ac mortem! Vt igitur homo indissolubilis sit ante illud tēpus: quod illi putant oportuisse constitui. ex qua ei materia corpus attribuant! Fragilia sunt omnia quę uideri ac tangi possunt. Superest ut aliqd ex coelo petant. quoniam in terra nihil est. quod non sit infirmum. Cum ergo sic homo formādus esset a deo: ut mortalis esset aliquando : res ipsa exigebat : ut terreno & fragili corpore fingeretur. Necesse est igitur ut mortem recipiat quādolibet: quoniam corporalis est. Corpus enī quodlibet solubile atq; mortale est. Stultissimi ergo qui de morte immatura quęruntur. quoniam naturę cōditio locum illi facit. Ita consequēs erit: ut morbis quoq; subiectus sit. Neq; enim patitur natura : ut abesse possit infirmitas ab eo corpore: quod aliquādo soluendum est. Sed putemus fieri posse quemadmodū uolunt: ut homo non ea conditione nascatur. qua morbo morti ue subiectus sit : nisi peracto ętatis suę spatio: ad ultimam processerit senectutem. Non igitur uident: si ita sit constitutum: qd sequatur. homini utiq; certo tempore mori nullo modo posse. Sed si prohiberi ab altero ictu potest : mori potest. Res igitur exigit: ut homini qui ante certum diē mori non potest. ciborum alimētis quia subtrahi possūt: opus nō sit. si opus cibo nō erit: iam nō homo ille sed deus fiet.

Ergo ut superius dixi: qui de fragilitate hoīs queruntur ad potissimum queruntur: quod non immortales sempiternique sint nati. Nemo nisi senex mori debet. Atqui mortalitas non potest cum immortalitate coniungi. Si enim mortalis est in senectute: immortalis esse in adolescentia non potest. Nec est ab eo cōditio mortis aliena: q quādoque moriturus est. nec ulla immortalitas est: cui sit terminus constitutus. Ita fit ut & immortalitas: exclusa in ppetuū & ad tempus recepta mortalitas: hominem constituat in ea conditione: ut sit in qualibet ętate mortalis. Quadrat igitur necessitas undique: nec debuisse aliter fieri: nec fas fuisse. Sed isti rationem sequentium nō uident: q̄a semel errauerūt in ipsa summa. Exclusa eni de rebus humanis diuina prouidentia: necessario sequebatur: ut omnia sua sponte sint nata. Hinc inuenerūt illas minutorum seminū plagas & concursiones fortuitas: quia rerum originē non uidebant. In quas se angustias cum cōiecissent: iā cogebat eos necessitas existimare animis cum corporibus nasci. & item cum corporibus extingui. Assumpserant enim nihil fieri mente diuina. quod ipsum nō aliter probare poterāt q̄ si ostenderent esse aliqua in quibus uiderēt p̄uidentię rationem claudicare. Reprehenderunt igitur ea in quibus uel maxime diuinitatē suā prouidentia mirabiliter expressit. ut illa quę retuli de morbis & immatura morte: cū debuerint cogitare: his assumptis quę necessario sequerentur. Sequuntur autem illa quę dixi. si morbum non reciperet neque tectis neque uestibus indigeret. Quid enim uentos: aut hymbres: aut frigora metueret. quorum uis in eo est: ut morbos afferant. Iccirco enim accepit sapientiam: ut aduersus nocentia fragilitatē suā muniat. Sequit̄ necesse est: ut quoniā retinēdę ratiōis causa morbos capit: etiā mortē semp accipiat: quia is ad quē mors non uenit: firmus sit necesse est. Infirmitas autē habet in se mortis conditionē. Firmitas uero ubi fuerit: nec senectus locū potest habere nec mors quę sequit̄ senectutē. Pręterea si mors certe cōstituta esset ętati: fieret homo insolentissimus & humanitate omni careret. Nam fere iura omnia humanitatis: quibus

inter nos coheremus ex metu & conſcientia fragilitatis oriūtur. Deniq; imbecilliora & timidiora queq; animalia congregant̄:ut quoniā uiribus tueri ſe nequeunt: multitudine tueant̄. Fortiora uero ſolitudines appetūt. quoniā robore uiribuſq; confidunt. Non quoq; ſi eodem modo haberet: ad propulſanda pericula ſuppetens robur: nec ullius alterius auxilio indigeret: que ſocietas eſſet: que ue ratio: que humanitas: Aut quid eſſet deterius homie: quid efferatius: quid immanius: Sed quoniam imbecillis eſt: nec per ſe poteſt ſine homine uiuere: ſocietatē appetit. ut uita communis & ornatior fiat & tutior. Vide igitur omnem hominis rationem in eo maxime ſtare: q; nudus fragiliſq; naſcitur. q; morbis afficitur. q; īmatura morte multatur. Que ſi homini detrahantur: rationem quoq; ac ſapientiā detrahi neceſſe eſt. Sed nimis diu de rebus aptis diſputo: cū ſit liquidum: nihil ſine prouidētia nec factū eſſe unq̄: nec fieri potuiſſe. De cuius operibus uniuerſis ſi nunc libeat diſputare per ordinem infinita materia eſt. Sed ego de uno corpore hominis tantum inſtitui dicere: ut in eo diuine ꝓuidentie poteſtatē quanta fuerit: oſtēdā: his dūtaxat in rebus que ſunt comprehenſibiles & apte. Nam illa que ſunt anime nec ſubiici oculis: nec comprehendi queunt. Nunc de ipſo uaſe hominis loquimur q̄d uidemus.

Ca. v. De differentia creationis animaliū brutorum & hominis ſecundum corpus.

IN principio cum deus fingeret animalia: noluit ea in rotundam forme ſpeciē cōglobare atq; colligere. ut & moueri ad ambulandum: & flectere ſe in quamlibet partem facile poſſēt: ſed ex ipſa corporis ſumma ꝓduxit caput. Item produxit membra quedam longius que uocantur pedes: ut alternis motibus ſolo fixa producerent animal: quo mens tuliſſet: aut quo petēdi cibi neceſſitas ꝓuocaſſet. Ex ipſo aūt uaſculo corpis q̄ttuor fecit extantia bina poſterius: que ſunt in omnibus pedes: Item bina

capiti & collo proxia: quę uarios animãtibus usus pbent. In pecudibus sunt posteriores pedes. ac similes feris. In homine autem manus quę non ad ambulandum: sed ad faciendum temperandum sunt natę. Est & tertium genus in quo priora illa neq; pedes: neq; manus sunt: sed alę in quibus pennę per ordinem fixę uolandi exhibent usum. Ita una fictio diuersas species & usus habet. Atq; ut ipsã corporis crassitudinẽ firmiter cõprehenderet: maioribus & breuibus ossibus inuicem colligatis: quasi carinã com pegit quam nos dicimus spinam. eãq; noluit ex uno perpetuoq; osse formare: ne gradiendi: flectendiq; se facultatẽ animal non haberet. Ex eius parte quasi media: costas: id est transuersa & plana ossa porrexit in diuersum. quibus clementer curuatis: & in se uelut in circulum pene conductis: īterna uiscera cõtegant. ut ea quę mollia & minus ualida fieri opus erat: illius solidę cratis amplexu possent esse munita. In sũma uero constructionis eius: quã similẽ nauis carinę diximus: caput collocauit. i quo esset regnũ totius animantis. Datum q; illi hoc nomen est: Vt quidẽ Varro ad Ciceronem scribit: q; hinc capiant initiũ sensus ac nerui. Ea uero quę diximus de corpore uel ambulãdi: uel faciendi: uel uolandi causa esse producta: neq; nimiũ longis propter celerem mobilitatẽ: neq; nimiũ breuibus propter firmitatẽ: sed & paucis & magnis ossibus cõstare uoluit. Aut enim bina sunt: ut in homie aut quaterna: ut in quadrupede: quę tamen nõ fecit solida: ne in gradiẽdo pigritia & grauitas retardaret: sed cauata & ad uigorem corporis conseruandum medullis intrinsecus plena. eaq; rursus non ęqualiter porrecta finiuit: sed summas eorum partes crassioribus nodis conglobauit. ut & substringi uerius facilius: & uerti tutius possent. Vnde sunt uertibula nominata. Eos nodos firmiter solidatos leui quodam operculo texit: quod dicitur cartilago: scilicet ut sine attritu: & sine sensu doloris aliquo flecterentur. eosdem tamen non in unũ modum informauit. Alios enĩ fęcit siplices & in orbẽ rotundos. i his dũtaxat articulis: in quibus moueri membra i omnes partes oportebat: ut

in scapulis: quoniam manus utrumlibet agitari & cōtorqueri necessarium est. Alios autem latos & ęquales & in unā partē rotundos: & in his utiq; locis ubi tantūmodo curuari mēbra in omnes partes oportebat. ut in genibus & in cubitis: & in manibus ipsis. Nam sicut manus ex eo loco: unde oriuntur ubiq; uersus moueri speciosū simul & utile fuit: sic profecto si hoc iidem etiam cubitis accideret & superuacuus esset eiusmodi motus & turpis. Iā enim manus amissa dignitate quā nunc habet: mobilitate nimia promuscidis similis mirabiliter uideretur. essetq; homo plane anguimanus. Quod genus in illa imanissima belua mirabiliter effectū est. Deus enim qui prouidentiā & potestatem suam multarum rerum mirabili uarietate uoluit ostendere: quoniam caput eius animalis non tam longe porrexerat: ut terram posset ore contingere. quod erat futurū horribile atqui tetrū. & quia os ipsū ꝓfusis dentibus sic armauerat: ut etiam si contingeret palcendi tamen facultatem dentes adimerent: produxit inter eos a summa fronte molle ac flexibile membrum quo prēdere. quo tenere quodlibet posset: ut rationem uictus capiendi uel dentium prominēs magnitudo: uel ceruicis breuitas non impediret.

Ca. vi. Contra Epicurum qui ex atomis fortuito concurrentibus compactum fabricatumq; hominem disputauit.

Non possum hoc loco teneri quo minus Epicuri stultitiam coarguam. Illius enim sunt omnia quę delirat Lucretius. Qui ut ostēderet animalia nō artificio aliquo diuinę mentis: sed ut solet fortuito esse nata: dixit in principio mūdi alias quasdā innumerabiles animātes mirāda specie & magnitudie fuisse natas sed eas pmanere nō potuisse: q; illas aut sumendi cibi facultas: aut coeūdi generādiq; ratio defecisset. Videlicet ut & atomis suis locū faceret: diuinā prouidentiā uoluit excludere. Sed cum uideret i oibus quę spirāt: mirabilē ꝓuidētię iesse rationē

quod malũ uanitatis erat dicere fuisse animalia ꝓdigiosa in quibus ratio cessasset? Quoniam igitur omnia quę uidemus cum ratione nata sunt: id eñi ipsum nasci efficere: nisi ratio non potest: manifestum est nihil omnino ratiõis expers potuisse generari. At enim prouisũ est in singulis quibusq; fingendis: quatenus & ministeria membrorum ad necessaria uitę uteret. & quatenus adiugatis corpibus elata soboles: uniuersas generatim conseruaret animantes. Nam si peritus architectus cum magnũ aliquod ędificiũ facere constituit: primo omnium cogitat: quę sũma pfecti ędificii futura sit: & ante emetatur quem locũ leue põdus expectet: ubi magni operis statuta sit moles: quę columnarum interualla: qui aut ubi aquarũ cadentiũ decursus & exitus & receptacula: Hęc inquam prius prouidet: ut quęcunq; sunt profecto operi iam necessaria cũ ipsis fundamentis pariter ordiatur: Cur deũ quisq̃ putet in machinandis animalibus non ante prouidisse: quę ad uiuendũ necessaria essent q̃ ipsam uitam daret? Quę utiq; constare non posset: nisi prius effecta essent: qbus constat. Videbat igitur Epicurus in corporibus animalium diuinę ratiõis sollertiã: sed ut efficeret quod ante iprudenter assũpserat: adiecit aliud deliramentum superiori congruens. Dixit enim neq; oculos ad uidendum esse natos. neq; aures ad audiendum. neq; pedes ad ambulandum. quoniã mẽbra hęc prius nata sunt: q̃ esset usus uidendi: & audiendi: & ambulãdi. sed horum oĩa officia ex natis extitisse. Vereor ne huiusmodi portenta & ridicula refutare: non minus ineptum esse uideatur. Sed libet ineptire: quoniam cum inepto agimus. ne se ille nimis argutum putet. Quid ais Epicure? Non sunt ad uidendum oculi nati? Cur igitur uident? Postea inquit usus eorum apparuit. Vidẽdi ergo causa nati sũt. siquidẽ nihil possũt aliud q̃ uidere. Itẽ mẽbra cętera cuius rei causa nata sũt: ipse usus ostẽdit. Qui utiq; nullo mõ posset existere: nisi esset mẽbra oĩa tã ordinata: tã prouidẽter effecta: ut usũ possẽt habere. Quid eñi si dicas aues nõ ad uolandũ esse natas: neq; feras ad seuiendũ: neq; pisces ad natandũ: neq; homines ad sapiendum:

cum appareat ei naturę officioq; seruire animantes. ad q̊d est queq; generata! Sed uidelicet q summā ueritatis amisit semper erret necesse est. Si enim non prouidentia: sed fortuitis atomorum concursionibus nascuntur omnia: cur nunq̃ fortuito accidit sic coire illa principia: ut efficerēt animal eiusmodi: quod naribus potius audiret. aut odoraretur oculis: auribus cerneret. Si enī primordia nullū genus positionis expertum relinquūt: oportuit eiusmodi quotidie monstra generari: ī quibus & membrorū ordo prępostertus: & usus longe diuersus existeret. Cum uero uniuersa genera & uniuersa quoq; membra: lęges suas & ordines & usus sibi attributos tueantur: manifestum est nihil fortuito esse factū: quoniā diuinę rationis dispositio seruatur. Verum alias refellemus Epicurū: nunc de prouidentia ut cępimus differamus.

Capitulum. vii. De dei prouidentia circa uniuersalem hominis fabricam.

DEus igitur solidamenta corporis: quę ossa dicunt̃: nodata & adiuncta inuicem neruis alligauit: atq; cōstrinxit. quibus mens si excurrere aut resistere uelit: tanq̃ retinaculis uteret̃ & quidē nullo labore nulloq; conatu: sed minimo nutu totius corporis molem temperaret: ac flecteret. Hęc autem uisceribus operuit: ut quęcunq; locū decebat: utq; solida ossa cōclusa tegerentur. Itē uisceribus ipsis uenas admiscuit: quasi riuos p corpus omē diuisos per quę discurrens humor & sanguis: uniuersa membra succis uitalibus irrigaret. & ea uiscera formata ī eū modū q unicuiq; generi ac loco aptus fuit: supiecta pelle cōtexit Quā uel sola pulchritudiē decorauit: uel setis adoperuit: uel squamis muniuit: uel plumis insignibus adornauit. Illud uero commentū dei mirabile quod una dispositio & unus habitus innumerabiles animantium perferat uarietates. Nam in omnibus fere quę spirant eadem series & ordo membrorum est. Primū enim caput & huic annexa ceruix: Itē collo pectus adiunctum: & ex eo prominentes

armi: Adhęrens pectori uēter: Itē uētri subnexa genitalia. Vltimo loco femora pedesq́. Nec solum membra suum tenorem: ac situm in omnibus seruant: sed etiam partes membrorum. Nam in uno capite ipso certā sedē possidēt aures. certam oculi. nares item. os quoq́ & in eo dentes & lingua. Quę omnia cum sint eadem in omnibus animātibus: tamen infinita & multiplex diuersitas figuratorum est: q́ ea quę dixi aut productiora: aut cōtractiora lineamentis uarie differentibus comprębensa sūt. Quid illud nonne diuinum: quod in tanta uiuentium multitudine: unumquodq́ animal in sui genere & specie pulcherrimū est! Vt siquid uicissim de altero in alterum transferatur: nihil impeditius ad utilitatē nihil deformius ad aspectū uideri necesse sit. Vt si elephanto ceruicē prolixā tribuas: aut camelo breuē: uel si serpētibus pedes aut pilos addas in quibus porrecti ęqualiter: corporis longitudo nihil aliud exhibeat: nisi maculis terga distincti: & squamarū leuitate suffulti: in lubricos tractus sinuosis flexibus laberentur. In quadrupedibus autem idē opifex contextū spinę: a summo capite deductum. longius extra corpus eduxit & acuminauit in caudā. ut obscenę corporis ptes: uel propter fęditatē tegeretur: uel propter teneritudinē munirentur. ut animalia quędā minuta & nocētia: motu eius arcerentur a corpore. Quod membrum si detrahas: imperfectū sit animal ac debile. Vbi autē ratio & manus ēst: tam non est id necessarium: q̄ indumentum pilorum Adeo in suo queq́ genere aptissime congruunt: ut neq́ nudo quadrupede: neq́ homine tecto excogitari quicquā turpius possit. Cum tamē ipsa nuditas hominis mire ad pulchritudinem ualeat: nō tamen etiam capiti cōgruebat Texit ergo illud pilo. Et quia in summo futurum erat quasi summum edificii culmen ornauit. Qui ornatus nō est in orbem coactus: aut in figuram pilei teres factus. ne quibusdā partibus nudis esset informis: sed alibi infusus alibi retractus: pro cuiuslibet loci decentia. Frons ergo uallata per circuitum: & a temporibus effusi ante aures capilli: & earum summę partes in coronę modum cinctę

& occipitiū omne contectū: speciem miri decoris ostētat Iam barbę ratio incredibile est: quantum conferat ad dinoscendam corporum maturitatem uel ad differentiam sexus: uel ad decorem uirilitatis ac roboris. ut uideatur omnino non constatura fuisse totius corporis ratio: si quicq̄ aliter esset effectum.

¶ Ca. viii. ¶ De forma hominis & omniū membrorū habitudine. sed specialiter de auribus & oculis.

NVnc rationē totius hominis ostendā. singulorūq̄ membrorum quę in corpore aperta aut operta sūt: utilitates & habitus explicabo. Cum igitur statuisset deus ex omnibus animalibus solum hominem facere coelestē. cętera uniuersa terrena. Hunc ad coeli contemplationem rigidū erexit bipedē constituit. scilicet ut eadē spectaret: unde illi origo est. Illa uero depressit ad terram. ut quia nulla his immortalitatis expectatio est: toto corpore in humū proiecta: uentri pabuloq̄ seruirent. Hominis itaq̄ solius recta ratio: & sublimis status: & uultus deo patri communis ac proximus: originem suam fictoremq̄ testat̄. Eius prope diuina mens. quia non tantum animantium quę sunt in terra: sed etiam sui corporis est sortita dominatum: in summo capite collocata: tanq̄ in arce sublimis speculatur omnia: & contuetur. Hanc eius aulam non obductam porrectamq̄ formauit. ut in mutis animalibus: sed orbi & globo similem. q̄ orbis rotunditas perfectę rationis est ac figurę. Eo igitur mēs & ignis ille diuinus tanq̄ coelo tegitur. Cuius cum summū fastigiū naturali ueste texisset: priorem partē quę dicitur facies: necessariis membrorum ministeriis & instruxit pariter: & ornauit. Ac primum oculorum orbes concauis foraminibus cō clusit. a quo foratu frontē nominatā Varro existimauit. & eos neq̄ minus neq̄ amplius: q̄ duos esse uoluit. q̄ ad speciem nullus est perfectior numerus q̄ duorum sicut & aures duas quarum duplicitas incredibile est: quantā pulcbritudinem pręferat. q̄ tum pars utraq̄ similitudie

ornata est: tū ut uenientes altrinsecus uoces facilius colligantur. Nam & forma ipsa mirandum in modum ficta q̄ earum foramina uoluit esse nuda: & iobsepta. quod & minus decorum & minus utile fuisset. quoniā simpliciū cauernarum angustias prēteruolare uox posset: nisi perceptam per cauos sinus: & repercussu retentam foramina ipsa conueherent: illis similia uasculis: quibus impositis solent angustiora uasa compleri. Eas igitur aures quibus est inductū nomē a uocibus hauriendis: Vnde Virgilius Voceq̄ his auribus hausi. quia uocē ipsam Græci ακουνμ uocant ab auditu per immutationem litterę: aures uelut audes sunt nominatę. Noluit deus artifex mollibus pelliculis informare: quę pulcbritudinem demererent: pēdulas atq̄ flectentes: neq̄ duris ac solidis ossibus: ne ad usum inhabiles essent: immobiles ac rigentes: sed q̄ esset borū medium excogitauit: ut eas cartilago mollior alligaret. & habent aptam simul & flexibilem firmitatem. In his audiendi tantum officium constitutum est. sicut in oculis uidendi. Quorū pręcipue inexplicabilis est: ac mira subtilitas. quia eorum orbes gemmarum similitudinem pręferentes ab ea parte quā uidendum fuit: membranis perlucentibus texit ut imagines rerum contrapositarum tanq̄ in speculo refulgentes: ad sensum intimum penetrarent. Per eas igitur membranas: sensus ille qui dicitur mens ea quę sunt foris. transpicit. ne forte existimes: aut imaginū incursione nos cernere: ut Philosophi dixerunt. quoniā uidendi officium in eo debet esse: quod uidet non in eo quod uidetur: aut intentione aeris cum acie: aut effusiōe radiorū. quoniā si ita esset: radiū quē oculis aduertimus: uideremus donec intentus aer cum acie: aut effusi radii: ad id quod uidendum esset: peruenirēt. Cū aūt uideamus eodem momento temporis. plerunq̄ uero aliud agentes nihilominus tamen uniuersa quę contra sunt posita: ītue amur: Verius & manifestius est mētem esse quę p oculos ea quę sunt opposita: transpiciat: q̄ per fenestras lucente uitro: aut speculari lapide obductas. Et iccirco mens & uolūtas ex oculis sępe dinoscit̄. Quod quidē ut refelleret

Lucretius ineptissimo usus est argumento. Si enim mēs inqt p oculos uidet: erutis & effossis oculis magis uideret quoniā euulsę cū postibus fores: plus inferūt luminis: ꝙ si fuerint obductę. Nimirum ipsi uel potius Epicuro qui eū docuit. effossi oculi erāt. ne uiderent effusos orbes: & ruptas oculorum fibras: & fluentē per uenas sanguinē & crescētes ex uulneribus carnes: & obductas ad ultimū cicatrices nihil posse lucis admittere. Nisi forte auribus oculos similes nasci uolebat. ut non tam oculis ꝙ fora-minibus cerneremus. quo nihil ad speciem fędius: ad usū inutilius fieri potest. Quantulum enim uidere possemus si mēs ab intimis penetralibus capitis: per exiguas cauer-narum rimulas attenderet. ut si quis uellet transpicere p cicutam: non plus profecto cernat: ꝙ cicutę ipsius capa citas comprębendat. Itaq ad uidendum membris potius in orbem conglobatis opus fuit: ut uisus in latum spar geretur. & quę in priori facie adhęrerent: ut libere possit omnia cōtineri. Ergo ineffabilis diuinę ꝓuidētię uirtus: fęcit duos simillimos orbes: eosq ita deuinxit: ut non in totum conuerti: sed moueri tamen ac flecti cum modo possent. Orbes autem ipsos humoris puri ac liquore ple nos esse uoluit. in quorum media parte: scintillę luminū conclusę tenerētur: quas pupillas nuncupamus. in qbus puris ac subtilibus cernendi sensus ac ratio continetur. Per eos igitur orbes seipsam mens intendit: ut uideat. mi raq ratione in unum miscetur: & coniungitur ambotū luminum uisus.

Ca. ix. Contra eos qui sensus falsos esse contendūt.

Libet hoc loco illorum reprębendere uanitatem: qui dum uolunt ostendere sensus falsos esse: multa col ligunt in quibus oculi fallantur. inter quę illud etiā ꝗd furiosis & ebriis: omnia duplicia uideantur. Quasi uero eius erroris obscura sit causa. Ideo enim fit quia duo sūt oculi. Sed quomodo id fiat accipe. Visus oculorū inten tione animi constat. Itaq quoniam mens ut supra dictū

est: oculis tanꝗ fenestris utitur nõ tantum hoc ebriis aut insanis accidit: sed etiam sanis ac sobriis. Nam si aliquid nimis propius admoueas: duplex uidebitur. Certum est enim interuallum ac spatium quo acies oculorum coit. Item si retrorsum auoces animum: quasi ad cogitandum & intentionem mentis relaxes: cum acies oculi utriusq deducitur: tunc singuli uidere incipiũt separatim. Si aũt rursus intenderis: aciemq direxeris: coit in unũ quicqd duplex uidebatur. Quid ergo mirum: si mens ueneno ac potentia uini dissoluta: dirigere se nõ potest ad uidendũ sicut ne pedes quidem ad ambulandum: neruis stupescẽtibus debiles. aut si uis furoris in cerebrum penetrans: concordiam disiungit oculorum? Quod adeo uerum est: ut luscis hominibus: si aut insani aut ebrii fiet: nullo modo possit accidere: ut aliquid duplex uideant. Quare si ratio apparet. cur oculi falluntur: manifestũ est non esse falsos sensus: qui aut non falluntur: si sunt puri & integri. aut si falluntur: mens tamen non fallit. quę illorũ nouit errorẽ.

Ca. x. Ad oculorũ fabricã redit & omniũ membrorum habitudinem. sed specialiter quę usq ad uentrem per cutem apparent.

SEd nos ad dei opera reuertamur. Vt igitur oculi munitiores essent ab iniuria: eos ciliorũ tegminibus oculuit. unde oculos dictos esse Varroni placet. Nam & ipse palpebrę quibus mobilitas iest: palpitatio uocabulũ tribuit: pilis in ordine stantibus uallate: septum oculis decentissimum prębent. Quarum motus assiduus: incõprębensibili celeritate concurrens: & uidendi tenorẽ non impedit: & reficit obtutum. Acies enim id est membrana illa perlucens: quam siccari & obarescere nõ oportet: nisi humore assiduo tersa pure niteat: obsolescit. Quid ipsa superciliorum fastigia pilis breuibus adornata? Nonne quasi aggeribus & munimentum oculis: ne quid supne incidat: & speciem simul pręstant? Ex quorum confinio nasus exoriens: & ueluti ęquali porrectus iugo: utranq

aciem simul & discernit & munit. Inferius quoq; genarū nō indecens tumor in similitudinem collium leuiter exurgēs: ab omni parte oculos efficit tutiores. prouisumq; est ab artifice summo: ut si quis forte uehementior ictus extiterit: eminentibus repellatur. Nasi uero pars superior usq; ad medium solida formata est. Inferior autem cartilagine adheret mollita. ut ad usum digitorum possit esse tractabilis. In hoc autem q̄uis simplici membro tria sūt officia constituta. Vnum ducēdi spiritus. Alterum capiendi odoris. Tertium ut per eius cauernas. purgamenta cerebri defluant. Quas ipsas deus: q̄ mirabili q̄ diuina ratione molitus est: ut tamen hiatus ipse nasi: oris speciem non deformaret. quod erat plane futurum: si simplex foramen pateret. At id uelut pariete per medium ducto interseſpsit atq; diuisit. fecitq; ipsa duplicitate pulcherrimū. Ex quo intelligimus quantum dualis numerus: una & simplici compage solidatus: ad rerum ualeat perfectionē. Nam cum sit corpus unum: tamē totum ex simplicibus membris constare non poterat: nisi ut partes uel dextrę uel sinistrę. Itaq; ut pedes duo & item manus: non tantū ad utilitatem aliquam: ususq; uel gradiendi uel faciendi ualent: sed & habitu decoremq; admirabilem conferunt. sic in capite quod totius diuini operis quasi culmen est: & auditus ī duas aures: & uisus ī duas acies: & odoratio in duas nares: a summo artifice diuisa est. quia cerebrum in quo sentiendi ratio est: q̄uis sit unum: tamen in duas partes membrana interueniente discretum est. sed & cor quod sapiētię domicilium uidetur: licet sit unum: duos tamen intrinsecus sinus habet quibus uiui sanguinis cōtinentur: septo intercedēte diuisi. ut sicut in ipso mūdo: summa rerū uel de simplici duplex. uel de duplici sīplex & gubernat & continet totum: ita in corpore de duobus uniuersa compacta indissociabilem pretenderēt unitatē: Oris q̄q; species & rictus ex transuerso patefactus: q̄ utilis q̄ decens sit: enarrari non potest. cuius usus in duobus constat officiis summendi uictus & eloquendi. Lingua intus inclusa. quę uocem motibus suis in uerba distēdit

& est interpres animi. Nec tamē sola potest p se eloquēdi munus implere: nisi acumen suū palato illiserit: nisi iuta uel offensione dentium: uel compressione labiorū. dentes tamen plus conferunt ad loquēdum. Nam & infantes nō ante incipiunt fari: q̄ dentes habuerint. & senes amissis dē tibus: ita balbutiūt: ut ad infantiam reuoluti: denuo esse uideantur. Sed hęc ad hominem solum pertinent: aut ad aues. in q̄bus acuminata: & uibrata certis motibus ligua innumerabiles cōcinis flexiōes. & sonorū uarios modos exprimit. Habet preterea & aliud officium: quo in oībus: sed tamen solo in mutis utitur: q3 contritos & cōmolitos dentibus cibos colligit. & conglobatos ui sua deprimit: & transmittit ad uentrē. Itaq3 Varro a ligādo cibo putat linguę nomen impositum. Bestias etiā potu adiuuat. protenta enim cauataq3 hauriunt aquam: eāq3 comprehensam linguę sinu: ne tarditate ac mora defluat: ad palatū celeri mobilitate complodunt. Hęc itaq3 palati concauo tanq̄ testudine tegitur. eamq3 dentium septis deus quasi muro circumuallauit. dentes autem ipsos ne nudi ac restricti: magis horrori q̄ ornamēto essent gingiuis mollibus: quę a gignēdis dentibus nonnunq̄ ac deinde labiorū tegminibus honestauit. Quorū durities sicut in molari lapide maior est. & asperior: q̄ in cęteris ossibus: ut ad cōterēdos cibos pabulumq3 sufficerent. Labra ipsa quę quasi antea cohęrebant: q̄ decenter intercidit. quorum superius sub ipsa medietate narium: lacuna quadam leui quasi ualle signauit. inferius honestatis gratia foras molliter explicauit. Nam quod attinet ad saporem capiendum: fallitur quisq3 hunc sensum palato inesse arbitratur. Lingua est enim qua sapores sentiuntur: nec tamen tota. Nam partes eius quę sunt ab utroq3 latere teneriores: saporē subtilissimis sensibus trahunt. Et cum neq3 ex cibo quicq̄: neq3 ex potione minuatur: tamen inenarrabili modo penetrat ad sensum sapor. eadem ratiōe: qua nihil de quacūq3 materia odoris decerpit. Cętera q̄ decora sint: uix exprimi potest. Deductum clementer a genis mentum: & ita inferius cōclusum: ut acumen eius extremum signare uideat̄: leuiter

impressa diuisio. Rigidum ac teres collum. scapulę uel ut mollibus iugis: a ceruice dimissę: ualida & substricta ner uis ad fortitudinem brachia insignibus toris extentum lacertorū ingens robur: utilis ac decēs flexura cubitorū. Quid dicam de manibus rationis ac sapientię ministris: Quas solertissimus artifex. plano ac modice cōcauo sinu fictas: ut siquid tenendū sit: apte possit insidere: i digitos terminauit. in qbus difficile est expedire: utrū ne species an utilitas maior sit. Nā & numerus perfectus ac plenus: & ordo: ac gradus decentissimus: & articulorū parium curuatura flexibilis: & forma unguiū rotunda concauis tegminibus digitorū: fastigia cōprehendens atq̧ firmās: ne mollitudo carnis in tenendo cederet: magnum prębet ornatū. Illud uero ad usum miris modis habile: q̧ unus a cęteris separatus: cum ipsa manu oritur: & in diuersum maturius finditur. qui se uel ut obuium cęteris prębens: omnē tenendi faciendiq̧ rationem: uel solus: uel pręcipue possidet: tanq̄ rector omnium atq̧ moderator. Vnde etiā pollicis nomē accepit: q̧ ui & potestate inter cęteros pol leat. Duos quidē articulos extātes habet. nō ut alii ternos sed unus ad manus carnem nectit̄ pulchritudinis gratia. Si enim fuisset tribus articulis & ipse discretus: fęda & idecora species ademisset manibus honestatē. Nā pectoris latitudo sublimis & exposita oculis: mirabilē prę se fert habitus sui dignitatē. Cuius hęc causa ē: q̧ uideť hominē solum deus ueluti supinum formasse. Nam fere nullum animal iacere in tergū potest. mutas aūt animantes: quasi alterno latere iacētes finxisse atq̧ ad terram compressisse. Iccirco illis angustū pectus: & ab aspectu remotū & ad terrā uersus abiectū hoīs aūt patēs & rectū: qa plenū rati onis a cęlo datū humile aut idecēs esse nō debuit. Papillę q̧q̧ leuiter eminētes & fuscioribus ac puis orbibus coro natę: nō nihil addūt uenustatis: fęminis ad alendos fętus date manibus ad solū decus: ne informe pectus: & quasi mutilū uidereť. Huic subdita est planicies uentris quam mediam fere umbilicus: non inde cāti nota signat: ad hoc factus: ut per eum fętus dum est in utero: nutriatur.

¶ Capit.xi. ¶ De uiſceribus & inteſtinis uſq̄ ad membra genitalia.

SEquitur neceſſario ut de internis quoq̄ uiſceribus dicere incipiam. quibus nõ pulchritudo: qiua ſunt abdita: ſed utilitas incredibilis attributa eſt. quoniã opus fuerat: ut terrenum hoc corpus ſucco aliquo: de cibis ac potibus aleretur: ſicut terra ipſa hymbribus ac pruinis. Prouidẽtiſſimus artifex: in medio eius receptaculũ cibis fecit. q̄bus concoctis & liquefactis: uitales ſuccos mẽbris oĩbus diſpartiret. Sed cũ homo cõſtet ex corpe atq̄ aĩa: illud q̄d ſupra dixi receptaculũ ſoli corpi p̄ſtet alimẽtũ. animę uero aliã ſedẽ dedit. Fecit enĩ genus q̄ddã uiſcerũ molle atq̄ rarũ: quod pulmonẽ uocamus eũq̄ nõ ĩ uteri modũ finxit: ne effunderet̃ ſimul ſpiritus: aut ĩflaret ſimul Ideoq̄ ne plenũ quidẽ uiſcus effecit: ſed ĩflabile atq̄ aeris capax: ut paulatĩ ſpiritum reciperet: dũ uitalis uẽtus per illam ſpargit̃ raritatẽ. & eundẽ rurſus paulatim redderet dum ſe ex illo explicat. Ipſa enĩ uiciſſitudo & ſpirãdi reſpirãdiq̄ tractus: uitã ſuſtentat in corpore. Quoniã ergo duo ſunt in hoĩe receptacula: unũ aeris quod alit animã: alterum ciborũ quod alit corpus: duas eſſe per collum fiſtulas neceſſe eſt: cibalem ac ſpiritalẽ. quarũ ſuperior ab ore ad uentrẽ ferat: inferior a naribus ad pulmonẽ. Quarũ ratio & natura diuerſa eſt. Ille enĩ qui eſt ab ore tranſitus mollis effectus eſt. & q̄ ſemper clauſus cohęreat ſibi: ſicut os ipſũ. quoniã potus & cibus dimota & patefacta gula q̄a corporales ſũt ſpatiũ ſibi tranſmeandi faciũt. Spiritus contra qui eſt incorporalis: ac tenuis. quia ſpatium ſibi facere non poterat: accepit uiam patentem. qui uocatur gurgulio. Is conſtat ex oſſibus flexuoſis ac mollibus: q̄ſi ex annulis cicutę modũ inuicem cõpactis & cohęrẽtibus patetq̄ hic ſemp̄ tranſitus. Nullã enĩ requiẽ meãdi habere ſpiritus poteſt: q̄a iis qui ſemper cõmeat: dimiſſa utiliter de cerebro mẽbri portiõe cui uua nomẽ ẽ: uelut occurſu quodã refrenatur: ne aut teneritudinem domicilii cum impetu ueniẽs attracta peſtilenti aura corrũpat. aut totã

nocendi uiolentiam internis receptaculis perferat. Ideoq̃ etiã nares breuiter sunt apertę: quę iccirco sic nominantꝛ: quia per eas uel odor uel spiritus nare non desinit. Tamẽ hęc fistula spiritalis non tantum ad nares: uerũ ad os q̃q̃ iter patet i extremis palati regiõibus: ubi se folles faucũ spectantes uuam tollere incipiunt in tumorem. Cuius rei causa & ratio non obscura est. Loquendi enim facultatẽ nõ haberemus: si sicut gulę iter ad os tantũ: ita gurgulio ad nares tantum pateret. Apperuit igiť uiam uoci diuina sollertia ex illa fistula spiritali: ut posset ligua ministerio suo fungi: & uocis ipsius inoffensum tenorem: pulsibus suis in uerba concidere. Qui meatus si aliquo modo interceptus sit: mutum faciat necesse est. Errat enim ꝓfecto quisq̃s aliã causam putat: cur hoies muti sint. Nõ eni ut uulgo creditur: uinctam gerunt linguam: sed ii uocalem illũ spiritũ p nares quasi mugientes profundunt: q̃ uoci transitus ad os: aut nullus omnino est: aut non sic patens ut plenam uocem possit emittere. Quod plerunq̃ natura fit: aliquando etiã casu accidit: ut morbo aliq̃ hic aditus obseptus uocẽ nõ transmittat ad linguã: faciatq̃ de loquẽtibus mutos. Quod cum acciderit: aditũ quoq̃ obstrui necesse est. ut quia uocẽ emittere non potest: ne admittere quidem possit. Loquendi ergo causa patefactus est hic meatus. Illud quoq̃ pręstat: ut in lauacris celebrãdis: qa nares calorem ferre nõ possunt: aer feruens ore ducať. Itẽ si forte spiramenta narũ frigoris pituita pręcluserit: per os aurã trahere possimus: ne obstructa meandi facultate spiritus strangulet̃. Cibi uero in aluũ recępti: & cũ potus humore permixti cum iam calore percocti fuerint: eorũ succus inenarrabili mõ per mẽbra diffusus: irrigat uniuersum corpus & uegetat. Intestinorũ quoq̃ multiplices spirę: ac longitudo in se cõuoluta: & uno tamẽ substricta uinculo: q̃ mirificũ dei opus est. Nã ubi maceratos ex se cibos aluus emiserit: paulati per illos internorũ afractus, extrudunť: ut quicqd ipsis inest succi: quo corpus alit̃: mẽbris oĩbus diuidatur. Et tamẽ ne qui forte obhęreant. ac resistãt: quod fieri poterat propter ipsorũ uoluminũ

flexiones in se sępe redeūtes. & fieri sine pernicie nō potes rat. Oppleuit ea ītrinsecus crassiore succo: ut purgamēta illa uentris ad exitus suos facilius per lubricū niterenť. Illa quoq ratio subtilissima est: q uesica cuius usum uo lucres non habent: cum sit ab intestinis separata: nec ullā habeat fistulam: qua ex illis urinam trahat: completur tamen & humore distenditur. Id quomodo fiat: non est difficile peruidere. Intestinorū enim partes: quę ab aluo cibum potumq suscipiūt: patentiores sunt: q cęterę spirę & multo tenuiores. Hę uesicam circumplectuntur: & cō tinent. Ad quas partes cum potus & cibus mixta perue nerint: fimum quidem crassius fit & transmeat. humor autem omnis per illam teneritudinem percolatur. eumq uesica cuius ęque tenuis subtilisq mēbrana est. absorbet & colligit: ut foras qua natura exitum patefecit: emittat.

Capitulum. xii. De mēbris cōnceptionis & ipsius conceptus physica ratione.

De utero quoq & cōceptione quoniam de internis loquimur: dici necesse est: ne quid preterisse uidea mur. Quę quanq inoperto latent: sensus tamen atq ītelli gentiam latere non possunt. Vena in maribus quę sēmia continet: duplex est paulo interior: q illud humoris ob sceni receptaculū. Sicut enim renes duo sunt: itēq testes: & uenę seminales duę in una tamen compage cohęrentes: quod uidemus in corporibus animalium: cū interfęcta patefi unt. Sed illa dexterior masculinum cōtinet semen. sinistrior foemininū. Et ideo in toto corpe pars dextera masculina est. sinistra uero foeminina. Ipsum semē quidē aiūt ex omni corpe ad uenā genitalē cōfluere: ibiq cōcres cere. Sed hoc humana mēs quō fiat nō pōt cōprehendere. Itē ui feminis uterus in duas se diuidit partes. quę in di uersum diffusę ac reflexę circumplicantur: sicut arietis cornua. Quę pars in dexterā retorquet: masculina est. quę in sinistrā: foeminina. Conceptū igiť Varro & Aristoteles sic fieri arbitrantur. Aiunt non tantum maribus inesse

semen:uerum etiam foeminis. & inde plerunq matribus similes procreari.sed earum semen.sanguinẽ esse purgatũ Quod si recte cum uirili mixtum sit:utraq concreta : & simul coagulata informari. Et primum quidem cor bo minis confingi. q in eo sit & uita hominis & sapientia. Deniq totum opus quadragesimo die cõsumari. Ex abortionibus hęc fortasse collecta sũt.In auiũ tamẽ fętibus primum oculos fingi dubium nõ est. quod in ouis sępe deprębendimus.Vnde fieri nõ posse arbitror:quin fictio a capite summat exordium. Similitudines autem in corporibus filiorũ sic fieri putant. Cũ semina iter se pmixta coalescunt:si uirile superauerit: patri similem prouenire siue marem seu foeminam.si muliebre pręualuerit: progeniem cuiusq sexus ad imaginem respondere materna. Id autem pręualet e duobus:quod fuerit uberius. Alterum enim quodammodo amplectitur ac includit.Hic plerũq fieri:ut unius tantum linamenta pretendat.Si uero ęqua fuerit ex pari semente permixtio : figuras quoq misceri ut soboles illa communis:aut neutrum referre uideatur quia totum ex altero non habet.aũt utrunq:quia patrem de singulis imitata est. Nam in corporibus animalium uidemus aut confundi parentum colores: ac fieri tertiũ neutri generantium similem:aut utriusq sic exprimi: ut discoloribus mẽbris per omne corpus concors mixtura uarietur.Dispares quoq naturę hoc modo fieri putantur cum forte in leui uteri partẽ masculinę stirpis semen inciderit:marem quidem gigni : opinatio est. sed quia sit in foeminina parte conceptus: aliquid i se habere foemineũ supra quam decus uirile ponatur:uel formam insignem uel nimium candorem:uel corporis lenitatem:uel arctus delicatos:uel staturam breuem:uel uocem gracilem: uel animum imbecillum: uel ex his plura.Item si partem in dexterã semẽ fęminini sexus isluxerit:fęminã qdẽ pcreari. sed quoniã in masculinã pte cõcępta sit:habere i se aliqd uirilitatis:ultra q̃ sexus ratio permittat:aut ualida mẽbra aut uultum i decorem:aut uocem robustam: aut animũ audacem.aut ex his plurã.Si uero masculinum i dexterã.

foemininum in sinistram peruenerit : utrosq; fetus recte prouenire: ut & foeminis per oia natur§ su§ decus cōstet & maribus tam mente q̃ corpore robur uirile seruetur. Illud uero ipsum q̃ mirabile constitutum dei : quod ad conseruationem generum singulorum duos sexus maris ac foemin§ machinatus est. quibus iter se per uoluptatis illecebras copulatis: successiua soboles pareret̃ : ne omne genus uiuentium conditio mortalitatis extingueret. Sed plus roboris maribus attributum est. quo facilius ad patientiam iugi maritalis foemin§ cogerentur. Vir itaq; nominatus est: q; maior i eo uis est: q̃ in foemia. & hic uirtus nomen accepit. Item mulier ut Varro interpretat̃ a mollicie imutata & detracta litera uelut molier. Cui suscepto f§tu cum partus appropinquare iam c§pit : turgescentes iam mām§ dulcibus succis distendunt̃. & ad nutrimenta nascētis fontibus lactis f§cundum pectus exuberat. Nec enim decebat aliud q̃ ut sapiens animal a corde alimonia̅ duceret. Idq; ipsū sollertissime comparatū est: ut candēs ac pinguis humor: teneritudinē noui corporis irrigaret donec ad capiendos fortiores cibos: & dētibus instruat̃ & uiribus roboretur. Sed redeamus ad propositum : ut c§tera qu§ supersunt: breuiter explicemus.

Ca. xiii. Contra illos qui per uoluptatem mēbris genitalibus abutunt̃ : & subditorū membrorum forma.

Poteram nunc egō ipsorum quoq; genitalium mem brorum mirificam rationem tibi exponere: nisi me pudor ab huiusmodi sermōe reuocaret. Itaq; a nobis indumento uerecundi§ qu§ sunt pudenda: uelentur. Quod ad hanc rem attinet : queri satis est : homines impios ac profanos summum nefas admittere: qui diuinum & admirabile dei opus : ad propagandam successionem inexcogitabili ratione prouisum: & affectus : uel ad turpissimos qu§stus : uel ad obscen§ libidinis pudenda opera conuertunt : ut iam nihil aliud re sanctissima petant

q̄ inanem & sterilem uoluptatem. Quę reliqui corporis partes non carent ratione ac pulchritudine. Conglobata in nates caro q̄ sedendi officio apta. & eadem firmior q̄ in cęteris mēbris: ne premēte corporis mole ossibus cederet. Item foemininum deducta & latioribus toris: ualida longitudo: quo facilius onus corpis sustineret. quā paulatī deficientem in angustū genua determināt: quorū decētes nodi flexurā pedibus ad gradiendū: sedendūq; aptissimā prębent. Item crura non ęquali modo ducta: ne indecens habitudo deformaret pedes: sed teretibus suris clemēter extantibus sensimq; tenuatis: & firma sunt & ornata. In plantis uero eadem quidem sed tamen longe dispar q̄ in manibus ratio est. Quę quoniam totius operis quasi fundamenta sunt: mirificus eas artifex non rotunda specie: ne homo stare non posset. aut aliis ad standum pedibus indigeret: sicut quadrupedes: sed porrectiores lōgioresq; formauit: ut stabile corpus efficerent planicie sua. unde illis inditum nomen est. digiti eq; totidē quot i manibus: speciem magisq̄ usum maiorem preferētes. ideoq; & iūcti & breues & gradatim cōpositi. Quorū qui est maximus. quoniam illum sicut in manu discerni a cęteris opus nō erat: ita in ordinem redactus est: ut tamen ab aliis magnitudine: ac modico interuallo distare uideatur. Hęc eorū speciosa germanitas. non leui adiumento nixum pedum firmat. Cōcitari enī ad cursū non possumus: nisi digitis in humum pressis soloq; nitentibus impetum saltumq; capiamus. Explicasse uideor omnia. quorū ratio itelligi potest. Nunc ad ea uenio. quę uel dubia uel obscura sūt.

Capitulū. xiiii. Quod de multis quę sūt in corpore: ratio sciri nequit.

Multa esse constat in corpore quorum uim rationēq; perspicere nemo nisi q fecit: potest. An aliqs enarrare se putat posse: quid utilitatis: qd effectus habeat tenuis membrana illa perlucens: qua circūnectit aluus ac tegit? Quid renū gemina similitudo: Quos ait Varro ita

dictos quasi riui ab his obsceni humoris oriantur. quod est longe secus: q̄a spinę altrinsecus supini cohęrēt: & sūt ab intestinis sepati. Quid splen? Quid iecur? Quę uiscera quasi ex conturbato sanguine uidenť esse concreta. Quid fellis amarissimus liquor? Quid globus cordis? Nisi forte illis credendum putabimus: qui affectū iracūdię in felle constitutum putant: pauoris in corde: letitię in splene. Ipsius autem iecoris officiū uolunt esse: ut cibos in aluo coquat amplexu & calefactu suo: quidam libidines rerū uenerearum in iecore contineri arbitrantur. Primū ista perspicere acumen humani sensus non potest: quia horū officia in operto latēt. nec usus suos pātefacta demōstrāt. Nā si ita esset: fortasse placidiora quęq̄ animalia uel nihil fellis omnino: uel minus haberent: q̄ fere timidiora plus cordis: lasciuiora plus splenis habuissent. Sicuti igit̄ nos sētimus: audire auribus: oculis cernere: naribus odorare: ita ꝓfecto sētiremus nos uelle irasci: iecore cupere: splene gaudere. Cum autem unde affectus isti ueniant: minime sentiamus: fieri potest: ut aliunde ueniāt: & aliud uiscera illa q̄ suspicamur: efficiāt. Nec tamē cōuincere possumus falsa illos qui hęc disputāt: dicere. Sed oīa quę ad motus animi animęq̄ pertineant: tam obscurę altęq̄ rationis esse arbitror: ut supra hominem sit ea liquido peruidere. Id tamen certū & indubitatū esse debet: res tot tanta uiscerū genera: unum & idem habere officiū: ut animā contineāt in corpore. Sed quid proprie singulis neruis sit iniunctū quis scire nisi artifex potest: cui soli opus suū notū est.

Ca. xv. De obscura uocis ratione.

De uoce autem quam rationem reddere possumus: Grammatici quidem ac Philosophi uocē esse diffiniunt: aerem spiritu uerberatum. Vnde uerba sunt nuncupata. quod perspicue falsum est. Non enim uox extra os gignitur. sed intra. Et ideo uerisimilior est illa sentētia stipatum spiritum cum obstātia faucium fuerit illisum: sonū: uocis exprimere. ueluti cū in patentē cicutā labroq̄

ſubiectam dimittimus ſpiritum : & iis cicutę cōcauo res percuſſus: ac reuolutus a fundo: dū deſcēdentē occurſu ſuo reddit: ad exitum nitens ſonum gignit. & in uocalem ſpiritum reſiliens per ſe uentus animatur. Quod quidem an uerum ſit: deus artifex uiderit. Videtur enim non ab ore: ſed ab intimo pectore uox oriri. Denią & ore clauſo: ex naribus emittiť ſonus q̃lis poteſt. Prȩterea ex maximo ſpiritu quo anhȩlamus: uox non efficitur : & leui & non coartato ſpiritū quotiens uolumus: efficitur. Nō eſt igiť comprȩbenſum: quomodo fiat: aut quid ſit. Nec me nūc in Academie ſententiam delabi putes. quia nō omnia ſūt in comprȩbenſibilia. Vt enim fatendum eſt multa neſciri quȩ uoluit deus ītelligentiam hominis excedere. ſic tamē multa eſſe quȩ poſſint: & ſenſibus percipi: & ratione comprȩbendi. Sed erit nobis contra Philoſophos integra diſputatio. Conficiamus igiť ſpatiū quo nūc decurrimus.

Capit. xvi. Vbi ſit mentis ſȩdes. & qua ratione corpori coniungatur.

MEntis quoą rationem incomprȩbenſibilem eſſe qs neſciat: niſi qui omnino illam non habet: cum ipſa mens quo loco ſit: aut cuiuſmodi neſciatur. Varia ergo a Philoſophis de natura eius ac loco diſputata ſūt. At ego non diſſimulabo: quid ipſe ſentiā. nō quia ſic eſſe affirmē: quod eſt inſipiētis in re dubia facere : ſed ut expoſita rei difficultate intelligas : quanta ſit diuinorum operū magnitudo. Quidam ſȩdem mentis in pectore eſſe uoluerūt. quod ſi ita eſt: quanto tandem miraculo dignum eſt: rem in obſcuro: ac tenebroſo habitaculo ſitā: ui tanta ratiōis atą intelligentię luce uerſari. itum ą ad eā ſenſus ex omni corporis parte conueniūt: ut qualibet regione mēbrorū prȩſens eſſe uideať. Alii ſȩdem eius ī cerebro eſſe dixerūt. Et ſane argumentis probabilibus uſi ſunt. oportuiſſe ſcilicet q̊d totius corporis regimē haberet: potius in ſūmo tanq̃ in arce habitare: nec quicq̃ eſſe ſublimius: q̃ id quod uniuerſum ratione moderetur. ſicut ipſe mūdi dominus

& rector in sūmo est. Deinde ꝙ sensus omnis id est audiendi : & uidendi:& adorandi ministra membra in capite sunt locata. quorum omnium uię non ad pectus:sed ad cerebrū ferant. Alioquin necesse nos esset tardius sentire: donec sentiēdi facultas longo itinere per collū ad pectus usq; descenderet. Ii uero aut non multum aut fortasse nō errant. Videtur enim mens quę dominatū corporis tenet in sūmo capite constituta:tanq̄ in coelo deus: sed quādo in aliqua sit cogitatione commeare ad pectus: & quasi ad secretum aliquod penetrale secedere : ut consiliū tanq̄ ex thesauro recondito: eliciat ac proferat. Ideoq; cū intenti ad cogitandum sumus: & cum mens occupata in altum se abdiderit: neq; audire quę circūsonant:neq; uidere quę obstant solemus. Id uero siue ita est:admirandū profecto est:quomodo id fiat : cum ad pectus ex cerebro nullum iter pateat:siue autem non hoc tamen nihilominus admirandū est:ꝙ diuisa nescio qua ratiōe fiat ut ita esse uideat̄. An potest aliquis non admirari: ꝙ sensus ille uiuus atq; coelestis:qui mens uel animus nuncupatur:tantę mobilitatis est:ut ne rum quidem cum sopitus est:conquiescat: tantę celeritatis. ut uno temporis puncto: coelum omne collustret:si uelit:mar ia peruolet:terras & urbes pagret. Omnia deniq; quę libuerit : quāuis longe lateq; submote sint:in conspectu sibi ipse constituat. Et miratur aliquis: si diuina mens dei per uniuersas mundi partes intēta discurrit:& omnia regit:omnia moderat̄:ubiq; presens ubiq; diffusa: cum tāta sit uis ac potestas mentis humanę intra mortale corpus incluse : ut ne septis quidē grauis huius ac pigri corpis:cui illigata est: coerceri ullo pacto possit: quo minus sibi liberam uagandi facultatē quietis impatiens largiatur. Siue igitur in capite mens habitat siue in pectore: potest ne aliquis comprehendere:quę uis ratiōis efficiat:ut sensus ille cōprehēsibilis:aut i medulla cerebri hereat : aut in illo sanguine bipartito : qui est inclusus in corde.ac non ex eo ipso colligat:quāta sit dei potestas:ꝙ animus se ipsū nō uidet:aut q̄lis:aut ubi sit.nec si uideat: tamen pspicere possit:quo pacto rei corpali:res icorpalis

adiuncta sit. Siue etiam mentis locus nullus est: sed per totum corpus sparsa discurrit: & qꝫ etiam fieri potest: & a Xenocrate Platonis discipulo disputatum est. Siquidē sensus in qualibet parte corpis presto est: nec qd sit mens: nec qualis intelligi potest. cum sit natura tam subtilis ac tenuis: ut solidis uisceribus infusa: uiuo & quasi ardenti sensu mēbris omnibus misceatᷣ. Illud autem caue: ne unq̄ simile ueri putaueris: quod Aristoxenus dixit: mentem omnino nullā esse: sed quasi harmoniā in fidibus: ex constructione corporis & cōpagibus uiscerū: uim sentiendi existere. Musici eni intentionē concentuq̄ꝫ neruorum integros modos: sine ulla offensiōe cōsonantiū harmoniā uocant. Volunt igitur animum simili ratione cōstare in hominē: qua cōcors modulatio cōstat in fidibus. scilicet ut singularū corpis partiū firma cōiunctio. membrorūq̄ꝫ omniū consentiēs in unū: uigor motū illū sensibilē faciat animūq̄ꝫ cōcinnet: sicut sunt nerui bene intenti ad cōspirantē sonū. Et sicuti in fidibus cū aliqd aut interceptū: aut relaxatū est: omnis canendi ratio turbatᷣ: & soluitᷣ: ita in corpore cū pars aliqua membrorum duxerit uitium: destrui uniuersa. corruptisq̄ꝫ oībus atq̄ꝫ turbatis: occidere sensum. eaq̄ꝫ mortē uocari. Verū ille si quicq̄ mentis habuisset: nō harmoniā de fidibus ad hominē trāstulisset Non eni canere sua sponte fides possunt: ut sit ulla in his cōparatio ac similitudo uiuentis. animus aūt sua sponte & cogitat: & mouetᷣ. Quod si qd ī nobis harmonię simile foret: ictu moueretᷣ externo: sicut nerui manibus: qui sine tactu artificis pulsuq̄ꝫ digitorū: muti atq̄ꝫ inertes iacent. Sed nimirū pulsādus ille manu fuit: ut aliquādo sentiret quia mens eius ex mēbris male compacta torpebat.

Ca. xvii. Quod anima sit ęterna: & quid sit secundū Philosophorū uarias opiniones.

Superest de anima dicere. quanq̄ percipi ratio eius & natura non possit. Nec ideo tamen immortalem esse animā nō intelligimus: quoniā quicqd uiget mouetur q̄ꝫ

per se semper: nec uideri aut tangi potest: ęternū sit necesse est. Quid aūt sit anima nondū inter Philosophos cōuenit nec unq̄ fortasse cōueniet. Et alii sanguinem esse dixerūt. alii ignē. alii uentū: unde anima uel animus nomē accepit. quod grece uentus ἄνεμος dicit̃. nec illorum tamē quisq̄ dixisse aliquid uidet̃. Non enim si anima sanguine: aut per uulnus effuso aut febriū calore consūpto uidet̃ extingui: continuo in materia sanguinis animę ratio ponenda est: ueluti si ueniant in quęstionē: lumen quo utimur: q̄d sit & respondeat̃ oleum esse: quoniā consumpto illo: lumen extinguit̃: cum sint utiq̄ diuersa: sed alterum sit alterius alimētū. Videt̃ ergo anima similis esse lumini. quę nō ipsa sit sanguis: sed humore sanguinis alit̃. ut lumē oleo. Qui autem ignē putauerūt: hoc usi sunt argumēto: q̄ pręsente anima corpus caleat: recedēte frigescat. Sed ignis & sensu indiget: & uidet̃. & tactu comburit. Anima uero & sensu aucta est. & uideri non potest. & non adurit. Vnde apparet animā nescio q̄d esse deo similē. At illi qui uentū putant. hoc falluntur: q̄ ex aere spiritū ducentes uiuere uideamur. Varro itaq̄ definit: Anima est aer conceptus ore deferuefactus i pulmone: tepefactus i corde: diffusus in corpus. Hęc apertissime falsa sunt. neq̄ enim tam obscuram nobis huiusmodi dico esse rationē ut ne hoc q̄dē intelligamus: quid uero esse non possit. An si mihi quis dixerit ęneum esse coelum aut uitreū: ut Empedocles ait Aerē glaciatū: statim ne assētiar: q̄a coelū ex qua matera sit ignorē. Sicut enim hoc nescio: ita illud scio. Anima ergo non est aer ore conceptus. quia multo prius gignit̃ anima: q̄ concipi aer ore possit. Non enim post partum insinuat̃ in corpus. ut quibusdā Philosophis uidet̃: sed post conceptū protinus cū fętū in utero necessitas diuina formauit. q̄a adeo uiuit intra uiscera genitricis: ut & incremēto augeat̃. & crebris pulsibus gestiat emicare. Deniq̄ abortū fieri necesse est: si fuerit animal intus extinctū. Cęterę definitionis partes eo spectant: ut illis nouē mensibus quibus in utero fuimus: mortui esse uidemur. Nulla ergo ex his tribus uera sentētia est. Nec tamen in tantum falsos esse dicendum est. qui

hęc senserunt:ut omnino nihil dixerint.Nam & sanguine simul & calore & spiritu uiuimus. Sed cū constet anima in corpore his omnibus adunatis:non expresserūt ꝓprie quid esset quia tam non potest exprimi:q̄ uideri.

Ca.xviii. Vtrū animus & anima sint idem.

Sequitur alia & ipsa inextricabilis quęstio: idem ne sit anima & animus:an uero aliud sit illud quo uiuimus.aliud autem quo sentimus:& sapimus.Nō desunt argumenta in utranq̄ partē.Qui enim unum esse dicunt: hanc rationem sequunt̃: q̄ neq̄ uiui sine sensu possit : nec sentiri sine uita.ideoq̄ esse nō posse diuersum:id quod nō potest separari. sed quicq̄d est illud & uidendi officiū & sentiēdi habere rationē.iccirco animū & animā idifferēter appellant duo Epicurei Poetę.Qui aūt dicūt esse diuersa sic argumētant̃.ex eo posse ītelligi aliud esse mentē: aliud essę animā:quia incolumi anima mens possit extingui.q̄d accidere soleat insanis.Itē q̄ ānima morte sopiat̃ : animus somno.& quidem sic:ut non tantū quid fiat: aut ubi sit: ignoret:sed etiā rerum falsarū contēplatione fallat̃.Quod quomodo ipsū fiat:non potest peruideri.cur fiat:potest. Nam requiescere nullo pacto possumus:nisi mēs uisionū imaginibus occupata teneat̃. Latet autem mens oppressa somno:tanq̄ ignis obducto cinere sopitus:quē si paululū commoueris:rursus ardescit.& quasi euigilat. Auocatur ergo simulacris:donec membra sopore irrigata uegetent̃. Corpus enim uigilante sensu:licet iaceat immobile: tamē nō est quietū. quia flagrat in eo sensus & uibrat ut flāma & arctus omnes ad se astrictos tenet. Sed postq̄ mens ad contemplandas imagines:ab intentione traducta est:tunc demū corpus omne resoluit̃ in quietem.Traducit̃ autem mens cogitatione cęca:cum cogentibus tenebris secū tantūmodo esse cęperit.dū intenta est in ea de q̄bus cogitat: repēte somnus obrepit.& in species proximas sensim ipsa cogitatio declinat. Sic ea quę sibi ante oculos posuerat: uidere q̄q̄ icipit.deīde ꝓcedit ulterius.& sibi auocamēta

inuenit: ne saluberrimam quietem corporis interrumpat. Nam ut mens per diem uetis uisionibus auocatur ne obdormiat. ita falsis ne excidetur. Nam si nullas imagines cernat: aut uigilare illam necesse est: aut perpetuo morte sopiri. Dormiendi ergo causa tributa est a deo ratio somniandi: & quidem in comune uniuersis animantibus. sed illud homini precipue: q cum eam rationē deus quietis causa daret: facultatem sibi reliquit docendi hominem futura per somnium. Nam & historię sepe testant extitisse somnia: quorum presens & admirabilis fuerit euentus. & responsa Vatum nostrorum ex parte somnii constiterūt. Quare neq semper uera sunt: neq semper falsa. Virgilio teste. qui duas portas uoluit esse somniorū. Sed quę falsa sunt: dormiēdi causa uidentur: quę uera imituntur a deo ut imminens bonū aut malū: hac reuelatione discamus.

Capitulū. xix. De origine animę & an sit.

Illud quoq in quęstionem uenire potest. utrum ne anima ex patre: an potius ex matre: an uero ex utroq generetur. Sed ego id meo iure ab ancipiti uendico. Nihil enim ex his tribus uerum est: quia neq ex utroq: neq ex alterutro ferunt animę. Corpus enim ex corporibus nasci potest: quoniam confertur aliquid ex utroq. de animis anima non potest: quia ex re tenui & incomprębensibili nihil potest decidere. Itaq serendarum animatum ratio. uni ac soli deo subiacet.

Deniq coelesti sumus omnes semine oriundi.

Omnibus idē ille pater est. ut ait Lucretius. Nam de mortalibus nō potest quicq nisi mortale generari. Nec putari pater debet: qui transfudisse aut inspirasse animam de sua nullo modo sentit. nec si sentiat: quando tamen: aut quomodo id fiat: habeat animo cōprębensū. Ex quo apparet non a parentibus dari animas: sed ab uno eodemq omniū deo patre. qui legem rationēq nascēdi tenet solus. siquidē solus efficit. Nā terreni parentis nihil est: nisi ut humorē corporis: in quo est materia nascendi cū sensu uoluptatis

emittat: uel recipiat. & citra hoc etiā opus humoris istius homo resistit: nec amplius quicquam potest. Ideo nasci sibi filios optant: quia non ipsi faciunt. Cetera iam dei sūt omnia. scilicet conceptus ipse & corporis informatio. & inspiratio animę. & partus incolumis. & quęcūq deinceps ad hominem conseruandum ualent. Illius munus est: q spiramus. q uiuimus. q uigemus. Nam pręterq q ipsius beneficio incolumes sumus corpore: & q uictum nobis ex uariis rebus subministrat: sapientiam quoq homini tribuit: quā terrenus pater nullo mō dare potest. Ideoq & de sapientibus stulti: & de stultis sapiētes sępe nascuntur. quod quidam fato ac syderei bus assignant. Sed non est nunc locus de fato disserendi. Hoc dicere satis est: q etiam si astra efficientiam rerum continent: nihilominus omnia a deo fieri: q astra ipsa & fecit: & ordinauit. Inepti ergo qui hanc potestatem deo detrahunt: & operi eius attribuunt. Hoc igitur dei munere coelesti atq pręclaro. an utamur: an non utamur: in nostra uoluit esse potestate. Hoc enim concesso: ipsum hominem uirtutis sacramentū religauit: quo uitam posset adipisci. dedit ei & constituit aduersarium nequissimum & fallacissimum spiritum: cū quo in hac terrestri uita: sine ulla securitatis requie dimicaret. Cur autem deus hunc uexatorem generi hominum constituerit: breuiter exponam.

Capitulum. xx. Cur deus dedit spiritum temptatorem.

ANte omnia diuersitatem uoluit esse: ideoq uulgo non aperuit ueritatē sed eam paucissimis reuelauit: quę diuersitas omne arcanū mundi continet. Hęc est enim quę facit uirtutem. quę scilicet non modo esse: sed ne apparere quidē quia uirtus esse nō poterit: nisi fuerit cōpar aliquis in quo superando uim suam uel exerceat: uel ostēdat. Nam ut uictoria constare sine certamine non posset: sic nec uirtus quidē ipsa sine hoste. Itaq quoniā uirtutē dedit homini: statuit illi e contrario inimicum: ne uirtus

otio torpens: naturam suam perderet: cuius omnis ratio in eo est: ut concussa & labefacta firmet: nec aliter ad summum fastigium possit uenire: nisi prudenti manu semper agitata: se ad salutem suam dimicãdi tenore fundauerit. Noluit enim deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere peruenire. Daturus ergo uirtutem dedit hostem prius qui animis hominum cupiditates & uitia immitteret. qui esset author errorũ malorũq; omnium machinator: ut quoniam deus hominẽ ad uitã uocat: ille contra ut rapiat: & traducat ad mortẽ. Hic est: qui aut inducit: aut decipit eos: qui ueritati student. aut si dolo & studiis non quiuerit: uirilem gerit animã. qua sublimum uigorem labefactare conetur: infãda dictu & exsecrabilia moliens: uexat: interficit. Et tamẽ ut ꝓsternit multos: sic a multis uictus. prostratusq; discedit. Magna est enim uis hominis. magna ratio. magnum sacramentũ. A quo si quis nõ defecerit: nec fidem suam deuotionẽq; ꝑdiderit: hic beatus: hic deniq; ut breuiter finiã: similis deo sit: necesse est. Errat enim quisquis hominem carne metitur. Nam hoc corpusculum: quo induti sumus hominis receptaculum est. Nam ipse homo neq; tangi: neq; aspici: neq; comprehẽdi potest: quia latet intra hoc: quod uidetur. Qui si delicatus ac tener in hac uita aliter fuerit q̃ ratio eius exposcit: si uirtute contẽpta desideriis se carnis addixerit: cadet & premetur in terram. Si aũt ut debet statum suum quem rectum recto sortitus est: & prompte constanterq; defenderit: si terrę quam calcare ac uincere debet: non seruierit: uitam merebitur sempiternam.

¶Ca. xxi. Operis cõclusio & ueritatẽ superari nõ posse.

Haec ad te Demetriane interĩ paucis & obscurius fortasse q̃ decuit: ꝓ rerũ ac tẽporis necessitate porani. qbus contentus esse debeas. Plura & meliora laturus. si nobis indulgentia cęlestis uenerit: tunc & ego te ad uerę Philosophię doctrinam & planius & uerius cohortabor. Statui enim q̃ multa potero litteris tradere: quę ad uitę

beatę statum spectent. & quidem contra philosophos. qm̄ sunt ad perturbandam ueritatem perniciosi & graues. In credibilis enim uis eloquentię. & argumentādi differēdiq; subtilitas: q̄uis facilę deceperat. quos partim nostris armis partim uero ex ipsorū inter se concertatione sumptis reuincemus. ut appareat eos induxisse potius errorē q̄ sustulisse. Fortasse mireris: q tm̄ facinus audeā. Patiemur ne igitur extingui? Aut opprimi ueritatē? Ego uero libentius sub hoc onere defecerim. Nā si. M. Tullius eloquentię ipsius unicum exemplar ab indoctis & ineloquentibus: qa tn̄ pro uero nitebantur: sępe superatus ē: Cur desperemus ueritatem ipam cōtra fallacē captōsamq; facundiā: sua ppria ui & claritate ualiturā? Illi qdē se patronos ueritatis profiteri solent: Sed quis pōt eā rē defendere: quā nō didicit? aut illustrare apud alios: quā ipse n̄ nouit? Magnū uideor polliceri. sed cęlesti opus est munere: ut nobis facultas ac tempus ad ppōsita psequēdi tribuat̄. Quod si uita ē optāda sapiēti pfecto nullā aliā ob causā uiuere optauerī: q̄ ut aliqd efficiā. quod uita dignū sit. & quod utilitatē legētibus. & si nō ad eloquētiā: quia tenuis in nobis facundię riuus est ad uiuendū tamē afferat. quod est maxime necessariū. Quo perfecto: satis me uixisse arbitrabor. & officiū hominis implesse: si labor. meus aliquos homines ab erroribus liberatos; ad iter cęleste direxerit.

Lactantii Firmiani De Phęnice Carmina.

Est locus in primo fęlix oriente remotus
Qua patet ęterni maxima porta poli.
Nec tantū ęstiuos hyemisq; ppinquus ad ortus:
In quo sol uerno fūdit ab axe diem.
Illic planicies tractus diffundit apertos.
Nec tumulus crescit. nec caua uallis hiat.
Sed nostros montes: quorū iuga cęlsa putantur:
Per bis sex ulnas eminet ille locus.
Hic solis nemus est. & concitus arbore multa
Lucus. perpetuę frondis honore uirens.

Cũ phaetonteis flagrasset ab ignibus axis:
Ille locus flãmis inuiolatus erat.
Et cũ diluuiũ mersisset fluctibus orbẽ:
Deucalioneas exsuperauit aquas.
Nõ hunc exangues morbi non ęgra senectus.
Nec mors crudelis: nec metus asper: adit.
Nec scelus infandũ. nec opũ uesana cupido.
Aut metus: aut ardens cędis amore furor.
Luctus acerbus abest. & egestas obsita pãnis.
Et curę insomnes. & uiolenta fames:
Non ibi tempestas: nec uis furit horrida uenti.
Nec gelido terrã rore pruina tegit.
Nulla super campos tendit sua uellera nubes.
Nec cadit ex alto tumidus humor aquę.
Sed fons in medio est quẽ uiuũ nomine dicunt.
Perspicuus: lucens: dulcibus uber aquis.
Qui semel erumpens: p singula tẽpora mensum:
Duodecies undis irrigat omne nemus.
Hic genus arboreũ procero stipite surgens:
Non lapsura solo mitia poma gerit.
Hoc nemus: hos lucos auis incolit unica phenix.
Vnica sic uiuit: morte refecta sua.
Paret: & obsequitur phębi memoranda satelles.
Hoc natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primum surgens aurora rubescit:
Cum primum rosea sidera luce fugat:
Ter quater illa pias immergit corpus in undas:
Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.
Tollitur: ac summo consedit in arboris altę
Vertice: quę totum despicit una nemus.
Et conuersa nouos Phębi nascentis ad ortus:
Expectat radios: & iubar exoriens.
Ast ubi sol pepulit fulgentis lumina portę:
Et primũ emicuit luminis aura leuis:
Incipit illa sacri modulamina fundere cantus.
Et mira [illegible]em uoce ciere nouam.
Quã nec Iulcę uoces: nec tibia possit

Musica Cyrrheis assimulare modis.
Sed neq olor moriens imitari posse putatur:
Nec Cyllenęs fila canora lyrę.
Postq̄ Phebus equos in apta refundit olympi:
Atq orbem totum pertulit usq means:
Illa ter balarum repetito uerbere plaudit.
Non errabilibus nocte dieq sonis.
Atq eadem sceleres etiā discriminat horas.
Igniferuq caput ter uenerata silet.
Antistes nemorū: luci ueneranda sacerdos:
Et sola arcanis conscia Phoebe tuis.
Quę postq̄ uitę iam mille pegerit annos:
Ac si reddiderint tempora longa grauem:
Vt reparet lassum spaciis urgentibus ęuum:
Assueti nemoris dulce cubile fugit.
Cūq renascendi studio loca sancta reliquit:
Tunc petit hunc orbem: mors ubi regna tenet:
Dirigit in syriam celeres longeua uolatus.
Phenicis nomen cui dedit ipsa uetus.
Secretosq petit deserta per auia lucos:
Hic ubi per saltus silua remota latet.
Tum legit aereo sublimē uertice palmam:
Quę gratum Phenix ex aue nomē habet.
Quā nec dente nocens animal prumpere possit.
Lubricus aut serpens aut auis ulla rapax.
Tum uentos claudit pendentibus Aeolus antris:
Ne uiolent flabris aera purpureum.
Neu concreta noto nubes per inania cęli:
Submoueat radios solis. & obsit aui.
Construit inde sibi: seu nidum: siue sepulchrū.
Nam perit: ut uiuat: se tamen ipsa creat.
Colligit hinc succos: & odores: diuite silua:
Quos legit Assyrius. quos opulentus arabs.
Quos aut Pygmęę gentes: aut India carpit.
Aut molli generat terra Sabęa sinu.
Cinnama de hinc: aurāq procul spirantis amomi.
Congerit: & mixto balsama cum folio:

Non casię mitis: nec olentis uimen achantis:
Nec thuns lachrimę: guttaq pinguis abest.
His addit teneras nardi pubentis aristas.
Et sotiat mirrhę pascua grata nimis
Protinus instrato corpus mutabile nido.
Vitaliq thoro membra quiete locat.
Oreq de hinc succos mẽbris: circũq supraq
Inicit: exequiis immoritura suis.
Tunc inter uarios aiam cõmendat odores.
Depositi tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitale morte peremptũ
Estuat: & flãmas protulit ipse calor.
Aereoq procul de lumine concipit ignem.
Flagrat: & ambustũ soluitur in cinerẽ.
Hos uelut in massã cineres in morte coactos:
Conflat: & effectum seminis instar habet.
Hinc animal primum sine mẽbris ferẽ oriri.
Sed fertur uermis lacteus esse color.
Creuerit imensum subito: cũ tẽpore certo.
Seq oui teretis colligit in speciem.
Inde reformatur qualis fuit ante figura.
Et Phęnix ruptis pullulat exuuiis.
Ac uelut agrestes cum filo ad saxa tenenẽ.
Mutari pennę papilione solent.
Non illi cibus est nostro concessus in orbe.
Nec cuiq implumẽ pascere cura subest
Ambrosios libat cęlesti nectare rores.
Stellifero teneri qui cecidere polo.
Hos legit: his alitur mediis in odoribus bales.
Donec maturam pferat effigiem.
Ast ubi primęua cępit florere iuuenta:
Euolat: ad patrias iam reditura domos.
Ante tamẽ proprio quicqd de corpore restat:
Ossaq ue cineres: exuuiasq suas:
Vnguine balsameo myrrhaq & thure soluto
Condit & informã conglobat ore pio:
Quã pedibus gestans cõtẽdit solis ad ortus.

Inq; ara residens promit in ęde sacra.
Mirandā sese prestat: prębetq; uebenti.
Tantus ibi decor est. tātus abūdat honor.
Principio color est: qualis sub sidere cęli
Mitia quém croceo punica grana legunt.
Qualis inest foliis: quę fert agreste papauer
Cum pendens uestit sole rubente polus.
Hoe bumeri pectusq; decens: uelamine fulgent.
Hoc caput: hoc ceruix: sūmaq; terga nitent.
Caudaq; porrigitur fuluo distincta metallo.
In cuius maculis purpurā mixta rubet.
Clarum inter pennas insigne: desuper iris
Pingere ceu nubem desuper alta solet.
Albicat insignis mixto uiridante smaragdo:
Et puro cornu gemmea cuspis biat.
Ingentes oculos credas geminosq; byacinthos;
Quorum de medio lucida flāma micat.
Aequatur toto capiti radiata corona
Phebi referens uerticis alta decus.
Crura tegunt squamę flauo distincta metallo:
Ast ungues roseus pingit bonore color.
Effigies inter pauonis mixta figuram
Cernitur & mixtam Phasidis inter auem.
Magniciem terris Arabum quę gignitur bales
Vix ęquare potest: seu fera: seu sit auis.
Non tn̄ ē tarda: ut uolucres: quę corpore magno.
Incessus pigros per graue pondus babent.
Sed leuis: & uelox regali plena decore.
Talis in aspectu se prębet usq; bominum
Conuenit Aegiptus tanti admiracula uisus.
Et raram uolucrem turba salutat ouans.
Protinus insculpunt sacrato in marmore formā
Et signant titulo: remq; diemq; nouo.
Contrabit in cętū sese genus omne uolantum:
Nec prede memor est ulla: nec ulla metus.
Halitum stipata choro uolat illa per altum.
Turbaq; prosequitur munere lęta pio.

Sed postq̃ pũri peruenit ad ętheris auras:
Mox redit ista.suis conditor illa locis.
Hęc fortunatę sortis:natisq̃ uolucris:
Cui de se nasci pręstitit ipse deus:
Fęmina sit:uel masculus hęc:seu fortecq̃ neutrũ
Fęlix quę ueneris fędera nulla colit.
Mors illi uenus est.sola ẽ in morte uoluptas.
Vt possit nasci:hęc appetit ante mori.
Ipsa sibi ꝓles.suus est pater.& suus hęres.
Nutrix ipsa sui.sẽp alumna sibi.
Ipsa quidẽ.sed nõ eadẽ quia & ipsa.nec ipsa est.
Aeternam uitã mortis adepta bono.

Ouidius Methamorphoseos.

Haec tñ ex aliis generis primordia ducit?
Vna est:quę reparet:seq̃ ipsa reseminet hales.
Assyrii Phenica uocant:nõ fruge nec herbis:
Sed lachrymis thuris:& succo uiuit amomi.
Hęc ubi quinq̃ suę cõpleuit sęcula uitę:
Ilicis in ramis:tremulęq̃ cacumine palmę:
Vnguibus ac puro nidũ sibi construit ore:
Quo simul ac casias:& nardi leuis aristas:
Quassaq̃ cũ fulua substrauit cynnama myrrha
Se super iponit:finitq̃ in odoribus ęuũ.
Inde ferunt totidẽ:quę uiuere debeat annos
Corpore de primo uolucrẽ Phęnica renasci.

Dantes.

Cossi per ligram sauise confessa:
Chella Phenice muore:e poi renasce
Che al cinq̃ centeno anno se apressa.
Herbę:ne biada in sua uita non pasce.
Ma sol de incenso:lachrymę:& amomo:
E nardo:e myrrha:sun le ultime phasce.

Lactantii Firmiani de resurrectiõis dominicę die.

Salue festa dies toto uenerabilis ęuo:
Qua deus infernum uicit.& astra tenet.

Tempora florigero rutilant distincta sereno:
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius igniuomũ solem coeli orbita ducit.
Qui uagus oceanas exit & intrat aquas:
Armatus radiis elementa linquentia lustrans:
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida sincero producunt ęthera uultu.
Lętitiamq; suam sydera clara probant.
Terra ferax uario fundit munuscula cultu.
Cum bene uernarit: reddit & annus opes.
Mollia purpureũ pinguñt uiolaria campum.
Prata uirent herbis. & micat herba comis.
Paulatim subeunt stellantia lumina florum.
Floribus arrident gramina cuncta suis.
Semine deposito late seges exilit aruis:
Spondens agricolę uincere posse famem.
Caudice deserto lacbrimat sua gaudia palmes:
Vnde merum tribuat: dat modo uitis aquam.
Cortice de matris tenera lanugine surgens
Pręparat ad partum turgida gemma sinum.
Subq; hyemis tempus foliorum crine reuulso:
Iam reparat uiridans frondea tecta nemus.
Mixta salix: abies: corilus: siler: ulmus: acer: nux
Plaudit queq; suis arbor amęna comis.
Constructura fauos apis hinc aluearia linquens
Floribus instrepitans poplite mella rapit.
Ad cantus reuocatur auis: quę carmine clauso:
Pygrior hyberno frigore muta fuit.
Hinc philomena suis attẽperat organa cãnis.
Fitq; repercusso dulcior aura melo.
Ecce renascentis testatur gratia mundi:
Omnia cum domino dõna rediisse suo.
Nanq; triũphanti post tristia tartara Christo
Vndiq; fronde nemus: gramina flore fauent.
Legibus inferni oppressis: super astra meantem
Laudant rite deum: lux: polus: arua: fretum.
Qui crucifixus erat: deus ecce per omnia regnat.

Dantq creatori cuncta creata precem.
Mobilitas anni: mensum: lux alma dierum:
Horarum splendor: stridula cuncta fauent.
Hinc tibi silua comis: plaudit quoq; cápus aristis.
Hinc grates tacito palmite uitis agit.
Hinc tibi nunc auium resonant uirgulta susurro.
Has inter nimio passer amore canit.
Xpe salus rerũ: bone cõditor. atq; redemptor:
Vnica progenies ex deitate patris:
Irrecitabiliter manans de corde parentis:
Verbum subsistens: & patris ore potens:
Aequalis: concors: socius: cũ patre coęuus:
Quo sumpsit mundus principe principium:
Aethera suspendis. sola congeris. ęquora fundis:
Quęq; locis habitant: quę moderata uigent.
Qui genus humanũ cernens mersisse profundo:
Vtq; hominem eriperes: es quoq; factus homo:
Nec nostro tantum uoluisti e corpore nasci.
Sed caro quę nasci pertulit atq; mori.
Funeris exequias pateris nouus author & orbis.
Intra mortis iter dando salutis opem.
Tristia cessarunt infernę uincula legis.
Expauitq; chaos luminis ore premi.
Depereunt tenebrę Christi fulgore fugatę.
Aeternę noctis pallia crassa cadunt.
Sollicitam. sed redde fidẽ: precor alma potestas.
Tertia lux redut. surge sepulte meus.
Non decet ut uili tumulo tua membra tegant.
Non precium mundi uilia saxa premant.
Indignum est cuius claudunt cuncta pugillo.
Vt tegat inclusum rupe uatante lapis.
Lintea tolle precor. sudaria linque sepulchro.
Tu satis es nobis. & sine te nihil est.
Solue cathenatas inferni carceris umbras.
Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.
Redde tuam faciem. uideant ut sęcula lumen.
Redde diem: qui nos te moriente fugit.

Sed plane implesti remeans pie uictor olympi·
Tartara pressa iacent·nec sua iura tenent.
Inferus insaturabiliter caua guttura pandens·
Qui raperet semper:fit tua prçda deus.
Eripis innumerum populum de carcere mortis·
Et sequitur liber quo suus author abis.
Euomit absorptam pauida fera bçlua plebem·
Et de fauce lupi subtrahit agnus oues.
Hinc tumulũ rçpetens post tartara carne resũpta:
Belliger ad coelos ampla trophea refers.
Quos habuit poenale chaos:iam reddidit iste:
Et quos mors peteret:hos noua uita tenet.
Rex sacer ecce tui radiat pars magna trophçi:
Cum puras animas sacra lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus undis.
Atqȝ uetus uitium purgat in amne nouo.
Fulgentes animas uestis quoqȝ candida signat.
Et grege de niueo gaudia pastor habet.
Additur ac foelix concors mercede sacerdos:
Qui dare uult domino dupla talenta suo.
Ad meliora trahens gentili errore uagantes:
Bestia ne raperet munit ouile dei.
Quos prius eua nocẽs infecerat:hos modo reddit.
Ecclesiç pastos ubere lacte sinu.

Prçsens Lactantii Firmiani prçclarũ opus: Alma in urbe Roma totius mundi regina & dignissia imperatrice : quç sicut cçteris urbibus dignitate prçest: ita ingeniosis uiris est referta: nõ attramento plumali calamo neqȝ stilo çreo: sed artificiosa quadam adinuentione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum ad dei laudem industrieqȝ est consumatum.per Vdalricũ Gallum Alamanũ & Symonẽ Nicolai de Luca. Anno domini.MCCCCLXXIIII. Die uero.XII. mensis Februarii.Pontificatu uero Sixti diuina prouidentia Papç quarti anno eius tertio.

Georgius [illegible] possessor huius libri

Registrum huius libri.

Iohannes	apud	ꝓditoribus	non
quod	matus	ignobilis	adipisci
& uarias	hanc	religionis	pro
quomodo	reperiri	cuius	non
& quare	qui	si ergo	quia
		nec	
arguit	proprio		C.xiiii.
pulchra	ergo	C.xii.	atq;
ad R.P.	tamen	quia	sic
magno	attulerunt	quatit	hominum
nam	primus	eius	fas
hominum		extollit	
in uno	est		simul
	nec	similes	soluetur
& cum	auditores	confidēt	ia
ut mortem	Ca.xxi.	& planus	congruat
creat	esse	quibus	qui
ceterosq;		Ca.ii.	
Saturnum	fortune		igitur
	ad ueram	susceperant	poterant
romanum	manus	quoniam	esse
possunt	sed	aut	custodit
dii	imortalitatē	quod	ueluti
Serapin		auxiliū	
ita	simul		in tanta
	sede	si ergo	& Apollo
impugnate	ne	caret	putant
in predam	Ca.xiii.	tēperate	non
imortalibus	& uanis	& potētatus	de repub.
& colere		solo	
depellerent	eius		armi
	in	cupiditatis	ornata
quia	genus	compagē	est
apperiret	facta	putauit	&
& philoso.	mortales	ita	
& hoc	Ca.xxv.	debet	& rector
quod			per se
			inuenit
			otio
			cum

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 20 [illegible]

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 [illegible]

[illegible] de wyssenburg








353
LACTANTI
DE DIVIN
INSTITUT
1474
88
ROMAE
1474